Bruns

Fontes iuris Romani

SCIENTIA
SCIENTIA
SCIENTIA
SCIENTIA
SCIENTIA
SCIENTIA
SCIENTIA
SCIENTIA

FONTES
IURIS ROMANI ANTIQUI.

FONTES
IURIS ROMANI ANTIQUI

EDIDIT

CAROLUS GEORGIUS BRUNS.

POST CURAS THEODORI MOMMSENI
EDITIONIBUS QUINTAE ET SEXTAE ADHIBITAS

SEPTIMUM EDIDIT

OTTO GRADENWITZ.

PARS PRIOR
LEGES ET NEGOTIA.

parapost. [illegible] p 434

TUBINGAE
IN LIBRARIA I. C. B. MOHRII (P. SIEBECK)
MCMIX.

FONTES
IURIS ROMANI ANTIQUI

EDIDIT

CAROLUS GEORGIUS BRUNS.

LEGES ET NEGOTIA.

POST CURAS THEODORI MOMMSENI
EDITIONIBUS QUINTAE ET SEXTAE ADHIBITAS
SEPTIMUM EDIDIT
OTTO GRADENWITZ.

ALMA COLLEGE
349.371
LIBRARY
B838
Los Gatos, Calif.

TUBINGAE
IN LIBRARIA I. C. B. MOHRII (P. SIEBECK)
MCMIX.

51520

Unveränderter Nachdruck 1958

SCIENTIA ANTIQUARIAT
AALEN

Druck: fotokop GmbH. Darmstadt

Brunsii Fontium hanc septimam editionem ita instruere ut prodeat prioribus non plane indigna, eius fuit quem sextae adornandae socium adsumpserat **Theodorus Mommsen.** Qua in re non dubitavi viros doctos consulere: **Franciscus Buecheler**, quem repentina morte ereptum iam dolemus, legem Oscam tabulae Bantinae, **Otto Lenel** edictum perpetuum etiam huius editionis causa tractaverunt, **Gotthold Gundermann** leges a Frontino servatas perlustravit, **Franciscus Skutsch** cippo antiquissimo edendo adfuit, **Paulum Viereck** de senatus consultis quibusdam adii.

In inscriptionibus tractandis **Hermannus Dessau** per totum fere opus consilio et opera editionem adiuvit, in papyris inde a n. 161 **Fridericus Preisigke**; ad n. 199 **Udalricus Wilcken** quae novissme legerat in huius libri usum concessit. In editione imprimenda **Dr. phil. Witte** operam mihi praestitit; idem in colligenda et praeparanda materia ad manum mihi erat.

Scripsi Argentorati m. Nov. a. 1908.

O. GRADENWITZ.

PRAEFATIO

EDITIONIS SEXTAE.

Ad editionem quintam praemonita pariter ad sextam perveniunt. Ad hanc quoque **Lenelii** adiutorio nos usos esse quaetue ex instrumentis recognitis vel noviter repertis nobis innoquerunt utilia, ea mutata adiectave esse opera nostra et liber ipse ostendit et potiora in indice praemisso notis adpositis declarantur. Hoc addendum pro uno editore hunc libellum nactum esse duos eumque iam sextum prodire recensitum opera communi.

Praeter alia minora, quae perspicuitatis causa visum est aliter administrare, in negotiis ordinandis dispositionem ita mutavimus, ut primum locum teneant leges dictae rebus communibus sacrisve, secundum leges dictae a privatis rei suae, id est testamenta et reliquae mancipationes, tertium negotia ad ius rerum spectantia, quartum quae spectant ad ius obligationum ordine fere Gaiano, ut eum nuper explicavit Pernice in parergorum tertio, scilicet ut praecedant quae re verbis litteris contrahuntur vel solvuntur, comprehensa sub communi titulo pecuniae certae, sequantur obligationes consensu contractae.

Duae operis partes legum et negotiorum altera, altera scriptorum cum non ad omnes harum rerum studiosos pariter pertineant, utile visum est ita dispescere, ut seorsum tam illa quam haec comparari posset.

Scripsimus Berolini m. Maio a. 1893.

TH. MOMMSEN. O. GRADENWITZ.

PRAEFATIO

EDITIONIS QUINTAE.

Litteris et amicis postquam ereptus est **Carolus Georgius Bruns,** horum est, ut quantum fieri potest in illarum curam eam succedant, quam ipse praestitisset, si fata sivissent. Quam ob rem iusta facere amico, cuius angor desiderio, equidem ita decrevi, ut fontium iuris Romani antiqui, quorum cum auctore vivo tamquam communis mihi cura fuit, futuram recognitionem et continuationem post eius obitum immaturum in me susciperem. Prodit igitur iam syllogae eius editio quinta meis curis aucta et expolita. In ea opera duas res secutus sum, primum ut in summa re sylloge talis maneret, qualem auctor esse voluit, deinde ut quae ipsum, si vixisset, emendaturum vel adiecturum fuisse persuasum habeo, ea postuma hac opera mutarentur et adderentur.

Itaque quae ex monumentis librisve selegit Brunsius, suis locis reliqui omnia neque quicquam sustuli, quamquam erant quae omitti possent. Nam in eiusmodi delectu cum alia aliis probentur et in multis a casu magis quam a iudicio editor pendeat, committere nolui, ut quae per quattuor editiones circumferuntur, in quinta hac desiderarentur.

E contrario meum esse existimavi, ut quae in hoc volumen recepta sunt, ita ibi legantur, ut qui eo utitur certo fundamento insistat neque erroribus coniecturisve tacitis fallatur. Quam ob rem tam monumenta quam auctorum locos ad probas editiones ita recognovi, ut quatenus liber pervenit tradita lectio aut in ordinem verborum reciperetur aut, ubi expelli debuit, ex adnotatione id intellegeretur.

Deinde quod inter syllogae huius praecipua merita fuit, ut quotiens denuo ederetur, prodiret, id quod ipse Brunsius quartae iure praescripsit, auctior emendatior, id in quinta ego curavi ut retineret, ita tamen, ut abstinerem ab ea oneranda; ipsa enim brevitate sua vel maxime et nitet et prodest. Praeter duo monumenta, legis fortasse Rubriae fragmentum Atestinum (p. 102) et decretum pontificum (p. 237), pro quartae editionis supplemento a me seorsum emissa a. 1881, quid in hac editione accesserit, ex tabula subiecta cognoscetur.

Edicti perpetui reliquias cum viderem post egregias curas **Ottonis Lenel** (*das Edictum perpetuum, ein Versuch zu dessen Wiederherstellung.* Lipsiae 1883) non posse repeti, ut repetiverat Brunsius, ad recensionem Rudorffianam, ab ipso Lenelio impetravi, ut eum laborem in se reciperet. Praeter eum, qui tam insigni tractatu librum hunc exornavit, multi viri docti tam philologi quam iuris periti et Brunsii causa carae memoriae viri et mea alii aliis locis me adiuverunt, quorum nomina suis locis reperientur.

In ipsa editione curanda egregius iuvenis **Behrendt Pick** strenuam et sollertem operam mihi praestitit.

Scripsi Berolini d. XXII. Nov. a. MDCCCLXXXVI.

TH. MOMMSEN.

PRAEFATIO
EDITIONIS QUARTAE.

Tertiam vix emiseram huius libelli editionem, cum nova in lucem prodiere iuris monumenta gravissima haec: tabulae ceratae Pompeianae, novae tabulae Ursonenses, lex metalli Vipascensis. Quae libello deesse quo magis dolebam, eo libentius bibliopolae cedo novam iam nunc poscenti editionem. In qua adornanda hoc primum curavi, ut tria illa monumenta reciperentur; dein et alia quaedam minora et rogante amico collega orationem Claudii de iure honorum Gallis dando adieci. Cetera non mutavi, nisi quod cuncta novis curis pertractavi, praetoris edictum accuratius redegi, Bantinae tabulae epicrisin **Buechelerus** benevole adhibuit. De ratione philologa nunc cum filio **Ivone Bruns** philologo potui deliberare.

Scripsi Berolini mense Octobri a. MDCCCLXXIX.

EX PRAEFATIONE EDITIONIS TERTIAE.

In hac nova editione summam opusculi rationem atque dispositionem mutandam mihi non esse arbitratus sum; singulas autem partes emendavi atque ampliavi: recipere potui legis coloniae Genetivae Juliae fragmenta a. 1871 reperta et contractuum cautiones e triptychis Transsilvanis a Mommseno in corpore inscr. Latin. editas; praetoris edictum perpetuum, quatenus servatum nobis est addidi, ut taceam de minoribus quibusdam tam legum quam negotiorum speciebus adiectis; lex Osca tabulae Bantinae auctore Fr. Buecheler, collega Bonnensi, interpretatione philologica instructa est lex collegii aquae fulloniae a Mommseno retractata; XII tabularum fontes accuratius adlegavi.

Gratias ago **Th. Mommsen,** qui in hac ut in priore editione consilio et ope ferenda me adiuvare nunquam destitit, et **Herm. Oldenburg,** philologo, cuius ope usus sum in quavis re ex art philologa diiudicanda.

Mense Octobri a. MDCCCLXXV.

EX PRAEFATIONE EDITIONIS SECUNDAE.

In adornanda huius collectionis nova editione prioris fundamenta, usu comprobata, retinenda censui; ceterum id egi, ut addendo et emendando quasi manuale quoddam fontium iuris antiqui usque ad saeculum tertium p. Chr. n. nunc pararem. Retinui igitur trium partium dispositionem: legum negotiorum, scriptorum. Earum autem in primam, praeter legum regiarum et XII tabularum reliquias, nunc leges, quae proprie sic appellabantur, omnes omnino recepi, quarum verba genuina aut inscriptionibus aut libris nobis tradita sunt, ut uno quasi in conspectu perspici atque inter se comparari possint; eandemque secutus rationem etiam senatus consulta omnia, quae ad ius pertinent, adieci. E ceteris senatus consultis itemque ex edictis privilegiis nonnisi gravissima quaeque, artiore vinculo cum iure coniuncta, recepi.

Pars secunda omnia nunc continet negotia, quae inscriptionibus nobis tradita sunt usque ad saeculum tertium. Additae sunt titulorum quorundam sepulcralium partes ad ius negotiaque civilia spectantes.

Tertia pars certa ratione certisque finibus circumscribi vix potest. Scriptores iuris consultos prorsus omisi, cum separatim editi sint in Huschkii iurisprudentia anteiustiniana. Ex reliquis autem auctoribus remotiores tantum exscripsi, qui maiorem quandam in iuris doctrina habent auctoritatem. Quodsi vero quis dicat, etiam alios fuisse recipiensdo, aliosve ex iis fuisse eligendos locos, sibi habeat, infitias non ibo: liberum quoddam in tali re concedendum est arbitrium; utique cavendum mihi erat, ne nimia fieret libelli moles.

Penitus recedendum a priore editione mihi erat in constituendis tam legum quam ceterorum locorum lectionibus. Etenim abstinendum erat ab omni cui indulseram licentia, ne sermonem antiquum in recentiorem converterem neve ullo alio modo legitimas scripturas mutarem; praesertim in inscriptionibus accuratissime archetyporum textum (etiam si orthographiam spectas) servavi. Necessarias vitiorum emendationes ubique aut notis aut litterarum forma indicavi; notas vero, tam criticas quam litterarias et exegeticas, ad artos libri manualis fines redegi. Quicunque igitur accuratius aliquem locum tractare volet, ad uberiores inscriptionum collectiones aliosve libros accedat necesse est. Tantum etenim abest, ut avocare ab iis velim, ut invitare viamque ad eos aperire propositum habeam.

In titulis sepulcralibus et in omnibus, quos e scriptoribus recepi, locis brevitatis studio multa quidem, quae ad rem meam facere mihi non videbantur, omisi, semper autem certis quibusdam signis id indicavi. ‘Si plus minusve secuerim, se fraude esto.’

Gratias ago **Th. Mommsen,** qui inscriptionum apographa comiter mecum communicavit, et **Henrico Dressel** philologo, quem de re grammatica consulebam.

Mense Decembri a. MDCCCLXX.

CONSPECTUS OPERIS.

(Numeris *V VI VII* quae notantur, accesserunt in editione quinta, sexta, septima.)

(Quibus nihil adnotatur, ea aere lapide ligno papyro inscripta sunt.)

PARS PRIMA.

LEGES.

Pag.
Cap. I. Leges regiae 1
VII Additamentum. Cippus antiquissimus in Foro Romano repertus 14
Cap. II. Leges XII tabularum 15
Tabula fastorum 41

Cap. III. Leges publicae populi Romani post XII tabulas latae.

1. Lex Plaetoria de iurisdictione (e Censorino) 45
2. Lex Aquilia de damno (e Dig.) 45
3. Lex Silia de ponderibus publicis (e Festo) 46
4. Lex Papiria de sacramentis (e Festo) 47
5. Lex Cincia de donationibus (e Vat. fr.) 47
6. Lex Atinia de usucapione (e Gellio) 47
7. Lex Sulpicia rivalicia (e Festo) 48
8. Lex Osca tabulae Bantinae 48
9. Lex Latina tabulae Bantinae 53
10. Lex Acilia repetundarum 55
11. Lex agraria 73
12. Lex Cornelia de XX quaestoribus 89
13. Lex Cornelia de sicariis et veneficis (e Dig.) 92
14. Lex Antonia de Termessibus 92
15. Lex Mamilia Roscia Peducaea Alliena Fabia [vel potius Iulia agraria] (e grom.) 95
16. Lex [quae dicitur] Rubria de Gallia Cisalpina 97
V 17. Legis fortasse eiusdem fragmentum Atestinum 101
18. Lex [tabulae Heracleensis, dicta] Iulia municipalis . . 102
19. Lex Falcidia (e Dig.) 110
20. Lex Iulia de vi publica et privata (e Dig.) 111
21. Lex Iulia de adulteriis (e Dig.) 112
22. Lex Quinctia de aquaeductibus (e Front.) 113
23. Lex Iulia et Papia Poppaea (e Dig.) 115
24. Lex Iunia Vellaea (e Dig.) 116
25. Minora legum incertarum fragmenta 117
VI 26. Lex convivalis quae dicitur Tappula 119

Pag.

Cap. IV. Leges coloniarum et municipiorum.

VII 27. Lex Tarentina 120
28. Lex coloniae Genetivae Iuliae s. Ursonensis 122
VI 29. Lex civitatis Narbonensis de flamonio provinciae 141
30^{a}. Lex Salpensana 142
30^{b}. Lex Malacitana 147
VII 31. Fragmentum legis Hispaniensis 157
32. Fragmentum Tudertinum 157
33. Fragmentum Florentinum 158
VII 33^{a}. Fragmentum legis Lauriacensis 159
V 34. Epistula incertorum imperatorum de Tymandenis 159
V 35. Epistulae Ablabii praef. praet. et Constantini imperatoris de iure civitatis Orcistenorum 160

Cap. V. Senatus consulta

36. SC. de Bacchanalibus 164
V 37. SCC. de Thisbaeis 166
38. SC. de philosophis et rhetoribus (e Suet.) 170
39. SC. de Tiburtibus 170
VII 40. SC. de artificibus Graecis 171
41. SC. de Asclepiade 176
V 42. SC. de Oropiis 180
V 43. SC. de Aphrodisiensibus 185
44. Senatus consulta et edicta de campo Esquilino.
  V A. SC. de pago Montano 189
  B. Edictum praetoris 189
45. Senatus auctoritas (e Cic.) 190
VI 46. SCC. de ludis saecularibus 191
47. SC. de aquaeductibus (e Frontino) 193
48. SC. de mense Augusto (e Macrobio) 193
49. SC. de collegiis 194
50. SC. Vellaeanum (e Dig.) 194
51. SC. Ostorianum (e Dig.) 194
52. SC. Claudianum 195
VII 53. Orationes Claudii de decuriis iudicum et de accusatoribus coercendis 198
54. SCC. de aedificiis non diruendis 200
55. SC. Trebellianum (e Dig.) 202
56. SC. de imperio Vespasiani 202
57. SC. Macedonianum (e Dig.) 203
58. SC. Rubrianum (e Dig.) 204
59. SC. Iuncianum (e Dig.) 204
60. SC. Iuventianum (e Dig.) 204
61. SC. de nundinis saltus Beguensis 205
62. SC. de Cyzicenis 206
VI 63. SC. de sumptibus ludorum 207
64. SC. Orfitianum (e Dig.) 211

Pag.

Cap. VI. Edicta et decreta magistratuum, praefectorum, sacerdotum.

65. Edictum perpetuum praetoris urbani (e Dig. etc.) . . 211
66. Edicta aedilium curulium 237
67. Edictum censorum (e Suet) 239
VI 68. Edictum M. Antonii triumviri (e grom.) 239
VII 69. Edictum Octaviani Caesaris 239
70. Decretum proconsulis Hispaniae ulterioris 240
71ᵃ. Decretum proconsulis Sardiniae 240
VI 71ᵇ. Epistula praefectorum praetorio 242
72. Edictum Ti. Juli Alexandri praefecti Aegypti . . . 243
VII 73. Edictum Mettii Rufi de tabulis possessionum fundi . 246
VI 74. Edictum XV virum sacris faciundis 248
V 75. Decretum XV virum sacris faciundis 248
V 76. Decretum pontificum 249

Cap. VII. Constitutiones imperatorum.

77. Edictum Augusti de aquaeductu Venafrano 249
VII 78. Edictum de temporibus accusationum 251
79. Edictum Claudii de civitate Anaunorum 253
80. Epistula Vespasiani ad Vanacinos 254
81. Epistula Vespasiani ad Saborenses 255
82. Epistula Domitiani ad Falerienses 255
83. Epistula Traiani vel Hadriani 256
VI 196. Epistula Hadriani de liberis militum . . . 421
VII 84. Rescriptum Pii ad Smyrnaeos 257
85. Decretum M. Aurelii et Commodi 257
V 86. Decretum Commodi de saltu Burunitano 258
VII 87. Rescriptum Severi et Caracallae de longae possessionis praescriptione 260
VII 88. Rescripta duo Severi et Caracallae de transactionibus 260
89. Epistula Severi et Caracallae ad Tyranos 261
VI 90. Decretum Gordiani ad Scaptoparenos 263
VII 91. Rescriptum de cessione bonorum 264
VII 92. Rescriptum ad Aurelium Severum de litibus destitutis 264
VII 93. Rescriptum Philipporun ad colonos vici cuiusdam Phrygiae 265
VI 94. Edictum Constantini de accusationibus 265
VI 95. Fragmentum constitutionis contra Caesarianos . . . 267
VII 96. Edictum Juliani de auro coronario 268
VII 97. Epistulae Valentiniani Valentis Gratiani de provincia Asia 270

Cap. VIII. Privilegia veteranorum.

98. Diploma militis peregrini (cf. p. 423—426) 274
99. Diploma militis civis Romani 276
VII 100. Missio simplex equitis 277

Cap. IX. Iuris iurandi in principem formulae.

101. Ius iurandum Aritiensium 277

Pag.
102. Ius iurandum Assiorum 278
V 103. Ordo salutationis sportularumque provinciae Numidiae 280

PARS SECUNDA.

NEGOTIA.

Cap. I. Leges dictae rebus communi sacrove usui destinatis.

104. Leges lucorum, a) Lucerina, b) Spoletina 283
105. Lex a vicanis Furfensibus templo dicta 283
V 106. Leges arae Augusti Narbonensis 284
V 107. Lex arae Iovis Salonitanae 286
V 108. Lex dedicationis Brixiana 287
V 109. Lex arae urbanae 287
110. Lex rivi incerta 288
111. Ex legibus incertis de aquaeductibus urbis (e Front.) 288
112. Lex metalli Vipascensis 289
VII 113. Eiusdem legis fragmentum 293
VII 114. Lex de villae Magnae colonis 295
VI 115. Ara legis Hadrianae 300
VII 116. ‘Sermo’ et epistulae procuratorum de terris vacuis excolendis 302

Cap. II. Testamenta et laudationes funebres.

117. Testamentum Dasumii 304
118. Testamentum Galli 308
VII 119. Testamentum C. Longini Castoris veterani per mancipationem factum 311
VI 120. Kaput ex testamento 315
V 121. Kaput ex testamento 316
V 122. Codicilli 316
123. Gesta de aperiundo testamento 317
VII 124. Cretiones Serapiadis 319
VII 125. Declaratio bonorum propter vicesimam hereditatis facta 320
126. Laudatio funebris quae dicitur Turiae 321
127. Laudatio funebris Murdiae 326
VII 128. Tabula memorialis Dalmatio posita 327
VII 129. Monimentum testamento militis fieri iussum . . . 328

Cap. III. Mancipationes

a. Emptionis causa pretio accepto.

130. Emptio pueri (cf. p. 427—432) 329
131. Emptio puellae 330
132. Emptio ancillae 330
133. Emptio domus 331

b. Fiduciae causa.

VI 134. Emptio servorum 332
135. Formula Baetica 334

Pag.

c. Donationis causa.

136. Donatio Fl. Artemidori . . . 335
137. Donatio Statiae Irenes . . . 336
138. Donatio Iuliae Monimes . . . 336
139. Donatio Flavii Syntrophi . . . 337
140. Aliae mancipationes donationis causa . . . 338
Cap. IV. 141. Iura praediorum . . . 339
VII 142. Fragmentum tabulae censualis . . . 343

Cap. V. Superficies.

143. Aedificium Puteolanum . . . 344
144. Aedificium post columnam divi Marci . . . 344

Cap. VI. Obligationes alimentariae municipales aliaeque similes.

145. Ex institutione alimentaria Traiani . . . 346
146. Institutio alimentaria Pliniana (s. Plinii) . . . 349
V 147. Obligatio Atinas . . . 349
V 148. Obligatio Tarracinensis . . . 350
V 149. Obligatio Hispalensis . . . 350
V 150. Obligatio Siccensis . . . 350
151. Obligatio Ferentinas . . . 351
152. Obligatio Ariminensis . . . 351

Cap. VII. Pecunia certa.

153. A. Credita . . . 352
154. B. Constituta . . . 353
155. C. Commendata . . . 353
V 156. D. Transscripta . . . 353

157. E. Apochata (Apochae Pompeianae).

a. Apochae privatae . . . 355
b. Apochae rei publicae . . . 359
VII 158. Liberatio tutoris auctoris . . . 361
159. F. Indicii nomine promissa . . . 361

Cap. VIII. Emptiones sine mancipatione peractae.

V 160. Emptio areae scalis sepulcri faciendis . . . 363
V 161. Emptio praedii . . . 363
V 162. Emptio servi . . . 366
VI 163. Instrumentum venditionis Bavaricum (e cod. Pass.) . . . 368
VII 164. Add. Manumissio inter amicos accepta pecunia . . . 369

Cap. IX. Locationes.

165. Locationes operarum . . . 370
V 166. Lex horreorum . . . 371
167. Locationes rerum minores . . . 372
VI 168. Libellus Geminii Eutychetis coloni . . . 373
VI 169. Tabula deae Hludanae sacra . . . 374
170. Locatio operis . . . 374
Cap. X. 171. Societas . . . 376

Cap. XI. 172. Iura sepulcrorum.

Pag.
A. Prohibitiones alienandi 377
B. Multae alienationum prohibitarum 378
C. De sepulcro violato et de mortuo inferendo . . 380
D. De aditu ad sepulcrum 383
E. Cognitio de sepulcris 385
Cap. XII. 173. Ius hospitii et clientelae 386

Cap. XIII. Collegia.

174. Collegium symphoniacorum 388
175. Collegium funeraticium Lanuvinum 388
176. Collegium Aesculapii et Hygiae 391
177. Collegium funeraticium Alburnense 393
178. Collegium aquae 394
179. Collegium militum 397
V 180. Collegium Silvani 398
VI 181. Collegium eborariorum 399
182. Institutiones duae in Augustales collatae 400
VII 183. Statua a collegio propter largitionem erecta 400

Cap. XIV. Causae forenses.

184. Sententia Minuciorum 401
185. Sententia arbitri ex compromisso 404
VI 186. Decretum L. Novii Rufi 404
187. Sententia de sepulcris 405
188. Lis fullonum de pensione solvenda 406
VI 189. Querela de testamento nullo 407
VI 190. Hereditatis petitio ab intestato 410
VII 191. Denuntiatio ex auctoritate iudicii facta 413
VII 192. Res iudicatae secundum rescriptum de longi temporis praescriptione 418
VII 193. Testatio professionis liberorum 420
VII 194. Pronuntiatio de praescriptione temporis 420
VII 195. Datio tutoris petiti 421

Additamentum:

VI 196. Epistula Hadriani de liberis militum 421
Exemplar diptychi 423
Exemplar triptychi 427
Addenda et corrigenda 433
VII Specimen: notis non solutis repetitur Lex quae dicitur Rubria (n. 16) 434

EXPLICATIO

SIGNORUM ET NOTARUM.

Litterae cursivae in textu inscriptionum distinguunt quae a traditis aut differunt aut absunt, item Latina versa e Graecis; in adnotatione ea quae sunt editoris.

[Uncis quadratis] in scriptorum locis distinguuntur a traditis quae differunt aut desiderantur scilicet potiora; in textu inscriptionum, ubi haec expressa sunt litteris cursivis, uncos eos supplementis omnibus, emendationibus paucis apposuimus.

(Uncis rotundis) in textu comprehensa sunt compendia ita soluta, in adnotatione Latina versa e Graecis.

⟨⟨Angulis duplicibus⟩⟩ lineolisve subductis signavimus quae in traditis delenda, ⟨*angulis simplicibus*⟩ quae traditis addenda videntur.

Puncta . . . . significant verba vel litteras in traditis aut deesse aut legi non posse neque satis certo posse suppleri.

Lineola — significat quaedam ex traditis omissa esse.

Signum ∽ in textu inscriptionum indicat in archetypo partem versus vacuam esse.

Signum ° (in medio vocabulo _) finem versus inscriptionis indicat; quod signum, ubi lineae nostrae singulae binos inscriptionis versus continent, in finibus linearum omisimus, in margine numeris imparibus (1, 3, 5, 7, 9) notatis (e. g. n. 157, 1 p. 355). Ceterum numeris in margine positis primus eorum versuum indicatur, quorum principia linea nostra continentur (e. g. n. 153, p. 352).

Ak. Abh. = akademische Abhandlungen:
    Berl. ak. Abh. = Abh. d. Berliner Akad. d. Wissensch., phil.-hist. Classe.
    Münch. ak. Abh. = Abh. d. Münch. Ak. d. W., philos.-philol. Cl.
Annali = annali dell' instituto di corrispondenza archeologica.
Ber. = Berichte:
    Berl. Ber. = Monatsber. d. Berl. Akad. d. Wissensch.
    Leipz. Ber. = Ber. üb. d. Verhdl. d. Sächs. Ges. d. W., phil.-hist. Cl.
    Wien. Ber. = Sitzungsber. d. Wiener Ak. d. W.
C. J. = Codex Justinianus.
C. Th. = Codex Theodosianus.
CIL = Corpus inscriptionum Latinarum consilio acad. litter. Boruss. ed.
D. = Digesta.

Dess. = Dessau, Inscriptiones latinae selectae; vol. I 1892, vol. II pars. I 1902, pars. II 1906.
Grut. = Gruteri thesaurus inscr. ed. I. 1602, ed. II. 1707.
Haenel, Corpus legum ab imp. Rom. ante Iustin. latarum. 1857.
Haub. = Haubold, antiquitatis Rom. monumenta legalia, ed. Spangenberg. 1830.
Hermes, Zeitschr. f. klass. Philologie, inde ab a. 1866
Hu. = Huschke.
J. = Institutiones Justiniani.
Jahrb. = Jahrbuch d. gem. deut. R. ed. Bekker et Muther. 1857—1863.
Kr. Z. = Tübinger krit. Zeitschr. f. Rechtsw. 1826—29.
Mo. = Mommsen (Ges. Schr. = Gesammelte Schriften).
Or. = Orellii inscript. Latin. collectio. 1828. Vol. III. ed. Henzen. 1856.
Pap. Arch. = Arch. f. Papyruskunde ed. Wilcken et alii, inde ab a. 1900.
Singulae papyrorum editiones.
Amh. = Amherst II (edd. Grenfell et Hunt) 1899.
Argent. = Gr. Pap. der Kais. U. u. L. Bibl. zu Straßburg i. E. (ed. Preisigke) 1906.
B. (G.) U. = Berliner (Museum), Griechische Urkunden 1. 2. 3. 1891 squ.
C. P. R. = Corp. Pap. Reineri I. ed Wessely 1896.
Fayûm = Fayûm Towns (edd. Grenfell et Hunt) 1900.
Flor. = Papiri Fiorentini I. ed. Vitelli 1905/6.
Lips. = Griech. Urk. der Pap. Samml. zu Leipzig (ed. Mitteis) 1906.
Oxy = Oxyrhynchos I—V. (edd. Grenfell et Hunt) 1898 squ.
Phil. = Philologus, Zeitschr. f. d. klass. Altertum, inde ab a. 1846.
Rh. Iur. = Rheinisches Museum f. Iurisprud. 1827—1835.
Rh. Ph. = Rhein Mus. f. Philologie, inde ab a. 1827.
Ri. = Ritschl, priscae latinitatis monumenta epigraphica, ad archetypon repraesentata. 1862. (tab. lithogr. ad CIL)
Rud. R. G. = Rudorff, röm. Rechtsgeschichte. 1857.
Spang. = Spangenberg, iur. Rom. tabulae negotiorum sollemnium. 1822.
Wi. = Wilmanns, exempla inscript. latin., 2 vol. 1873.
ZGR. = Zeitschr. f. geschichtl. Rechtsw., edd. Savigny aliique. 1815—1848.
ZRG. = Z. f. Rechtsgeschichte, edd. Rudorff, Bruns aliique inde ab a. 1862.
ZSSt. = Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, edd. Bruns aliique inde ab a. 1880.

Numeri Corporis Inscr. Lat. cum nostris collati.

CIL 1	*Fontes VII*
196	36
197	9
198	10
199	184
200	11
201	39
202	12
203	41
204	14
205	16
206	18
207	25^{a}
208	25^{a}
209	25^{c}
556	25^{d}
577	170
603	105
1215	141,10
1409	32. 33
1418	172,35
1464	141,9
p. 293—412	Tab. fast.
CIL 2	
172	101
1174	149
1423	81
1963	30
1964	30
2633	173,2
4125	186
4332	172,5
5041	70
5042	135
S. 5181	112
5368	83
5439	28
6278	63
CIL 3	
411	84

CIL 3	*Fontes*
781	89
930	153,1
933	154
934	153,2
937	131
940	130
944	133
948^{IX}	165,2
948^{X}	165,1
949^{XI}	165,3
949^{XII}	155
950	171
959	132
1933	107
2107	172,26
7000	35
3^{2} p. 924	177
p. 853	98
6866	34
6998	120
7060	62
14191	93
15016	172,43
CIL 4	
64	159,1
138	167,1
1136	167,2
CIL 4 S. 1	
3340	156
CIL 5	
463,3	141,16
700	141,9
952	172,17
2547	141,6
2548	141,5
2781	14.95
3472	141,8
3849	141,11

CIL 5	*Fontes*
5050	79
7749	184
7454	172,6
CIL 5 Suppl. Jt.	
1273	108
CIL 6	
266	188
826	109
930	56
1016	85
1527	126
$1585^{a\,b}$	144
1884	172,54
2211	140,3
2963	172,51
3823	44
4410	172,29
4416	174
5175	172,24
7788	172,32
8456	172,8
9404	172,45
8862	141,4
10219	172,11
10229	117
10230	127
10231	138
10233	160
10234	176
10235	172,46
10239	139
10240	140,4
10241	136
10284	172,13
10298	178
10562	172,51
10675	172,54
10848	172,14
12133	172,48

Œ 6	*Fontes VII*
12389	172,57
12905	140,5
13152	172,12
13203	172.2
13618	172,19
13823	172,47
14672	172,52
10247	137
19562	172,49
20661	172,15
20683	172,59
20278	140,2
20989	172,18
21096	172,1
22083	172,3
22915	172,33
26128	172,20
26445	172,16
26488	172,23
26940	172,4
27593	172,28
27627	172,21
27988	140,1
28567	172,22
29909	172,7
29913	172,25
29942	172,44
30837^{b}	109
31577	44
32323	46
32324	74
33747	166
33840	168
36467	172,41

Œ 8	*Fontes VII*
68	173,1
270	61
(=8 S. 11451)	
1641	150
2557	179
6357	141,19
10570	86
(=S. 14464)	
S. 17896	103

Œ 9	
136	172,10
405	172,30
782	104^{a}
984	172,39
1455	145^{b}
1729	172,56
2438	71^{a}
2827	185
3513	105
4321	141,2
4786	141,13
5420	82

Œ 10	*Fontes VII*
444	180
787	141,1
1285	141,12
1401	54
1781	170
1783	143
2015	172,36
2039	172,34
3334	187
3678	141,18
3698	75
3750	172,9
4480	141,10
4842	77
5056	147
5853	151
6328	148
7457	122
7852	71
8038	80
8259	76

Œ 11	
136	172,27
419	152
1147	145^{a}
3003	141,15
3743	141,7
4766	104^{b}

Œ 12	
2426	110
2493—95	141,14
4333	106
6038	29

Œ 13	
1668	52
5708	118

Œ 14	
166	172,37
367	182,2
431	182,1
850	172,38
1135	172,60
1153	172,31
1473	172,50
1636	172.53
1668	52
1872	172,40
2112	175
2934	121
3471	156
3584	37

Œ 15	
7171	159,2

Œ Suppl. Jt.	
1,898	26

PARS PRIMA.

LEGES.

CAPUT I.

LEGES REGIAE.

Scriptores Romani omnia fere antiquissimi iuris vestigia, quae invenerunt, regum legibus tribuere consuerunt, non inquirentes utrum vere legibus an moribus aliove modo essent introducta; unde magna apud nos exorta est dissensio quaenam his narrationibus fides habenda sit. Quare, cum accuratius in rem inquirere in hoc libro non liceat, omnes composui locos, quibus de regum institutis legibusque agitur, omissa quaestione de vera earum natura. Praemisi generalia veterum testimonia tam de legibus ipsis, quam de iure Papiriano, quod antiquissimam legum regiarum collectionem Romani existimabant. Cf. Dirksen, Ueberbleibsel v. d. Gesetzen d. röm. Könige. 1823 (Versuche z. Kritik d. röm. Rechts VI. 234—58). Voigt, üb. d. leges regiae, 1876 (Leipz. Abh. 7,555=826). Rubino, röm. Verf. 399—430. Schwegler, röm. Gesch. 1, 23—28. Zumpt, röm. Criminalrecht 1, 15—41. Mommsen, röm. Staatsrecht 2^3*,36—47.* [*VII Hirschfeld, Berl. Sitzungs-Ber. 1903, 2 sqq. 1) quae apud Pomp. 1,2,2,39 laudantur 'Manilii monumenta', eadem apud Cic. de rep. 2,14,26 verbis 'legibus his quas in monumentis habemus' significari demonstrat 2) 'ius Papirianum' Ciceroni notum non fuisse ex silentio loci ad fam. 9, 21 colligit.*]

1. *Pomponius enchirid.* (*D. 1,2,2,1.2*): . . initio civitatis nostrae populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit, omniaque manu a regibus gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum civitate ipsum Romulum traditur populum in triginta partes divisisse, quas partes curias appellavit, — et ita leges quasdam et ipse curiatas ad populum tulit: tulerunt et sequentes reges. quae omnes conscriptae exstant in libro Sexti Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius, ex principalibus viris. is liber — appellatur ius civile Papirianum. 2. *Tacitus* (*ann. 3,26*): Nobis Romulus ut libitum imperitaverat, dein Numa

religionibus et divino iure populum devinxit, repertaque quaedam a Tullo et Anco, sed praecipuus Servius Tullius sanctor legum fuit, quis etiam reges obtemperarent. 3. *Cicero* (*Tusc. 4,1,1*): cum a primo urbis ortu regiis institutis, partim etiam legibus auspicia, caerimoniae, comitia, provocationes, — tota res militaris divinitus esset constituta *cet.* 4. *Dionysius* (*2,24,1*):[1] ἐκεῖνος (ὁ Ῥωμύλος) νόμους καλοὺς — ἀγράφους μὲν τοὺς πλείστους, ἔστι δ' οὓς καὶ ἐν γράμμασι κειμένους, καταστησάμενος κτλ. 5. *Dion.* (*2,27,3*):[2] τοῦτον τὸν νόμον (de filio vendendo) — οἱ βασιλεῖς ἐφύλαττον εἴτε γεγραμμένον εἴτε ἄγραφον, οὐ γὰρ ἔχω τὸ σαφὲς εἰπεῖν κτλ. 6. *Dion.* (*2,73,4—74*):[3] τὰ μὲν — περὶ τὸ θεῖον νομοθετηθέντα ὑπὸ τοῦ Νομᾶ, — τὰ μὲν ἐγγράφοις περιληφθέντα νόμοις, τὰ δ' ἔξω γραφῆς εἰς ἐπιτηδεύσεις ἀχθέντα καὶ συνασκήσεις χρονίους κτλ. 7. *Dion.* (*3,36,4*):[4] χαλκαῖ — οὔπω στῆλαι τότε ἦσαν, ἀλλ' ἐν δρυΐναις ἐχαράττοντο σανίσιν οἵ τε νύμοι καὶ αἱ περὶ τῶν ἱερῶν διαγραφαί. 8. *Dion.* (*2,73,2*):[5] νομοθετοῦσιν (οἱ ποντίφικες) ὅσα τῶν ἱερῶν ἄγραφα ὄντα καὶ ἀνέθιστα, κρίνοντες ἃ ἂν ἐπιτήδεια τυγχάνειν αὐτοῖς φανείη νόμων τε καὶ ἐθισμῶν. 9. *Livius* (*6,1,2*): (litterae) etiam si quae in commentariis pontificum aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensa (a Gallis) urbe pleraeque interiere. — (*6,1,10*) (insequenti anno tribuni militum) foedera ac leges, erant autem eae XII tabulae et quaedam regiae leges, conquiri quae non comparerent iusserunt; alia ex eis edita etiam in vulgus, quae autem ad sacra pertinebant a pontificibus maxime, ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa.

Ius Papirianum. 10. *Pompon. enchir.* (*D. 1,2,2,2*): omnes (leges regiae) conscriptae exstant in libro Sexti Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius, ex principalibus viris. is liber — appellatur ius civile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine

---

1) (ille leges egregias, maxima ex parte non scriptas, nonnulas vero etiam litteris consignatas proponens.) — 2) (hanc legem (*de filio vendendo*) reges tuebantur sive scriptam sive non scriptam, nil certi enim habeo dicere.) *Cf. Rom. 10.* — 3) (quae Numa de rebus divinis constituerat, — partim legibus scriptis comprehensa, partem sine scriptis in consuetudinem et usum longaevum conversa.) — 4) (aheneae columnae nondum in usu tunc erant, sed in roboreis tabulis incidebantur et leges et de sacris praecepta.) — 5) (leges dant si quid sacrorum nec scriptis nec moribus comprehensum est, diiudicantes, quaenam leges et consuetudines idoneae habendae sint.)

latas in unum composuit. 11. *Pomp. ench. D.* (*1,2,2,36*): Fuit — in primis peritus Publius Papirius, qui leges regias in unum contulit. 12. *Dion.* (*3,36,4*):[1] (Ὁ Μάρκιος) συγκαλέσας τοὺς ἱεροφάντας καὶ τὰς περὶ τῶν ἱερῶν συγγραφάς, ἃς Πομπίλιος συνεστήσατο, παρ' αὐτῶν λαβὼν ἀνέγραψεν εἰς δέλτους καὶ προὔθηκεν ἐν ἀγορᾷ, — ἃς ἀφανισθῆναι συνέβη τῷ χρόνῳ· — μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων εἰς ἀναγραφὴν δημοσίαν αὖθις ἤχθησαν ὑπ' ἀνδρὸς ἱεροφάντου Γαΐου Παπιρίου τὴν ἁπάντων τῶν ἱερῶν[2] ἡγεμονίαν ἔχοντος. 13. *Paulus ad l. Iul. et Pap.* (*D. 50,16,144*): Granius Flaccus in libro de iure Papiriano scribit, paelicem nunc volgo vocari *cet.* 14. *Macrob.* (*sat. 3,11.5*): In Papiriano — iure evidenter relatum est, arae vicem praestare posse mensam dicatam. 15. *Servius* (*in Verg. Aen. 12,836*): quod ait (Vergilius) 'morem ritusque sacrorum adiciam', ipso titulo legis Papiriae usus est, quam sciebat de ritu sacrorum publicatam.

I. ROMULUS.

a) **Ius publicum.**

1. *Dion.* (*2,9,1*):[3] Ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐπειδὴ διέκρινε τοὺς κρείττους ἀπὸ τῶν ἡττόνων, ἐνομοθέτει μετὰ τοῦτο καὶ διέταττεν, ἃ χρὴ πράττειν ἑκατέρους· τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε καὶ ἄρχειν καί δικάζειν, — τοὺς δὲ δημοτικούς — γεωργεῖν — καὶ κτηνοτροφεῖν καὶ τὰς χρηματοποιοὺς ἐργάζεσθαι τέχνας, — παρακαταθήκας δὲ ἔδωκε τοῖς πατρικίοις τοὺς δημοτικοὺς ἐπτρέψας ἑκάστῳ, — ὃν αὐτὸς ἐβούλετο νέμειν προστάτην, — πατρωνείαν ὀνομάσας τὴν — προστασίαν.

---

[1] (Marcius convocatis pontificibus sacrorum commentarios, quos Pompilius composuerat, ab ipsis acceptos tabulis inscripsit easque in foro proposuit, quae vetustate tandem absumptae sunt; — post exactos vero reges iterum publice in litteras relatae sunt per Gaium Papirium pontificem maximum.) *Cf. Liv. 1,32,2:* Ancus — sacra publica ut ab Numa instituta erant, ex commentariis regiis pontificem in album relata proponere in publico iubet. *Dion. 5,1,4:* πρῶτος ἱερῶν βασιλεὺς (rex sacrorum) Μάνιος Παπίριος. — [2] ἱερέω *Sylburg.* — [3] (Romulus postquam potiores ab inferioribus secrevit, mox leges tulit et, quid utrisque faciendum esset disposuit: patricii sacerdotiis et magistratibus fungerentur et iudicarent, plebeii vero agros colerent et pecus alerent et mercennarias artes exercerent. In fiduciam vero patriciis tradidit plebeios, permittens unicuique quem ipse sibi vellet eligere patronum, patronatum appellans hoc patrocinium.) *Cf. Cic. de rep. 2,9,16:* Romulus — habuit plebem in clientelas principum descriptam.

2. *Dion.* (*2,10,1*):[1] Ἦν δὲ τὰ ὑπ' ἐκείνου τότε ὁρισθέντα — ἔθη περὶ τὰς πατρωνείας τοιάδε· τοὺς μὲν πατρικίους ἔδει τοῖς ἑαυτῶν πελάταις ἐξηγεῖσθαι τὰ δίκαια, — δίκας τε ὑπὲρ τῶν πελατῶν ἀδικουμένων λαγχάνειν — καὶ τοῖς ἐγκαλοῦσιν ὑπέχειν — τοὺς δὲ πελάτας ἔδει τοῖς ἑαυτῶν προστάταις θυγατέρας τε συνεκδίδοσθαι γαμουμένας, εἰ σπανίζοιεν οἱ πατέρες χρημάτων, καὶ λύτρα καταβάλλειν πολεμίοις, εἴ τις αὐτῶν ἢ παίδων αἰχμάλωτος γένοιτο· δίκας τε ἁλόντων ἰδίας ἢ ζημίας ὀφλόντων δημοσίας ἀργυρικὸν ἐχούσας τίμημα ἐκ τῶν ἰδίων λύεσθαι χρημάτων —. κοινῇ δ' ἀμφοτέροις οὔτε ὅσιον οὔτε θέμις ἦν κατηγορεῖν ἀλλήλων ἐπὶ δίκαις ἢ καταμαρτυρεῖν ἢ ψῆφον ἐναντίαν ἐπιφέρειν —. εἰ δέ τις ἐξελεγχθείη τούτων τι διαπραττόμενος, ἔνοχος ἦν τῷ νόμῳ τῆς προδοσίας, ὃν ἐκύρωσεν ὁ Ῥωμύλος, τὸν δὲ ἁλόντα τῷ βουλομένῳ κτείνειν ὅσιον ἦν ὡς θῦμα τοῦ καταχθονίου Διός.[2]

3. *Dion.* (*2,12.1—14*):[3] Ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐπειδὴ ταῦτα διεκόσμησε, βουλευτὰς εὐθὺς ἔγνω καταστήσασθαι, μεθ' ὧν πράττειν τὰ κοινὰ ἔμελλεν, ἐκ τῶν πατρικίων ἄνδρας ἑκατὸν ἐπιλεξάμενος. —

---

1) (Constitutum tunc est ab illo ius patronatus tale: patricios oportebat clientibus suis ius interpretari, lites pro eis, si iniuria afficerentur, intendere, agentibus adesse; clientes vero oportebat patronos suos iuvare in collocandis filiabus, si parentes opibus carerent, ab hostibus redimere eos si ipsi aut liberi capti essent, et tam iudiciorum privatorum aestimationes quam publicas multas, si condemnati essent, pro eis solvere. Communiter autem utrisque ius fasque non erat invicem se accusare, testimonium adversum alterum dicere vel suffragium contra eum ferre. Quod si quis eiusmodi alicuius facinoris convictus esset, proditionis lege, quam Romulus sanxerat, obnoxius fuit, condemnatumque interficere, ut Diti sacrum, cuilibet licebat.) *Cf. Plut. Rom. 13.* — 2) *Vetus est disceptatio, utrum* τῷ νόμῳ τῆς προδοσίας *generalis de proditione lex sit intellegenda, qua patronus quoque obnoxius fieri potuerit, an specialis de patroni adversus clientem fraude. Illud post alios defendit Dieck* (*Versuche p. 15*), *alterum rectius Köstlin* (*perduellio, p. 21—7*). *Eandem esse legem, quam XII tabulae 8,21 exhibent, repetitam scilicet e Romuli legibus, veri simile est. Cf. Dirksen, leg. reg. 286. Mo., Forschungen 1,384 n. 52.* — 3) (Romulus cum haec constituisset, consultores instituere decrevit, quibuscum res publicas administraret, e patriciis C viros eligens. His constitutis distribuit potestates, quas unumquemque habere volebat. Ac regi quidem haecce attribuit iura: primum ut sacrorum et sacrificiorum haberet principatum, tum ut legum morumque patriorum esset custos, de gravioribus delictis ipse cognosceret, leviora senatoribus committeret, senatum cogeret et populum convocaret et in bello summum haberet imperium. Consilio senatus hanc potestatem dedit, ut deliberaret et suffragium ferret de qualibet re, quam

καταστησάμενος δὴ ταῦτα διέκρινε τὰς — ἐξουσίας, ἃς ἑκάστους ἐβούλετο ἔχειν.

Βασιλεῖ μὲν οὖν ἐξῄρητο τάδε τὰ γέρα· πρῶτον μὲν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν, — ἔπειτα νόμων τε καὶ πατρίων ἐθισμῶν φυλακὴν ποιεῖσθαι, — τῶν τε ἀδικημάτων τὰ μέγιστα μὲν αὐτὸν δικάζειν, τὰ δ᾽ ἐλάττονα τοῖς βουλευταῖς ἐπιτρέπειν, — βουλήν τε συνάγειν καὶ δῆμον συγκαλεῖν, καὶ — ἡγεμονίαν ἔχειν αὐτοκράτορα ἐν πολέμῳ.

Τῷ δὲ συνεδρίῳ τῆς βουλῆς — δυναστείαν ἀνέθηκε τοιάνδε· περὶ παντὸς ὅτου ἂν εἰσηγῆται βασιλεὺς διαγινώσκειν τε καὶ ψῆφον ἐπιφέρειν —.

Τῷ δὲ δημοτικῷ πλήθει τρία ταῦτα ἐπέτρεψεν· ἀρχαιρεσιάζειν τε καὶ νόμους ἐπικυροῦν καὶ περὶ πολέμου διαγινώσκειν ὅταν ὁ βασιλεὺς ἐφῇ —. ἔφερε δὲ τὴν ψῆφον οὐχ ἅμα πᾶς ὁ δῆμος, ἀλλὰ κατὰ τάς φράτρας συγκαλούμενος.

4. *Dion.* (*2,21.1,—22*):[1] πολλοῖς σώμασιν ἀπέδωκε θεραπεύειν τὸ δαιμόνιον. — ἐξ ἑκάστης φράτρας ἐνομοθέτησεν ἀποδείκνυσθαι δύο τοὺς ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότας, — τούτους δὲ οὐκ εἰς ὡρισμένον τινὰ χρόνον τὰς τιμὰς ἔταξεν ἔχειν, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου, στρατειῶν μὲν ἀπολελυμένους διὰ τὴν ἡλικίαν, τῶν δὲ κατὰ τὴν πόλιν ὀχληρῶν διὰ τὸν νόμον. — ἅπαντας δὲ τοὺς ἱερεῖς — ἐνομοθέτησεν ἀποδείκνυσθαι μὲν ὑπὸ τῶν φρατρῶν, ἐπικυροῦσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἐξηγουμένων τὰ θεῖα διὰ μαντικῆς.

5. *Macrobius* (*sat. 1,12,38; similiter Solin. 1,35.36*): Haec fuit a Romulo annua ordinata dimensio, qui — annum X mensium, dierum vero CCCIIII habendum esse constituit mensesque ita disposuit, ut quattuor ex his XXXI, sex vero XXX haberent dies.[2]

---

rex ad eum rettulisset. Populo vero haec tria concessit, magistratus creare et leges sancire et de bello decernere, quando rex rogationem ad eum tulisset. Suffragia autem ferebat non simul totus populus, sed curiatim convocatus.)

[1] (Multis personis sacra administranda adsignavit; legem posuit, ut ex singulis curiis bini crearentur, L annis maiores, quos non ad certum aliquod tempus honores istos habere constituit, sed quamdiu viverent, immunes a militia propter aetatem, ab urbanis vero muneribus per legem. Omnes sacerdotes a curiis constituit creari, ab interpretibus vero rerum divinarum per auspicia confirmari.) — [2] *Cf. Marc. 1,12,5:* primum anni mensem genitori suo Marti dicavit, quem mensem anni primum fuisse vel ex hoc maxime probatur, quod ab ipso Quintilis quintus est et deinceps pro numero nominabantur.

6. *Macrobius* (*sat. 1,13,20*): Quando — primum intercalatum sit, varie refertur, et Macer quidem Licinius eius rei originem Romulo adsignat.[1]

b) Familia.

7. *Dion.* (*2,25,1*):[2] Ὁ δὲ Ῥωμύλος — ἕνα — νόμον — καταστησάμενος εἰς σωφροσύνην — ἤγαγε τὰς γυναῖκας. ἦν δὲ τοιόσδε ὁ νόμος· γυναῖκα γαμετὴν τὴν κατὰ γάμους[3] ἱεροὺς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν.

8. *Dion* (*2,25,6*):[4] Ταῦτα — οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον· ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος, καὶ — εἴ τις οἶνον εὑρεθείη πιοῦσα γυνή, ἀμφότερα γὰρ ταῦτα θανάτῳ ζημιοῦν συνεχώρησεν ὁ Ῥωμύλος.

9. *Plutarchus* (*Rom. 22*):[5] Ἔθηκε δὲ καὶ νόμους τινὰς (ὁ Ῥωμύλος), ὧν σφοδρὸς μέν ἐστιν ὁ γυναικὶ μὴ διδοὺς ἀπολείπειν ἄνδρα, γυναῖκα δὲ διδοὺς ἐκβάλλειν ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ καὶ μοιχευθεῖσαν· εἰ δ' ἄλλως τις ἀποπέμψαιτο, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ μὲν τῆς γυναικὸς εἶναι, τὸ δὲ τῆς Δήμητρος ἱερὸν κελεύων· τὸν δ' ἀποδόμενον γυναῖκα θύεσθαι χθονίοις θεοῖς.

---

1) *Macr. addit:* Antias — Numam Pompilium sacrorum causa id invenisse contendit. Iunius Servium Tullium regem primum intercalasse commemorat. — Tuditanus refert — decemviros, qui X tabulis II addiderunt, de intercalando populum rogasse (*cf. XII. 11,2*); Cassius eosdem scribit auctores. Fulvius autem id egisse M.' Acilium consulem dicit ab u. c. anno 562, — sed hoc arguit Varro scribendo, antiquissimam legem fuisse incisam in columna aerea a L. Pinario et Furio cos. (282), cui mentio intercalaris adscribitur. *Cf. Voigt, ius civ. u. gent. 187 n. 175. Mo., Chronol. 11,31,40. Huschke, röm. Stud. 1,55—58.* — 2) (Romulus una lege lata ad modestiam adduxit mulieres. Quae lex haec erat: uxorem iustam, quae nuptiis sacratis (confarreatione) in manum mariti convenisset, communionem cum eo habere omnium bonorum et sacrorum.) — 3) *Ita Sintenis pro* νόμους. — 4) (De his cognoscebant cognati cum marito: de adulteriis et si qua vinum bibisse argueretur; hoc utrumque enim morte punire Romulus concessit.) *Cf. Fest. (L. 197)* Osculum: Significatur etiam osculo savium, — quod inter cognatos propinquosque institutum ab antiquis est, maximeque feminas. — 5) (Constituit quoque leges quasdam, quarum illa dura est, quae uxori non permittit divertere a marito, at marito permittit uxorem repudiare propter veneficium circa prolem vel subiectionem clavium vel adulterium commissum, si vero aliter quis a se dimitteret uxorem, bonorum eius partem uxoris fieri, partem Cereri sacram esse iussit; qui autem venderet uxorem, diis inferis immolari.) *cf. Schlesinger, ZRG. 8,58.*

10. *Dion.* (*2,26,4.27*):[1] (Ὁ Ῥωμύλος) ἅπασαν — ἔδωκεν ἐξουσίαν πατρὶ καθ᾽ υἱοῦ, καὶ παρὰ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον ἐάν τε εἵργειν, ἐάν τε μαστιγοῦν, ἐάν τε δέσμιον ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἀγρὸν ἔργων κατέχειν, ἐάν τε ἀποκτιννύναι[2] προαιρῆται. — ἀλλὰ καὶ πωλεῖν ἐφῆκε τὸν υἱὸν τῷ πατρί, — καὶ τοῦτο συνεχώρησε τῷ πατρί, μέχρι τρίτης πράσεως ἀφ᾽ υἱοῦ χρηματίσασθαι. — μετὰ δὲ τὴν τρίτην πρᾶσιν ἀπήλλακτο τοῦ πατρός.[3]

11. *Dion.* (*2,15,2*):[4] Εἰς ἀνάγκην κατέστησε (ὁ Ῥωμύλος) τοὺς οἰκήτορας — ἅπασαν ἄῤῥενα γενεὰν ἐκτρέφειν, καὶ θυγατέρων τὰς πρωτογόνους, ἀποκτιννύναι δὲ μηδὲν τῶν γεννωμένων νεώτερον τριετοῦς, πλὴν εἴ τι γένοιτο παιδίον ἀνάπηρον ἢ τέρας εὐθὺς ἀπὸ γονῆς. ταῦτα δ᾽ οὐκ ἐκώλυσεν ἐκτιθέναι τοὺς γειναμένους, ἐπιδείξαντας πρότερον πέντε ἀνδράσι τοῖς ἔγγιστα οἰκοῦσιν, ἐὰν κἀκείνοις συνδοκῇ. κατὰ δὲ τῶν μὴ πειθομένων τῷ νόμῳ ζημίας ὥρισεν ἄλλας τε καὶ τῆς οὐσίας αὐτῶν τὴν ἡμίσειαν εἶναι δημοσίαν.

12. *Plutarchus* (*Rom. 22*):[5] Ἴδιον — τὸ μηδεμίαν δίκην κατὰ πατροκτόνων ὁρίσαντα (τὸν Ῥωμύλον) πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατροκτονίαν προσειπεῖν.

13. SI NURUS, SACRA DIVIS PARENTUM ESTOD.[6]

---

1) (Romulus omnem potestatem in filium patri concessit, idque toto vitae tempore, sive eum carcere includere, sive verberare, sive vinctum ad opera rustica detinere, sive occidere vellet. Etiam vendere filium permisit patri; quin etiam hoc concessit patri, ut usque ad tertiam venditionem per filium adquireret: post tertiam vero venditionem liberabatur filius a patre.) — 2) *Cf. Papin. in Coll. 4,8:* Cum patri lex regia dederit in filium vitae necisque potestatem. — 3) *Cf. XII.4,2.* — 4) (Necessitatem imposuit Romulus civibus, omnem virilem prolem educare et filias primogenitas, necare vero nullum fetum triennio minorem, nisi natum mutilum aut monstrum statim post partum: hos a parentibns exponi non prohibuit dummodo eos prius ostenderent quinque vicinis proximis, iique id comprobassent; in eos vero, qui legibus istis non obtemperarent, poenas statuit cum alias tum etiam hanc, bona eorum pro parte dimidia publicari.) *Cf. XII.4,1.* — 5) (Singulare est, quod (Romulus), cum nullam in parricidas statuerit poenam, omne homicidium appellavit parricidium.) *Cf. Leg. Numae 12.* — 6) *Fest.* (*230*): Plorare flere (inclamare *ins. cod.*, *delet Mue.*) nunc significat et cum praepositione inplorare, id est [id est *del.*] invocare; at (*sic cod.*) apud antiquos plane inclamare. in regis Romuli et Tatii legibus si nurus sacra divis parentum estod in Servi Tulli haec est si parentem puer verberit ast olle plor assit paren . . . puer divis parentum sacer esto id est clamarit dix . . . [*Sic codex teste Huelseno corruptis verbis membrisque traiectis; scribendum fortasse:* in regis Romuli et Tatii legibus haec est: 'si parentem puer verberit, ast olle plorassit pa-

II. NUMA POMPILIUS.

1. *Livius* (*1,19,1*): (Numa) — urbem novam, conditam vi et armis, iure — legibusque ac moribus de integro condere parat. 2. *Cic.* (*de rep. 2,14,26*): animos propositis legibus his, quas in monumentis habemus, — religionum caerimoniis mitigavit — omnesque partes religionis statuit sanctissime. 3. *Cic.* (*de rep. 5,2,3*): (Numa) legum etiam scriptor fuit,[1] quas scitis extare.

a) Ius sacrum.

1. Vino rogum ne respargito.[2]

2. Paelex aram Iunonis ne tangito; si tangit, Iunoni crinibus demissis agnum feminam caedito.[3]

3. Si hominem fulmen (?) occisit, ne supra genua tollito. Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.[4]

4. Cuius auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Iovi Feretrio bovem caedito; qui cepit, aeris CCC darier oporteat.[5] Secunda spolia, in Martis aram in campo solitaurilia, utra voluerit, caedito; [qui cepit, aeris CC dato.] Tertia spolia, Ianui Quirino agnum marem caedito; C qui ceperit ex aere dato. Cuius auspicio capta, dis placulum dato.[6]

---

rens, puer divis parentum sacer estod.' id est clamarit. adicitur: 'si nurus, sacra divis parentum estod' in Servi Tulli. *Divi parentum sunt dii manes; cf.* ℭ *1 n. 1241* = *10 n. 4255*: deis inferum parentum sacrum ni violato. Th. M.]

[1] *Ita Halm pro* fuisset. — [2] *Plin. n. h. 14,12,88*: Numae regis post eum [*sic scripsi, cum praecedat Romuli mentio*; posthumi *vel* postume *libri* Th. M.] lex est: 'vino *cet.*' — [3] *Fest.* (*P. 222*) Paelices —. Antiqui proprie eam paelicem nominabant, quae uxorem habenti nubebat. cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompilio hac lege: 'paelex *cet.*' *Item Gellius 4,3,3 ubi est* tangit, *apud Festum* tanget. — [4] *Fest.* (*F. 178*) Occisum a necato distingui (*scr.* distinguunt) quidam, quod alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numae Pompilii regis legibus scriptum esse: 'si hominem fulminibus (fulmen Iovis *Scaliger*) occisit — tollito' et alibi: 'homo *cet*'. — [5] iovi feretrio darier oporteat et bovem caedito qui cepit aeris CC *traditur.* — [6] *Fest.* opima: M. Varro ait, — esse etiam Pompili regis legem — talem: 'cuius *cet.*' — *Locum corruptissimum ad emendationem Muelleri potissimum dedi* (*cf. Hertzberg, Phil. 1,331—9*). *Verba* utra voluerit *cum Scaligero interpretanda sunt* vel maiora vel lactentia. *Cf. Plut. Marc. 8*: φασίν, ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Νομᾶν Πομπίλιον καὶ πρώτων ὀπιμίων καὶ δευτέρων καὶ τρίτων μνημονεύειν, τὰ μὲν πρῶτα ληφθέντα τῷ Φερετρίῳ Διὶ κελεύοντα καθιεροῦν, τα δεύτερα δὲ τῷ Ἄρεϊ, τὰ δὲ τρίτα τῷ Κυρίνῳ· καὶ λαμβάνειν γέρας, ἀσσάρια τριακόσια

5. *Cassius Hemina apud Plinium* (*nat. hist. 32,2,20*): Numa constituit, ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent.[1]

6. *Plinius* (*nat. hist. 14,12,88*): ex imputata vite libari vina diis nefas statuit (Numa).[2]

7. *Lydus* (*de mens. 1,31*):[3] Ὅτι ἐπὶ τοῦ Νουμᾶ καὶ πρὸ τούτου οἱ πάλαι ἱερεῖς χαλκαῖς ψαλίσιν, ἀλλ' οὐ σιδηραῖς ἀπεκείροντο.[4]

8. *Dion.* (*2,63,4—74*):[5] Περιλαβὼν — ἅπασαν τὴν περὶ τὰ θεῖα νομοθεσίαν γραφαῖς διεῖλεν εἰς ὀκτὼ μοίρας, ὅσαι τῶν ἱερῶν ἦσαν αἱ συμμορίαι. (κουρίωνες, φλάμινες, ἡγεμόνες τῶν κελερίων, αὐγόρες, ἑστιάδες, σάλιοι, φητιάλεις, ποντίφικες.)

9. *Plutarchus* (*Numa, 10*):[6] Τιμὰς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐταῖς (*Vestalibus*), ὧν ἔστι καὶ τὸ διαθέσθαι ζῶντος ἐξεῖναι πατρὸς καὶ τἆλλα πράττειν ἄνευ προστάτου διαγούσας ὥσπερ αἱ τρίπαιδες.

b) Familia.

10. *Dion.* (*2,27*):[7] ἐκ τῶν Νομᾶ — νόμων, ἐν οἷς καὶ οὗτος γέγραπται· ἐὰν πατὴρ υἱῷ συγχωρήσῃ γυναῖκα ἀγαγέσθαι, κοινωνὸν ἐσομένην ἱερῶν τε καὶ χρημάτων κατὰ τοὺς νόμους, μηκέτι τὴν ἐξουσίαν εἶναι τῷ πατρὶ πωλεῖν τὸν υἱόν.

11. *Plut.* (*Numa 12*):[8] (Ὁ Νομᾶς) τὰ πένθη καθ' ἡλικίας καὶ χρόνους ἔταξεν, οἷον παῖδα μὴ πενθεῖν νεώτερον τριετοῦς,

---

τὸν πρῶτον, τὸν δὲ δεύτερον διακόσια, τὸν δὲ τρίτον ἑκατόν. *Serv. in Verg. Aen. 6,860*: prima — Iovi suspendi, — secunda Marti, — tertia Quirino.

[1] *Cf. Fest.* (*253*) Pollucere . . . . . merces liceat, sunt far, polenta — pisces, quibus est squama, praeter scarum (squatum *cod.*). — [2] *Cf. Plut. Numa 14:* μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων μηδὲ θύειν ἄτερ ἀλφίτων (sine farre). — [3] (Id quoque a Numa institutum est, ut sacerdotes aheneis forficibus, non ferreis tonderentur.) — [4] *sic secundum Wuenschium.* — [5] (Omnem de rebus divinis legislationem scriptis complexus in octo divisit partes, quot erant sacerdotum collegia.) *Cf. Liv. 1,20,6*: Pontificem — legit (Numa), eique sacra omnia exscripta exsignataque adtribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fierent —. Cetera quoque omnia publica privataque sacra pontificis scitis subiecit, — ne quid divini iuris — turbaretur. — [6] (Magnos Vestalibus dedit honores, inter quos testandi vivo patre ius, et reliqua sine tutore agendi, ut viverent ad exemplum earum, quae habent ius trium liberorum.) *Cf. XII. 5,1.* — [7] (e legibus Numae, in quibus etiam haec est scripta: si pater filio permiserit uxorem ducere, quae iure particeps sit et sacrorum et bonorum, patri non amplius ius esse filium vendendi.) *Cf. Plut. Numa 17.* — [8] (Numa officium lugendi secundum aetates et tempora constituit, ut puerum trimo minorem

μηδὲ πρεσβύτερον πλείονας μῆνας ὧν ἐβίωσεν ἐνιαυτῶν μέχρι τῶν δέκα, καὶ περαιτέρω μηδεμίαν ἡλικίαν· ἀλλὰ τοῦ μακροτάτου πένθους χρόνον εἶναι δεκαμηνιαῖον, ἐφ᾽ ὅσον καὶ χηρεύουσιν αἱ τῶν ἀποθανόντων γυναῖκες· ἡ δὲ πρότερον γαμηθεῖσα βοῦν ἐγκύμονα κατέθυεν ἐκείνου νομοθετήσαντος.

c) Ius publicum.

12. SI QUI HOMINEM LIBERUM DOLO SCIENS MORTI DUIT, PARICIDAS ESTO.[1]

13. *Servius* (*in Vergilii ecl. 4,43*): In Numae legibus cautum est, ut si quis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis eius in contione[2] offerret arietem.[3]

14. *Marcellus l. 28 digestorum* (*D. 11,8.2*): Negat lex regia, mulierem, quae praegnas mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur; qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur:

15. *Fest.* (*P. 6*): Aliuta antiqui dicebant pro aliter —; hinc est illud in legibus Numae Pompili: SI QUISQUAM ALIUTA FAXIT, IPSOS IOVI SACER ESTO.

16. *Dion.* (*2,74*):[4] ἡ περὶ τοὺς ὁρισμοὺς τῶν κτήσεων νομοθεσία· κελεύσας — ἑκάστῳ περιγράψαι τὴν ἑαυτοῦ κτῆσιν καὶ

---

ne quis lugeat, maiorem ne plures menses, quam annos vixerit, usque ad decem: nec quemquam cuiusvis aetatis ultra; sed longissimi luctus tempus esse decem mensium. Per quod spatium uxoribus quoque defunctorum a secundis nuptiis abstinendum est; et si qua prius nupserit, bovem fetam immolare debebat ex illius lege.) *Cf. Vat. fr. 321*: Lugendi autem sunt parentes anno, liberi maiores X annorum aeque anno (X mensium), — minores — tot mensibus — quot annorum decesserint usque ad trimatum: minor trimo non lugetur sed sublugetur, minor anniculo neque lugetur neque sublugetur.

1) *Fest.* (*P. 221*) Parrici[dii] quaestores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum. Nam parricida non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Numae Pompilii regis his composita verbis: 'si qui *cet.*' — *Cf. Leg. Rom. 12.* — 2) *Ita emendavit Huschke pro* et natis eius in cautione. — 3) *Cf. Serv. in Verg. georg. 3,387*: apud maiores homicidii poenam noxius arietis damno luebat, quod in regum legibus legitur. — 4) (de terminis agrorum legislatio: iubens unumquemque terminare agrum suum et lapides in finibus ponere, eos Iovi Termino sacravit: si quis vero terminos sustulisset vel transtulisset, deo sacrum esse qui fecisset, sanxit.)

στῆσαι λίθους ἐπὶ τοῖς ὅροις, ἱεροὺς ἀπέδειξεν ὁρίου Διὸς τοὺς λίθους. — εἰ δέ τις ἀφανίσειεν ἢ μεταθείη τοὺς ὅρους, ἱερὸν ἐνομοθέτησεν εἶναι τοῦ θεοῦ τὸν τούτων τι διαπραξάμενον.[1]

17. *Plutarchus* (*Numa 17*):[2] Τῶν δὲ ἄλλων αὐτοῦ πολιτευμάτων ἡ κατὰ τέχνας διανομὴ τοῦ πλήθους μάλιστα θαυμάζεται. — Ἦν δὲ ἡ διανομὴ κατὰ τὰς τέχνας αὐλητῶν, χρυσοχόων, τεκτόνων, βαφέων, σκυτοτόμων, σκυτοδεψῶν, χαλκέων, κεραμέων. τὰς δὲ λοιπὰς τέχνας εἰς ταὐτὸ συναγαγὼν ἓν αὐτῶν ἐκ πασῶν ἀπέδειξε σύστημα· κοινωνίας δὲ καὶ συνόδους καὶ θεῶν τιμὰς ἀποδοὺς ἑκάστῳ γένει πρεπούσας κτλ.

18. *Macrobius* (*sat. 1,13*): Numa (anno Romuli)[3] L dies addidit, ut in CCCLIIII dies, quibus XII lunae cursus confici credidit, annus extenderetur; atque his L a se additis adiecit alios VI, retractos illis VI mensibus qui XXX habebant dies, — factosque LVI dies in duos novos menses pari ratione divisit: ac — priorem Ianuarium nuncupavit primumque anni esse voluit, — secundum dicavit Februo deo. — Paulo post Numa in honorem inparis numeri[4] — unum adiecit diem, quem Ianuario dedit —. Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, November, December, XXVIIII censebantur diebus; — Martius vero, Maius, Quinctilis et October dies XXX singulos possidebant, Februarius XXVIII retinuit dies.[5]

19. *Livius* (*1,19,7*): (Numa) nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat.

III. TULLUS HOSTILIUS

1. *Cicero* (*de rep. 2,17,31*): (Tullus) constituit — ius, quo bella

---

1) *Fest.* (*P. 368*) Termino sacra faciebant quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit, eum qui terminum exarasset et ipsum et boves sacros esse. — 2) (De ceteris eius institutis maximam admirationem habet plebis per artificia distributio; haec vero fuit: tibicinum, aurificum, fabrorum tignuariorum, tinctorum, sutorum, fullonum, fabrorum aerariorum, figulorum; reliquas artes in unum coegit unumque ex iis omnibus fecit corpus; consortia et concilia et sacra cuique generi tribuens convenientia. — 3) *Cf. Leg. Rom. 5.* — 4) Impar numerus magis faustus habebatur. *Cens. d. d. nat. 20,4.* — 5) *Cens. d. d. nat. 20,4*: Postea sive a Numa, ut ait Fulvius, sive, ut Iunius, a Tarquinio 12 facti sunt menses et dies 355. *Liv. 1,19,6:* (Numa) ad cursus lunae in XII menses describit annum — intercalariis mensibus interponendis. — *Ovid. fast. 1,43*: At Numa — mensibus antiquis praeposuit duos. *Plut. Numa 18,19*; *qu. Rom. 19.* *Cf. Mo., Chron. 18—47.* *Hu., röm. Stud. 1,27—55.*

indicerentur, quod — sanxit fetiali religione, ut omne bellum, quod denuntiatum indictumque non esset, id iniustum esse atque impium iudicaretur.

2. *Livius* (*1,26,5.6*): Rex (Tullus) — 'Duumviros', inquit, 'qui Horatio perduellionem iudicent, secundum legem facio'. Lex horrendi carminis erat: 'Duumviri perduellionem iudicent: si a duumviris provocarit, provocatione certato: si vincent, caput obnubito, infelici arbori reste suspendito,[1] verberato vel intra pomerium vel extra pomerium'.[2]

3. *Dion.* (*3,22,10*):[3] ἔστι δὲ καὶ νόμος — δι᾽ ἐκεῖνο (τῶν Ὁρατίων) κυρωθεὶς τὸ πάθος, ᾧ καὶ εἰς ἐμὲ χρῶνται, — κελεύων, οἷς ἂν γένωνται τρίδυμοι παῖδες, ἐκ τοῦ δημοσίου τὰς τροφὰς τῶν παίδων χορηγεῖσθαι μέχρι ἥβης.

4. *Dion.* (*3,30,7*):[4] τοῖς — ἑταίροις αὐτοῦ (τοῦ Μεττίου) καὶ συνειδόσι τὴν προδοσίαν αὐτοῦ[5] δικαστήρια ὁ βασιλεὺς (Τύλλος) καθίσας τοὺς ἁλόντας ἐξ αὐτῶν κατὰ τὸν τῶν λειποτακτῶν τε καὶ προδοτῶν νόμον ἀπέκτεινεν.

5. *Tacitus* (*ann. 12,8*): Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque (*propter incestum fratris et sororis*) — per pontifices danda.

IIII. ANCUS MARCIUS.

1. *Livius* (*1,32,5*): Ut tamen, quoniam Numa in pace religiones instituisset, a se bellicae caerimoniae proderentur, nec gererentur solum sed etiam indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur.[6]

---

[1] *Verba* caput — suspendito *Cicero* (*p. Rab. 4,13*) *legi Tarquinii Superbi attribuere videtur.* — [2] *Cf. Fest.* (*297*) Sororium tigillum —: — Horati et Curiati (curati *cod.*) cum dimicassent, — Horatius interfecit eam (*scil.* sororem). Et quamquam a patre absolutus sceleris (sceleri *cod.*) erat, accusatus tamen parricidi apud duumviros damnatusque provocavit ad populum, cuius iudicio victor duo tigilla tertio superiecto, — velut sub iugum missus, subit, — liberatus omni noxia sceleris est *cet. Cf. Liv. 1,26,13*: piacularibus sacrificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita sunt. *Cic. rep. 2,31,54.* — [3] (Lex lata est propter illum casum, iubens, si cui trigemini nascerentur filii, ei de publico alimenta ad pubertatem usque suppeditari.) — [4] (sociis et proditionis consciis iudicia rex constituit et convictos secundum legem de desertoribus et proditoribus interfecit.) — [5] αὐτοῦ *del. Kiesling, Cobet, Jacoby.* — [6] *Cf. leg. Tull. Host. 1.*

V. TARQUINIUS PRISCUS.

1. *Cicero* (*de rep. 2,20,35*): Tarquinius, — ut de suo imperio legem tulit, principio duplicavit — pristinum patrum numerum, et antiquos patres 'maiorum gentium' appellavit, quos priores sententiam rogabat, a se adscitos 'minorum'.[1]

2. *Dion.* (*3,611,62*):[2] οἱ πρέσβεις (τῶν Τυῤῥηνῶν) — παρῆσαν — φέροντες — τὰ σύμβολα τῆς ἡγεμονίας, οἷς ἐκόσμουν αὐτοὶ τοὺς σφετέρους βασιλεῖς, κομίζοντες στέφανόν τε χρύσεον καὶ θρόνον ἐλεφάντινον καὶ σκῆπτρον ἀετὸν ἔχον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, χιτῶνά τε πορφυροῦν χρυσόσημον καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον. — Ταύταις ταῖς τιμαῖς ὁ Ταρκύνιος οὐκ εὐθὺς ἐχρήσατο λαβών, ὡς οἱ πλεῖστοι γράφουσι τῶν Ῥωμαϊκῶν συγγραφέων, ἀλλ' ἀποδοὺς τῇ τε βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τὴν διάγνωσιν, εἴ ληπτέον αὐτά, ἐπειδὴ πᾶσι βουλομένοις ἦν, τότε προσεδέξατο κτλ.

VI. SERVIUS TULLIUS.

1. *Livius* (*1,42,5*): Censum — instituit, — classes centuriasque et — ordinem ex censu descripsit.

2. *Dion.* (*4,15,6*):[3] τῷ δὲ μὴ τιμησαμένῳ τιμωρίαν ὥρισε τῆς τ' οὐσίας στέρεσθαι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι.

3. *Dion.* (*4,22,4*):[4] Ὁ δὲ Τύλλιος καὶ τοῖς ἐλευθερουμένοις τῶν θεραπόντων — μετέχειν τῆς ἰσοπολιτείας ἐπέτρεψε. κελεύσας γὰρ ἅμα τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐλευθέροις καὶ τούτους τιμήσασθαι τὰς οὐσίας, εἰς φυλὰς κατέταξεν αὐτοὺς τὰς κατὰ ⟨τὴν⟩ πόλιν τέτταρας ὑπαρχούσας, — καὶ πάντων ἀπέδωκε τῶν κοινῶν αὐτοῖς μετέχειν, ὧν τοῖς ἄλλοις δημοτικοῖς.

---

1) *Cf. Liv. 1,35,6. Dion. 3,67.* — 2) (Legati Etruscorum aderant ferentes insignia imperii, quibus ipsi reges suos ornabant, portantes coronam auream, sellam eburneam, sceptrum aquila in capite ornatum, tunicam purpuream auro distinctam, togam purpuream pictam. Tarquinius tamen his honoribus non statim usus est, ut plerique scriptorum Romanorum tradunt, sed senatus populique arbitrio permittens, an recipiendi honores essent, tum demum cum omnes consensissent eos accepit.) *Etiam XII lictores Dion. hic refert, quos iam a Romulo sumptos esse Liv. 1,8,2 et Plut. Rom. 26 tradunt. Cf. Rubino, R. Verf. 396.* — 3) (incensis poenam constituit, bonis privari et virgis caesos venum dari.) — 4) (Tullius servis manumissis civitatem habere concessit; iubens enim una cum liberis aliis omnibus etiam libertos censeri, in quattuor tribus urbanas eos distribuit. — eosque ad omnia quae publica essent aeque admisit ac ceteros plebeios.)

4. *Dion.* (*4,13,1*):[1] τοὺς νόμους τούς τε συναλλακτικοὺς καὶ τοὺς περὶ τῶν ἀδικημάτων ἐπεκύρωσε ταῖς φράτραις· ἦσαν δὲ πεντήκοντά που μάλιστα τὸν ἀριθμόν.

5. *Dion.* (*4,25*):[2] ἐκεῖνος διελὼν ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν (ἐγκλημάτων) τὰ δημόσια, τῶν μὲν εἰς τὸ κοινὸν φερόντων ἀδικημάτων αὐτὸς ἐποιεῖτο τὰς διαγνώσεις, τῶν δ' ἰδιωτικῶν ἰδιώτας ἔταξεν εἶναι δικαστάς, ὅρους καὶ κανόνας αὐτοῖς τάξας, οὓς αὐτὸς ἔγραψε νόμους.

6. SI PARENTEM PUER VERBERIT, AST OLLE PLORASSIT, PUER DIVIS PARENTUM SACER ESTO.[3]

VII. TARQUINIUS SUPERBUS.

Dion. (*4,43,1*):[4] (Ὁ Ταρκύνιος) τοὺς — νόμους τοὺς ὑπὸ Τυλλίου γραφέντας, καθ' οὓς — οὐδὲν ὑπὸ τῶν πατρικίων ὡς πρότερον ἐβλάπτοντο περὶ τὰ συμβόλαια, πάντας ἀνεῖλε· καὶ οὐδὲ τὰς σανίδας, ἐν αἷς ἦσαν γεγραμμένοι, κατέλιπεν, ἀλλὰ καὶ ταύτας καθαιρεθῆναι κελεύσας ἐκ τῆς ἀγορᾶς διέφθειρεν.

[*VII*] ADDITAMENTUM.

Cippus antiquissimus in Foro Romano repertus.

Dess. 4913. — Rep. a. 1899, in foro, ubi hodie. — Edd.: Gamurrini, notizie degli scavi, 1899, 151 sqq.; deinde inter alios Comparetti, iscrizione archaica 1900 et Enmann, bull. de l'acad. imp. de Petersbourg 1899, 263 sqq., qui legem regiam esse censet. — Nos ordinem Thurneysenianum (Rh. Ph. 55, 484; 56, 161; cf. Skutsch, Vollmöllers Jahresbericht, 1904, 453 sqq.) secuti sumus.

quoi ho . . . . [2]| . . . sakros es[3]|ed sora . . . . [4]| . . . . iasias
. . . [5]| regei . . . . [6]| . . . . evam [7]| quos ri . . . . [8]| . . . . m kaloto[9]|rem
ḥab . . [10]| . . . od iouxmen[11]|ta kapia dota . . . [12]| . . od iovestod [13]| velod
nequ . . . [14]| . . . quoi ha[15]|m ite ri . . . [16]| loivq̣uiod.

---

1) (leges cum de contractibus tum de delictis per curias tulit, erant autem numero fere quinquaginta.) — 2) (ille iudiciis publicis separatis a privatis ipse quidem de criminibus ad rem publicam pertinentibus suscepit cognitionem, rerum autem privatarum privatos iudices esse iussit, quibus normas et regulas leges dedit a se conscriptas.) — 3) *Vide supra Leg. Rom. 13.* — 4) (Tarquinius leges a Tullio scriptas, per quas non, ut antea, in contractibus a patriciis vexabantur, omnes sustulit, et ne tabulas quidem, in quibus erant scriptae, reliquit, sed has quoque ex foro summoveri iubens delevit.) *Cf. Dion. 5,2,2*: (Βροῦτος καὶ Κολλατῖνος) τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων, τοὺς ὑπὸ Τυλλίου γραφέντας, — οὓς ἅπαντας κατέλυσε Ταρκύνιος, ἀνενεώσαντο

Haec fere agnosci posse censet Skutsch: qui hunc (vel 'hoc') . . . ',sacer erit' . . . Deinde in l. 5 (fortasse etiam in 7) videtur sermo esse de rege sive de rege sacrificulo. Pergitur in l. 8: kalatorem hab [*eat*] . . . *iumenta capiat* (kapia *ante* dota *pro* kapiad *scriptum*). *In l. 12* iovestod *idem est quod posteriores dicebant iusto, cui adjungi videtur substantivum* velod *sive id voluntatem significat sive pro* dvelod (= *duello*) *scriptum est, ut vult Kretschmer, Wiener Stud. 26,158 sq. In reliquis nihil agnoscitur praeter* ham = *hanc* (ite *pro iter scriptum ante* ri?).

Haec si vera sunt, comparari possunt talia qualia leguntur in lege Urson. I 3,16 aedilibus . . praeconem . . habere ius potestasq(ue) esto *et in Julia munic. 62 sqq.* quibus diebus virgines vestales, *regem* sacrorum flamines plostris in urbe . . vehi oportebit. *Initium huiusmodi fuisse potest qui hu*[*nc locum sive lapidem violaverit*], *sacer esto.*

CAPUT II.

LEGES XII TABULARUM.

HISTORIA.

Legum XII tabularum historiam accuratius enarraverunt Liv. 3,9—57, Dion. 10,1—60, Pompon. in D. 1,2,2,3.4.24. E Livio quae huc pertinent exscripsi. Quaenam XII tabularum apud Romanos fuerint fata, quomodo capta a Gallis urbe interierint, num postea restitutae sint, quomodo temporum decursu textus earum sit mutatus, quinam apud veteres iis exstiterint interpretes, omnia optime exposuit Rud. Schoell, legis XII tabularum reliquiae 1866, 1–39. Qui vero nostra aetate inde a saeculo XVI colligendis et restituendis XII tabularum reliquiis operam dederint scriptores ennarravit H. Dirksen, Uebersicht der bisherigen Versuche zur Herstellung des Textes der XII Tafeln, 1824. Qui etiam rationem et viam, quae esset ingredienda, novam constituit tantaque eruditione absolvit, ut omnes qui post eum XII tabulas ediderunt, in eo substiterint pauca addentes vel emendantes. Quod unum libro deest, ut legitima XII tabularum verba, si quae tradita nobis sunt, ex artis philologicae ratione sub examen revocarentur, id scite perfecit Schoellius l. l., quem paucis locis exceptis ex iuris ratione diiudicandis secutus sum. Quod constituit Dirksen systema XII tabularum licet non ubivis satisfaciat, ut Schoellius ita ego quoque retinui, ne modus citandi turbaretur. [VII Iam Ettore Pais (*storia di Roma I 1898.99*) *quae dicuntur leges XII tab. unquam latas esse negat, legis lationem ex iure Flaviano, quo Appii Claudii scriba actiones ab Appio ad formam redactas publicavit, falsa geminatione confictam ratus; quem secutus vel potius exsuperans Lambert (N. R. 26,149; Melanges Appleton) fragmenta XII tab. Sex. Aelio Cato Paeto adtribuit; quam tamen opinionem viris doctis non probaverunt: vide Girard (NR. 1902) Erman (ZSSt., 23,450) Lenel (LSSt. 26,290): plane quae traduntur XII tabularum reliquiae, non omnes ex tab. originem ducunt, quae ducunt, non omnes sermonem XII* *tab. servant integrum. — De sermone XII tab. cf. Bréal, Journal des savants 1902 p. 599; qui glossemata censet esse e. g.* Si nolet arceram ne sternito (I. 3); Aut si volet maiore (III, 3).]

Livius (*3,9,2*): C. Terentilius Arsa tribunus plebis eo anno (*u. e.* 292) fuit. Is — maxime in consulare imperium, tamquam nimium nec tolerabile liberae civitati, invehebatur: — (*9,4*:) 'duos pro uno dominos acceptos — infinita potestate, qui — effrenati ipsi omnes metus legum — verterent in plebem; (*9,5*:) quae ne aeterna illis licentia sit, legem se promulgaturum, ut V viri creentur legibus de imperio consulari scribendis.' — (*10,5*:) Anno deinde insequenti (293) lex Terentilia a toto relata collegio novos aggressa consules est. (*11,3*:) — patres in lege quae per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda ⟨se⟩ gerebant. (*14,6*:) — per totum annum artibus lex elusa est. (*15,1*:) Nihil novi novus annus (294) attulerat; legis ferendae aut accipiendae cura civitatem tenebat. (*17,9*:) — nec lex tamen ferri — potuit. (*21,2*:) — SCta fiunt, 'ut neque tribuni legem eo anno ferrent, neque *cet.*' (*24,7*:) — tribuni (295) — comitia quaestores habere de reo (Volscio), nisi prius habita de lege essent, passuros negabant. (*25,1*:) — consules facti (296) duas residuas ann. prioris causas exceperunt, — (*25,2*:) legem — impediebant —. (*25,4*:) Cum Verginius maxime ex tribunis de lege ageret, duum mensum spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem, ut, cum edocuissent populum, quid fraudis occultae ferretur, sinerent deinde suffragium inire. Hoc intervalli datum res tranquillas in urbe fecit: (*29,8*:) Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est; sed — ne quid ferretur ad populum patres tenuere. (*30,1*:) — initio anni (297), cum foris otium esset, domi seditiones — eadem lex faciebat, (*30,2*): ulteriusque ventum foret, adeo exarserant animi, ni *cet.* — (*31,1*:) Domi forisque otium fuit (298). — (*31,2*:) sequente anno (299) — legem omnibus contionibus suis celebrant (tribuni). — (*31,6*:) (novi consules) aiebant — 'plebem et tribunos legem ferre non posse'. (*31,7*:) Tum abiecta lege, quae promulgata consenuerat, tribuni lenius agere cum patribus: 'finem tandem certaminum facerent, — communiter legum latores et ex plebe et ex patribus, qui utrisque utilia ferrent quaeque aequandae libertatis essent, sinerent creari.' (*31,8*:) Rem non aspernabantur patres, laturum leges neminem nisi ex patribus, aiebant. Cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet, missi legati Athenas Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus, iussique inclitas leges Solonis describere et aliarum Graecae civitatium instituta mores iuraque noscere. (*32,1*:) — quietus annus (301) — silentio tribunorum, quod — legatorum, qui Athenas ierant, legumque peregrinarum exspectatio praebuit. — (*32,6.7*): Iam (302) redierant legati cum Atticis legibus. Et intentius instabant tribuni, ut tandem scribendarum legum initium fieret. Placet creari Xviros sine provocatione, et ne quis eo anno alius magistratus esset. Admiscerenturne plebei, controversia aliquandiu fuit; postremo concessum patribus. — (*33,1*:) Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, — mutatur forma civitatis ab consulibus ad Xviros. — (*33,3*:) Xviri creati Appius Claudius *cet.* — (*34,1*:) — Tum (303) legibus condendis opera dabatur; ingentique hominum exspectatione propositis X tabulis, populum ad contionem advocaverunt: — (*34,3*:) 'se — omnibus, summis infimisque, iura aequasse.' — (*34,6*:) Cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite editos satis correctae viderentur, centuriatis comitiis X tabularum leges perlatae sunt, quae nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici privatique est iuris. (*34,7*:) Vulgatur deinde rumor, duas deesse tabulas, quibus adiectis absolvi posse velut corpus omnis Romani iuris. Ea exspectatio — desiderium Xviros iterum creandi fecit. — (*37,4*:) Iam et processerat pars maior anni (304) et duae tabulae legum ad prioris anni X tabulas erant adiectae, nec quicquam iam supererat, si eae quoque leges centuriatis comitiis perlatae essent, cur eo magistratu rei publicae opus esset. (*57,10*:) Priusquam urbem egrederentur — (*consules a.* 306) leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt. Sunt qui iussu tribunorum aediles functos eo ministerio scribant.

TABULA I.

1. Si in ius vocat, ito. Ni it, antestamino: igitur em capito.

Testimonia: I, 1. *Porphyrio* (*ad Hor. sat. 1,9,76*: Adversarius molesti illius Horatium consulit, an permittat se antestari, iniecta manu extracturus ad praetorem, quod vadimonio non paruerit. De hoc autem lege XII tab. his verbis cautum est: 'Si in ius vocationi tantestaminigitur (*sic, non* tiur, *codex*) en capito'. Antestari est (an *ins. cod.*) ergo ante testari (antestare *cod.*) scilicet antequam manum iniciat. *Cic.* (*de leg. 2,4,9*): A parvis —, Quinte, didicimus: 'si in ius vocat' atque (at *ins. codd.*) alias eiusmodi leges nominare. *Gell.* (*20,1,25*): Verba sunt haec legis: 'si in ius vocat'. *Rh. ad. Her* (*2,13,19*): Lege ius est id, quod iussu populi sanctum est, quod genus: ut in ius eas, cum

2. SI CALVITUR PEDEMVE STRUIT, MANUM ENDO IACITO. 3. SI MORBUS AEVITASVE VITIUM ESCIT, IUMENTUM DATO. SI NOLET, ARCERAM NE STERNITO.

4. ASSIDUO VINDEX ASSIDUUS ESTO; PROLETARIO IAM CIVI QUIS VOLET VINDEX ESTO.

---

voceris. — *Fest.* (*P. 76*) Em, tum. (*77*) Em [en *G.*] pro eum, ab eo, quod est 'is'. (*P. 105*) Igitur nunc quidem pro — ergo; sed apud antiquos ponebatur pro inde et postea et tum. *Verba ut supra leguntur constituit iam Gothofredus, nisi quod* ito *vocem inseruit demum Heindorf, ZGR. 2,432—410.* [*Mihi* ito *videtur rectius abesse.* TH. M.]

2. *Fest.* (*F. 310*)*:* Struere antiqui dicebant pro adicere, augere; — at [aut *cod.*] in XII quod est: 'si calvitur — iacito', alii putant significare retrorsus ire, ali in aliam partem, ali fugere [fure *cod.*], ali gradum augere, ali minuere [*exciderunt talia fere:* sed struit is qui moratur] ac vix pedem pedi praefert, otiose it, remoratur. *Fest.* (*210*)*:* 'Pedem struit' in XII significat 'fugit', ut ait Ser. Sulpicius. — *Non.* (*6*) Calvitur dictum est frustratur, tractum a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. — Lucilius: 'si non it, capito', inquit, 'eum, et si calvitur, ergo fur dominum' [endo ferto manum *Carrio.*] *D. 50,16,233 pr.*

3. *Gell.* (*20,1,25*)*:* Verba sunt haec de lege Si in ius vocat: 'si morbus aevitasve vitium escit' qui in ius vocabit 'iumentum dato *etc.*'. *Verba* qui in ius vocabit *interpretis esse vidit Schoellius.* — *Varro* (*de l. l. 5,140*)*:* arcera, quae etiam in XII tab. appellatur, quod ex tabulis vehiculum erat factum ut arca. — *Cf. Gell. 20,1,12.24—30. Fest.* (*P. 77*) escit erit (*Schoell 98*). *Non.* (*55*)*:* Arcera plaustrum est rusticum, tectum undique quasi arca. — Hoc autem vehiculi genere senes et aegroti vectari solent.

4. *Gell.* (*16,10,5*)*:* Ennius verbum hoc (proletarius) ex XII tab. — accepit, in quibus, si recte commemini, ita scriptum est: 'assiduo — proletario iam ciui (iam ciui *omittunt codd. Gellii familia altera*) cui quis uolet uindex esto.' [*Scr.* proletario quiqui volet. TH. M.] *Cic. top. 2,10:* Cum lex (*ins.* aelia sentia *libri*) assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti; locuples enim est assiduus, ut ait L. Aelius. — *Fest.* (*P. 9*)*:* Assiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi consedisse videatur; alii assiduum locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt; alii eum, qui sumptu proprio militabat, ab asse dando [assedendo *T.*] vocatum existimarunt [aestimarunt *libri.*] (*L. 377, Mo. 84.*) Vindex ab eo, quod vindicat, quo minus is, qui prensus est ab aliquo, teneatur. *Non.* (*67*)*:* Proletarii dicti sunt plebei, qui nihil reipublicae exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. — Varro de vita p. R. lib. I: 'quibus erant pecuniae satis, locupletis, adsiduos; contrarios proletarios. Adsiduo neminem vindicem voluerunt locupleti' [idem: adsiduo neminem vindicem esse voluerunt nisi adsiduum id est locupletem *coniecit Turnebus*]. (*155*) Proletarii cives dicebantur, qui in plebe tenuissima erant et non amplius quam mille et quingentos aeris in censum deferebant. *D. 2,4,22,1; 50,16,234,1.*

5. NEX . . . FORTI SANATI . . .

6. REM UBI PACUNT, ORATO. 7. NI PACUNT, IN COMITIO AUT IN FORO ANTE MERIDIEM CAUSSAM COICIUNTO. COM PERORANTO AMBO PRAESENTES. 8. POST MERIDIEM PRAESENTI LITEM ADDICITO. 9. SI AMBO PRAESENTES, SOLIS OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO.

10. *Gellius* (*16,10,8*): cum proletarii et adsidui et sanates et VADES et SUBVADES et XXV asses et taliones — evanuerint, omnis-

---

5. *Fest.:* Sanates: . . . in XII: nex . . . forti sanati (*vide in epitome nostra Festi*) . . . *Idem alibi:* In XII cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus quod Forctibus. *Fest.* (*P. 84*) Forctes, frugi et bonus, sive validus. (*P. 102*) Hoctum et forctum pro bono dicebant. *Gell.* (*16,10,8*): cum proletarii et assidui et sanates — omnisque illa XII tab. antiquitas — consopita sit. *Cf. fr. 10.*

6—9. *Rh. ad Her.* (*2,13,20*)*:* Pacta sunt, quae legibus observanda sunt, hoc modo: 'rem — cuicito' (*sic libri*). *Gell.* (*17,2,10*)*:* 'Sole occaso'; non insuavi vetustate est, — in XII autem tabulis verbum hoc ita scriptum est: 'ante meridiem causam coniciunt (*sic libri*), cum perorant sol (solis *cod. Paris.*) occasus — esto'. — *Prisc.* (*de arte gramm. 10,5,32*)*:* antiqui 'pago' quoque dicebant, pro paciscor, *citans ex Cicerone:* pacta sunt quae legibus observanda sunt hoc modo: 'rem ubi pagunt orationi (*sic libri*) pagunt'. — *Quint.* (*1,6,11*)*:* cum legeremus in XII tab.: 'ni ita pagunt'. *Scaurus* (*de orthogr. p. 2253*)*:* (testantur) XII tab., ubi est 'ni pacunt' per hanc formam, quod male quidam per C enuntiant, est enim praeteritum eius pepigi a pango. *Censorin.* (*de die nat. 23*)*:* in XII tab. nusquam nominatas horas invenies, — sed: 'ante meridiem'. — *Non.* (*267*)*:* coicere, agere. Afranius —: 'causam coicere hodie ad te volo. Ambon adestis? profuturos arbitror'. *Ps. Asc. in Verrin. 2,1,27. Gai. 4.15.* — *Varro* (*de l. l. 7,51*)*:* Supremum a superrumo dictum, itaque in XII dicunt: 'solis — esto'. *Macr.* (*sat. 1,3,14*)*:* sicut expressum est in XII tab.: 'solis — esto'. *Cens.* (*d. d. nat. 24*)*:* plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in XII tab. scriptum sic: 'solis — esto'. *Fest,* (*305*) Supp[*remum*] — alias extre[*mum*] *significat, ut*] in legibus XII: 'Solis [*occasus suppre*]ma tempestas esto'; — [*alias pro*] maximo, cum duas [*oves et triginta bove*]s suppremam mul[*tam dicunt*]. — *Cf. Plin.* (*n. h. 7,60*)*:* XII tab. ortus tantum et occasus nominantur. *Varro de l. l. 6,5; 7,51. Fest.* (*P. 362*) Tempestatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui. — Com *esse* σὺν, una, secum, invicem *observavit Bergkius Rh. Ph. 19,605, probante Schoellio p. 102.* [*Immo scribendum est*: causam coiciunto, tum peroranto ambo praesentes, *duce Gaio 4,15*: cum ad iudicem venerant, antequam apud eum causam perorarent, solebant breviter et quasi per indicem rem exponere, quae dicebatur causae coniectio. *Deinde etsi* sole occaso *apud Gellium vetustum esse dicitur legiturque in lege Plaetoria* (*apud Censorinum l. c.*) ad solem occasum, *in* solis occasus *consentiunt Varro Festus Macrobius Censorinus, item ex libris Gellianis unus isque optimus*: sol *Gelliani libri reliqui.* TH. M.] [^{VII} Meridie *scriptum fuisse Usener demonstravit Jahrb. für Philolog. 117,78.*]

que illa XII tabularum antiquitas — lege Aebutia lata consopita sit —.

TABULA II.

1. *Gaius* (*4,14*): de rebus M aeris plurisve D assibus, de minoris vero L assibus sacramento contendebatur; nam ita lege XII tabularum cautum erat. [At] si de libertate hominis controversia erat, etiamsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderetur, eadem lege cautum est —

2. . . . MORBUS SONTICUS . . AUT STATUS DIES CUM HOSTE . . QUID HORUM FUIT UNUM IUDICI ARBITROVE REOVE, EO DIES DIFFISSUS ESTO.

3. CUI TESTIMONIUM DEFUERIT, IS TERTIIS DIEBUS OB PORTUM OBVAGULATUM ITO.

TABULA III.

1. AERIS CONFESSI REBUSQUE IURE IUDICATIS XXX DIES IUSTI SUNTO. 2. POST DEINDE MANUS INIECTIO ESTO. IN IUS DUCITO.

II, 2. *Fest.* (*290*): Sonticum morbum in XII significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa; quem nonnulli putant esse qui noceat, quod sontes significat nocentes. *Gell.* (*20,1,27*): morbum vehementiorem — legum istarum scriptores — morbum sonticum appellant. *Fest.* (*P. 111*) Insons, extra culpam, a quo dici morbus quoque existimatur sonticus, quia perpetuo noceat. (*344*) [*Sontica c*]ausa dicitur a morbo [*sontico, propter quem, quod est g*]erendum, agere [*nequimus.*] *D. 50,16,113; 42,1,60.* — *Cic.* (*de off. 1,12,37*): Hostis — apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus; indicant XII tab.: ‘aut — hoste’. *Cf. Fest.* Status. *D. 50,16,234 pr.* (*Ad iuramentum militare pertinet* status condictusve dies *apud Gell. 16,4,4 et Plaut. Curc. 1,1,4*). — *Capito apud Festum*: Reus: — nam (numa *cod.*) in secunda tabula secunda lege, in qua scriptum est: ‘Quid horum fuit unum (*sic. cod.,* vitium *em. Cuiacius*) iudici — eo die diffensus (*sic. cod.*) esto’. *Ulp.* (*D. 2,11,2,3*): lex XII tab., si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicii esse diffisum. *Cf. leg. Urson. c. 95. tab. III, 2,21—36.* [*Scripsi* diffisus, *cum constet de infinitivo* diffindere *Gell. 14,2,11 et de perfecto* diffidi *Liv. 9,38,15.* TH. M.]

3. *Fest.* (*233*) Portum in XII pro domo positum, omnes fere consentiunt: ‘cui — ito’. *Idem* (*L. 375, Mo. 81*): Vagulatio in l. XII significat quaestionem (*sic vel* quaestio *libri*) cum convicio: ‘cui — ito’.

III. 1—4. *Gell.* (*20,1,42—45*): Confessi igitur aeris ac debiti iudicatis XXX dies sunt dati —. Sic enim sunt, opinor, verba legis: ‘aeris — dato.’ [^{VII} *Cf. leg. Urs. c. 61. tab. I initium.*]

1. *Gell.* (*15,13,11*): Confessi autem aeris, de quo facta confessio est, in XII tab. scriptum est his verbis: ‘aeris conf. rebusque (iure *om.*) iud. — sunto’. — *De tempore iudicati cf. Gai. 3,78. D. 12,1,4,5.7.* — *Schoell p. 106 verba* rebusque iure *delenda et* aeris confessi iudicatis *coniungenda censet, immemor ut videtur, de confesso iudicium non fieri iure Romano.*

3. NI IUDICATUM FACIT AUT QUIS ENDO EO IN IURE VINDICIT, SECUM DUCITO, VINCITO AUT NERVO AUT COMPEDIBUS XV PONDO, NE MAIORE, AUT SI VOLET MINORE VINCITO. 4. SI VOLET SUO VIVITO. NI SUO VIVIT, QUI EUM VINCTUM HABEBIT, LIBRAS FARRIS ENDO DIES DATO. SI VOLET, PLUS DATO.

5. *Gellius* (*20,1,46—7*): Erat autem ius interea paciscendi ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad praetorem in comitium producebantur, quantaeque pecuniae iudicati essent, praedicabatur. Tertiis autem nundinis capite poenas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant.

6. TERTIIS NUNDINIS PARTIS SECANTO. SI PLUS MINUSVE SECUERUNT, SE FRAUDE ESTO.

7. ADVERSUS HOSTEM AETERNA AUCTORITAS [ESTO].

---

2. *De manus iniectione cf. Gai. 4,21.*

3. *Cf. Ter. Phorm. 334*: ducent damnatum domum. *Donat.*: secundum ius scilicet, quo obaerati, cum non solvendo essent, ipsi manu capiebantur. *Liv. 8,28,8*: iussi consules (*a. 428*) ferre ad populum, ne quis in compedibus aut in nervo teneretur. *Fest.* (*165*) Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes inpediuntur, quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait. — In eo vindicit *sicut* in re vindicare *apud Gell. 20,10,7.9. Sch. 92.* [*Gellius l. c. ut recte distinxit rem, quam vindicamus, puta agrum, a particula, puta gleba, in qua vindicamus, ita ubi haec distinctio locum non habet, praepositio admitti non potest, sed solus accusativus; mihi* in iure *vocabula videntur ad explicanda ea quae sunt* endo eo *adscripta esse ab interprete antiquissimo, qui recte omnino* eo *referret ad id quod praecedit* in ius ducito. TH. M.] — *Lectionem traditam* minore — maiore *defendit Puchta, Inst. § 179 not. i.*; *verba permutanda censent plerique. Hu., Nexum p. 38, n. 100.* [^{VII} *verba* aut si volet minore *glossema esse putat Bréal, Journal des Savants, 1902 p. 607.*]

4. *pro* farris *libri* ferri. — *Cf. Gai. lib. II ad l. XII tab.* (*D. 50,16, 234,2*): Verbum 'vivere' quidam putant ad cibum pertinere, sed Ofilius — ait, his verbis et vestimenta et stramenta contineri.

6. *Gell.* (*20,1,48—52*): eam capitis poenam — metuendam reddiderunt. Nam — secare, si vellent, atque partiri corpus addicti — permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes invidiam me istam forte formidare: 'tertiis — esto'. — *Cf. Gell. l. c. 52*: dissectum esse antiquitus neminem equidem legi neque audivi. — *Quint. 3,6,84*: in XII tab. debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit. *Tertull. apol. 4*: iudicatos in partes secari a creditoribus leges erant: consensu tamen publico crudelitas postea erasa est. *Dio Cass. fragm. 12*: τοῦτο μὲν εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐνενόμιστο, ἀλλ᾽ οὔ τί γε καὶ ἔργῳ ποτὲ ἐγεγόνει. — *Multi de bonorum sectione intellegere volunt hanc legem, quos merito perstringit Niebuhr, röm. Gesch. 2,670—72. Cf. Puchta, Inst. § 179, not. n.*

7. *Cic.* (*de off. 1,12,37*) *in loco supra II, 2 exscripto addit*: itemque: 'adversus — auctoritas'.

TABULA IIII.

1. *Cicero* (*de leg. 3,8,19*): cito necatus tamquam ex XII tabulis insignis ad deformitatem puer.

2. SI PATER FILIUM TER VENUM DUUIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO.

3. *Cicero* (*phil. 2,28,69*): Illam suam suas res sibi habere iussit ex XII tab., claves ademit, exegit.

4. *Gellius* (*3,16,12*): comperi, feminam — in undecimo mense post mariti mortem peperisse, factumque esse negotium — quasi marito mortuo postea concepisset, quoniam Xviri in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripsissent.

TABULA V.

1. *Gaius* (*1,144—5*): Veteres — voluerunt feminas, etiamsi perfectae aetatis sint, — in tutela esse; — exceptis virginibus

---

IV. 1. necatus *Puteanus*, legatus *libri*. — *Cf. supra Leg. Romuli 11.*

2. *Ulp.* (*fr. 10,1*): filius ter mancipatus, ter manumissus sui iuris fit, id enim lex XII tab. iubet his verbis: 'si pater — esto'. *Gai.* (*1,132*): lex enim XII tab. tantum in persona filii de tribus mancipationibus loquitur his verbis: 'si pater — a patre filius liber esto'. — uenum dauit *Ulpiani liber*, uenum d(uit?) *Gai; de futuro hoc secundo dixit Schoell. p. 83. — Cf. Gai. 4,79. Dion. 2,27,3 postquam dixit iam a Romulo* (*l. 10*) *hoc constitutum esse, addit*: τοῦτον τὸν νόμον — οἱ — δέκα ἄνδρες ἅμα τοῖς ἄλλοις ἀνέγραψαν νόμοις, καὶ ἔστιν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν λεγομένων δώδεκα δελτων. *Quem Dion. locum, ex quo Dirksenius totam Romuli de patria potestate legem in XII receptam esse collegerat, ad solam venditionem filiorum pertinere recte monet Schoell. p. 52.*

3. *Cf. Gai. l. III ad XII tab.* (*D. 48,5,43*): Si ex lege repudium missum non sit *cet. — Legem a Dirkseno omissam recte inseruit Schoell 57. Divortii formula posteriore tempore fuit*: res tuas tibi habeto. *D. 24,2,2,1. Plaut. Amph. 928, Trin. 266; priore tempore fuisse*: baete foras *ostendit Buecheler, Jahrb. Phil. 105,565. Varro ap. Non.* (*77*): annos multos quod parere ea non poterat mulierem foras baetere iussit. *Plaut. Cas. 210*: M. Semper tu huic verbo vitato! C. Cui verbo? M. I foras mulier! *Mart. 11,104,1*: Uxor, vade foras, aut moribus utere nostris.

4. *Ulp. ad Sab.* (*D. 38,16,3,9.11*): ex lege XII tab. ad legitimam hereditatem is, qui in utero fuit, admittitur, si fuerit editus —; post decem menses mortis natus non admittetur ad legitimam hereditatem.

V. 1. *Etiam de Vestalium hereditatibus lege XII tab. cautum fuisse videtur colligi posse ex Gellio* (*1,12,18*): in commentariis Labeonis, quae ad XII tab. composuit, ita scriptum est: 'Virgo Vestalis neque heres est cuiquam in-

Vestalibus, quas — liberas esse voluerunt: itaque etiam lege XII tab. cautum est.

2. *Gaius* (*2,47*): Mulieris, quae in agnatorum tutela erat, res mancipii usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore [auctore] traditae essent: id[que] ita lege XII tab. [cautum erat].

3. UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA TUTELAVE SUAE REI, ITA IUS ESTO. 4. SI INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HERES NEC ESCIT, ADGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO. 5. SI ADGNATUS NEC ESCIT, GENTILES FAMILIAM HABENTO.

6. *Gaius* (*1,155*): Quibus testamento — tutor datus non sit, iis ex lege XII [tabularum] agnati sunt tutores.

7. a. SI FURIOSUS ESCIT, ADGNATÛM GENTILIUMQUE IN EO PECU-

---

testato neque intestatae quisquam. Sed bona eius in publicum redigi aiunt; id quo iure fiat, quaeritur'. *Cf. l. Numae 9.*

2. *Cf. Gai. 1,157*: olim — quantum ad l. XII tab. attinet, etiam feminae agnatos habebant tutores.

3. *Saepissime huius legis verba a veteribus afferuntur, diverso autem modo*: 'uti legassit suae rei, i. i. e. (*Gai. 2,224. Inst. 2,22 pr. Pomp. D. 50, 16,120*): 'uti legassit quisque de sua re, i. i. e'. (*Nov. 22,2 pr.*); 'paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legaverit (*vel* legassit), i. i. e'. (*Cic. de inv. 2,50,148; Rh. ad Her. 1,13,23*); uti legassit super pecunia tutelave suae rei, i. i. e.' (*Ulp. fr. 11,14*). *Accedit quod apud Paulum* (*D. 50,16,53 pr.*) *verba legis laudantur haec*: super pecuniae tutelaeve suae, *mendose ut videtur. Certe non solum de re atque pecunia, sed etiam de tutela legem cavisse confirmant Gaius quoque et Paulus in D. 26,2,1 pr. 26,2, 20,1.*

4. *Ulp.* (*fr. 26,1* = *Coll. 16,4,1*): cautum est lege XII tab. hac: 'si intestato (intestatus *Coll.*) m. cui suus heres nec escit (*Cuiacius*, est *Coll.*, *om. Ulpiani liber*) — habeto'. *Paul. ad Sab.* (*D. 28,2,9,2*): haec verba: 'si intestato moritur' ad id tempus referuntur *cet. Ulp. ad ed.* (*D. 50,16,195,1*): Familiae appellatio — et in res et in personas deducitur, in res — in lege XII tab. his verbis: 'adgnatus — habeto'. *Minus accurate Cic.* (*de inv. 2,50,148*) *dicit*: Lex (est): 'Si paterfamilias intestato moritur, familia pecuniaque eius agnatûm gentiliumque esto'. *Generaliter legem commemorant Gai. 3,1,9,11, Paul. sent. 4,8, Pomp. D. 50,16,162 pr., alii.*

5. *Ulp. lib. regul.* (*Coll. 16,4,2*): Si agnatus defuncti non sit, eadem lex XII tab. gentiles ad hereditatem vocat his verbis: 'si agnatus nescit (nec escit *Cuiac.*) — habento (heres *libri*)'. — *Cf. Gai. 3,17. Paul. in Coll. 16,3,3. Cic. sub n. 4 cit.*

6. *Ulp.* (*fr. 11,3*): per eminentiam — legitimi (tutores) dicuntur, qui ex lege XII tab. introducuntur, seu palam, quales sunt agnati, seu per consequentiam, quales sunt patroni. *Cf. D. 26,4,1; 4,5,7 pr.*

7. a. *Rhet ad Her.* (*1,13,23*) = *Cic.* (*de inv. 2,50,148*): Lex, si furiosus

NIAQUE EIUS POTESTAS ESTO. — b. . . . AST EI CUSTOS NEC ESCIT . . — c. *Ulpianus ad Sabinum* (*D. 27,10,1 pr.*): Lege XII tab. prodigo interdicitur bonorum suorum administratio. *Ulpianus* (*fr. 12,2*): Lex XII tab. — prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum.

8. *Ulpianus* (*fr. 29,1*): Civis Romani liberti hereditatem lex XII tab. patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. *Ulp. ad ed.* (*D. 50,16,195,1*)): Cum de patrono et liberto loquitur lex, EX EA FAMILIA, inquit, IN EAM FAMILIAM.

9. *Gordianus* (*C. 3,36,6*): Ea, quae in nominibus sunt, — ipso iure in portiones hereditarias ex lege XII tab. divisa sunt. *Dioclet.* (*C. 2,3,26*): ex lege XII tab. aes alienum hereditarium pro portionibus quaesitis singulis ipso iure divisum.

10. *Gaius ad ed. provinciale* (*D. 10,2,1 pr.*); Haec actio (familiae erciscundae) proficiscitur e lege XII tabularum.

---

escit (esset *vel* erit *vel* existet *libri*) — esto. *Cic.* (*Tusc. 3,5,11*): insaniam — a furore distinguimus. — Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant XII tab. Itaque non est scriptum: 'Si insanus', sed: 'si furiosus escit (esse incipit *libri*)'. *Paul ad ed.* (*D. 50,16,53 pr.*): cum dicitur apud veteres: 'adgnatorum gentiliumque *cet*'. *Cf. D. 27,10,13; 26,1,3 pr. Gai. 2,64.*

b. *Fest.* (*162*): 'Nec' coniunctionem — positam esse ab antiquis pro 'non', ut et in XII est: 'ast — escit'. *Item*: 'si adorat *cet*'. *Cf. Fest.* Ast. — *Haec verba priori legi post vocem* escit *inseruit Sch. 109; at* custode *fieri non potuit ut agnatorum potestas excluderetur, nisi custodem intellegas aut patrem aut tutorem, quod admitti non potest; ad aliam igitur rem spectent haec verba necesse est, fortasse ad delicta furiosi.* [Custos furiosi *cur non possit accipi enuntiative de patre tutoreque pro re coniunctis, non perspicitur, neque erravit opinor Schoellius.* TH. M.]

c. *J. 1,23,3*: Furiosi quoque et prodigi — in curatione sunt agnatorum ex lege XII tab. *Cf. D. 27,10,13.* — *Schoellius prodigum omittit; expresse autem de eo cautum fuisse loci citt. aperte indicant.*

8. *Gai.* (*3,40*): ita demum lex XII tab. ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus nullo suo herede relicto. *Cf. Coll. 16,8,2; 9,2. Gaius 1,165 = Inst. 1,17*: Ex eadem lege XII tab. libertarum et impuberum libertorum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quae et ipsa tutela legitima vocatur, non quia nominatim ea lege de hac tutela cavetur, sed quia proinde accepta est per interpretationem, atque si verbis legis introducta esset.

9. *Prior locus ad activam, alter ad passivam obligationem spectat, id quod neglexit Schoell. 132. Cf. D. 10,2,25,9.13. C. 4,16,7; 8,35,1.*

10. *Fest.* (*P. 82*): Erctum citum (*Scaliger*, citumque *libri*) fit inter consortes, ut in libris legum Romanorum legitur. Erctum a coercendo dictum, —

TABULA VI.

1. CUM NEXUM FACIET MANCIPIUMQUE, UTI LINGUA NUNCUPASSIT, ITA IUS ESTO.

2. *Cicero* (*de off. 3,16,65*): cum ex XII tab. satis esset ea praestari, quae essent lingua nuncupata, quae qui infitiatus esset, dupli poenam subiret, a iuris consultis etiam reticentiae poena est constituta.

3. *Cicero* (*top. 4,23*): usus auctoritas fundi biennium est, — ceterarum rerum omnium — annuus est usus.

4. *Gaius* (*1,111*): lege XII tab. cautum est, ut si qua nollet eo modo (usu) in manum mariti convenire, ea quotannis trinoctio abesset atque eo modo ⟨usum⟩ cuiusque anni interrumperet.

5. a. SI QUI IN IURE MANUM CONSERUNT. . . — b. *Paul. manual.* (*Vat. fr. 50*): et mancipationem et in iure cessionem lex XII tab. confirmat.

---

citum — a ciendo. *Gell. 1,9,12*: anticum consortium quod iure atque verbo Romano appellabatur 'ercto non cito'.

VI. 1. *Cincius apud Festum:* Nuncupata pecunia est — nominata (nomina *cod.*), certa, nominibus propriis pronuntiata: 'cum — esto', id est (ita *cod.*) uti nominarit locutusve erit, ita ius esto. *Cic.* (*de or. 1,57,245*): ut totum illud: 'uti lingua nuncupassit' non in XII tab., — sed in magistri carmine scriptum videretur. *Paul. in Vat. fr. 50*: et mancipationem et in iure cessionem lex XII tab. confirmat. *Cf. Gai. 1,119; 2,104. Varro de l. l. 6,60.* [^{VII} *Nexum tractaverunt in ZSSt. Mitteis, 22,96; Mo. 23,348; Becker 23,13.439; Lenel 23,64, Kübler 25,254; cf. Schlossmann, Altrömisches Schuldrecht und Schuldverfahren* (*de quo libro vide Kübler, Berl. Wochenschrift für klass. Phil. 1904, 175—185. 206—212*) *et Nexum, Nachträgliches zum altröm. Schuldr.*]

3. *Ciceronis locus integer haec habet*: Quod in re pari valet, valeat in hac, quae par est; ut: Quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam aedium; at in lege aedes non appellantur et sunt ceterarum rerum omnium, quarum annuus est usus: valeat aequitas, quae paribus in causis paria iura desiderat. *Cic.* (*p. Caec. 19,54*): Lex usum et auctoritatem fundi iubet esse biennium. *Gai. 2,42*: ⟨Usucapio autem⟩ mobilium quidem rerum anno completur, fundi vero et aedium biennio et ita lege XII tab. cautum est. *54*: lex — XII tab. soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras vero anno. *Boëth. in Cic. top. l. c.*: Hic igitur aedium usus (!) auctoritatem biennio fieri sentit (Cicero).

4. *Gell.* (*3,2,13*): trinoctium, quod abesse a viro usurpandi causa ex XII tab. deberet *cet.*

5. a. *Gellius* (*20,10,7*): Manum conserere est rem eam (*Huschke*, conserere nam *libri*), de qua re disceptatur in iure, — cum adversario simul manu prendere, et in ea re sollemnibus (omnibus *libri*) verbis vindicare, id est uindicia. Correptio (consertio?) manus in re atque in loco praesenti apud prae-

6. *Livius* (*3,44,11.12*): Advocati (Verginiae) — postulant, ut (Ap. Claudius) — lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem.

7. TIGNUM IUNCTUM AEDIBUS VINEAVE ET CONCAPIT NE SOLVITO.

8. *Ulpianus ad edictum* (*D. 47,3,1 pr.*): Lex XII tab. neque solvere permittit tignum furtivum aedibus vel vineis iunctum neque vindicare, — sed in eum, qui convictus est iunxisse, in duplum dat actionem.

9. . . QUANDOQUE SARPTA, DONEC DEMPTA ERUNT . .

TABULA VII.

1. *Varro* (*de l. l. 5,22*): XII tabularum interpretes ambitum parietis circuitum esse describunt. — *Festus:* Ambitus — dicitur circuitus aedificiorum, patens — pedes duos et semissem. — *Maecianus* (*assis distr. 46*): Sestertius duos asses et semissem (valet), — lex — XII tab. argumento est, in qua duo pedes et semis 'sestertius pes' vocatur.

---

torem ex XII tab. fiebat, in quibus ita scriptum est: 'si cui (*sic libri*) in — conserunt'.

b. *Pauli locus integer haec habet*: Pomponius putat, non posse ad certum tempus deduci (usumfructum) nec per in iure cessionem nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse; ego didici, et deduci ad tempus posse, quia et mancipationem — confirmat. — *Hunc locum cum priore coniungendum esse, verisimile non est, quia in in iure cessione contravindicatio manibus consertis locum non habuit. Cf. Gai. 2,24.*

6. *Pomp. enchir.* (*D. 1,2,2,24*): Verginius — cum animadvertisset, Ap. Claudium contra ius, quod ipse ex vetere iure in XII tabulas transtulerat, vindicias filiae suae a se abdixisse, et secundum eum, qui in servitutem — petierat, dixisse *cet. Cf. Dion. 11,30. Liv. 3,56,4.6.*

7. 8. *Fest.* (*L. 364, Mo. 76*): Tignum non solum in aedificiis, quo utuntur, appellatur sed etiam in vineis, ut est in XII: 'tignum — uineave et concapit (e compage *Bosius et Mo.*, e concape *O. Mueller*, e concapi *Schoell*, sei concapit *Huschke*) ne solvito'. *Paulus ad ed.* (*D. 6,1,23,6*): Tignum alienum aedibus iunctum nec vindicari potest propter legem XII tab., nec eo nomine ad exhibendum agi —, sed est actio antiqua de tigno iuncto quae in duplum ex lege XII tab. descendit. *Videantur J. 2,1,29. D. 46,3,98,8. Cf. Hu., ad l. XII tab. de tigno iuncto. 1837. Windscheid. Pand. § 188. n. 10—15.*

9. *Fest.* (*348*): Sarpiuntur vineae, i. e. putantur, ut in XII: 'quandoque — erunt'. *Fest.* (*P. 323, F. 322*): Sarpta vinea, putata, id est pura facta; — sarpere enim antiqui pro purgare ponebant. *Iulian. ex. Min.* (*D. 6,1,59*): alienis aedificiis conexa, — simul atque inde dempta essent, continuo in pristinam causam reverti. — *Supplementa Huschkii quae sunt haec*: [neque vinea] quandoque sarpta, donec dempta erunt, [tigna vindicito] *refutat Schoellius p. 104—106.*

2. *Gaius l. IV ad leg. XII tab.* (*D. 10,1,13*): Sciendum est in actione finium regundorum illud observandum esse, quod (in XII tab.) ad exemplum quodammodo eius legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse. Nam illic ita est: Ἐάν τις αἱμασιάν κτλ.

3. a. *Plinius* (*n. h. 19,4,50*): In XII tab. — nusquam nominatur villa, semper in significatione ea 'hortus', in horti vero 'heredium'. — b. *Festus* (*F. 355*): [Tugu] ria a tecto appellantur [domicilia rusticorum] sordida, — quo nomine [Messalla in explana-] tione XII ait etiam . . .[signifi]cari.

4. *Cicero* (*de leg. 1,21,55*): usus capionem XII tab. intra V pedes esse noluerunt.

5. a. SI IURGANT . . — b. *Cic.* (*de leg. 1,21,55*): controversia est nata de finibus, in qua — e XII tres arbitri fines regemus.

6. *Gaius ad ed. provinc.* (*D. 8,3,8*): Viae latitudo ex lege XII tab. in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id est ubi flexum est, sedecim.

7. VIAM MUNIUNTO: NI SAM DELAPIDASSINT, QUA VOLET IUMENTO AGITO.

8. a. SI AQUA PLUVIA NOCET, . . — b. *Paulus ad Sab.* (*D. 43,8,5*): Si per publicum locum rivus aquae ductus privato nocebit, erit actio privato ex lege XII tab., ut noxa domino sarciatur.

VII. 3. *Fest.* (*P. 102*) Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possint, orirentur. — *Cf.* Heredium. *D. 50,16,180.*

5. a. *Cic. de rep.* (*4,8 ap. Non.* (*430*)): Iurgium levior res est; siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio iurgium dicitur; inter inimicos dissensio lis appellatur. M. Tullius de rep. l. IIII: 'admiror, nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam: 'si iurgant', inquit; benevolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur'. Et in sequenti: 'iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare'.

b. exisres *pro* e XII tres *libri.*

6. *Cf. Varro de l. l. 7,15*: Anfractum est flexum, — ab eo leges iubent in directo pedum VIII esse, in anfracto XVI, id est in flexu. *Fest.* Viae. *D. 8,3,13,2; 8,6,6 i. f.*

7. *Fest.* Viae: Lex iubet XII [in anfracto fle]xuque pedes latas esse vias, ut [adiciat:] 'viam muniunto: ni sam delapidassint (*sic Mo.*; sandilapidas *vel* omsamdi lapidas . . . sunt *vel* dionisam lapides sunt *libri; cf.* sas = eas *Fest. s. v. et alibi*: delapidata lapide strata) qua volet iumento agito'. *Cic.* (*p. Caec. 19,54*): si via sit immunita, iubet qua velit agere iumentum. *Fortasse ad eundem locum respicit Festus* (*P. 21*): amsegetes dicuntur quorum ager viam tangit.

8. a. *Pomp. ex Plautio* (*D. 40,7,21 pr.*): Et quod ita scriptum est: 'videbitur', pro hoc accipi debet: 'videri poterit'; sic et verba legis XII tab.

9. a. *Ulp. ad ed.* (*D. 43,27,1,8*): lex XII tab. efficere voluit, ut XV pedes altius rami arboris circumcidantur. — b. *Pomponius ad Sab.* (*D. 43,27,2*): Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum sit, ex lege XII tab. de adimenda ea recte agere potes.

10. *Plinius* (*n. h. 16,5,15*): Cautum est — lege XII tab., ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.

11. *Iustiniani Institutiones* (*2,1,41*): Venditae — et traditae (res) non aliter emptori adquiruntur, quam si is venditori pretium solverit vel alio modo satisfecerit, veluti expromissore aut pignore dato; quod cavetur — lege XII tab.

12. *Ulpianus* (*fr. 2,4*): Sub hac condicione liber esse iussus 'si decem milia heredi dederit', etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem perveniet: idque lex XII tab. iubet.

TABULA VIII.

1. a. QUI MALUM CARMEN INCANTASSIT . . — b. *Cicero* (*de rep. 4,10,12 ap. Aug. de civit. dei 2,9*): XII tab. cum perpaucas res

---

veteres interpretati sunt 'si aqua pluvia nocet', id est 'si nocere poterit'. (*In Digestis est* nocet; *sed scribendum* nocebit *propter antecedens* videbitur. [*At haec composuit Pomponius, ut positive dicta ostenderet accipi posse de iis quoque quae fieri possunt, itaque nihil mutandum.* TH. M.] *Cic.* (*top. 9,39*): aqua pluvia nocens — iubetur ab arbitro coerceri.

b. Noxa domino sarciatur *Mo.*; noxae domino cavetur *traditur.*

9. *Cf. Paul.* (*sent. 5,6,13*): Arbor, quae — imminet — in vicini agrum, nisi a domino sublucari non potest, isque conveniendus est, ut eam sublucet. *Fest.* (*348*): Sublucare arbores est, ramos earum supputare et veluti suptus lucem mittere, conlucare autem, succisis arboribus locum inplere luce.

10. *Gai. l. IV ad l. XII tab.* (*D. 50,16,236,1*) Glandis appellatione omnis fructus continetur. *Cf. D. 43,28,1.*

11. *Cf. Pomp. ad Q. Muc.* (*D. 18,1,19*): Quod vendidi non aliter fit accipientis, quam si aut pretium nobis solutum sit aut satis eo nomine factum. — *Cf. Bechmann, der Kauf. § 21.39.44. Leist, Mancipation. 510—25.*

12. *Pomp. ad Q. Muc.* (*D. 40,7,29,1*): quoniam lex XII tab. emptionis verbo omnem alienationem complexa videretur *cet. Modest. different.* (*ib. 25*): Statu liberos venum dari posse leges XII tab. putaverunt. *Cf. Fest.* Statuliber.

VIII. 1. a. *Plin.* (*n. h. 28,2,10—17*): quaestionis — est, polleantne aliquid verba et incantamenta carminum. — Quid? non et legum ipsarum in XII tab. verba sunt: 'qui fruges excantassit' et alibi: 'qui malum carmen incantassit'? [VII *Cf. Huvelin, Les tablettes magiques et le droit Romain, § 4.*]

1. b. *Cic.* (*Tusc. 4,2,4*): XII tab. declarant, condi iam tum solitum esse carmen, quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam lege sanxerunt. (*Fest. 181*): 'Occentassit' (occentassint *cod.*) antiqui dicebant, quod nunc 'convicium fecerit'

capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt: si quis occentavisset sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri.

2. SI MEMBRUM RUP⟨S⟩IT, NI CUM EO PACIT, TALIO ESTO. 3. MANU FUSTIVE SI OS FREGIT LIBERO, CCC, SI SERVO, CL POENAM SUBITO. 4. SI INIURIAM FAXSIT, VIGINTI QUINQUE POENAE SUNTO.

---

dicimus, quod id clare et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit; quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. *Arnob.* (*adv. gent. 4,34*): Carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinetur et vita, Xviralibus scitis evadere noluistis impune *cet.* *Hor.* (*sat. 2,1,82*): Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est iudiciumque: — sed bona si quis —? — solventur risu tabulae. *Porph. ad Hor. l. c.*: lege (XII tab.) cautum erat, ne quis in quemquam maledicum carmen scriberet. *Hor.* (*ep. 2,1,152*): lex — malo quae nollet carmine quemquam describi *Paul.* (*sent. 5,4,6*): Iniuriarum actio — introducta est lege XII tab. de famosis carminibus *cet.* *Cornutus* (*in Pers. sat. 1,137*): lege XII tab. cautum est, ut fustibus feriretur, qui publice invehebatur. —: *Utramque vocem* incantassit *et* occentassit *in XII tab. scriptam fuisse, earumque alteram ad artes magicas alteram ad convicia famosa spectasse e locis supra allatis patet. Unde efficitur, carmen* malum *et carmen famosum diversam in XII tab. habuisse vim, quamquam Horatius eiusque interpretes carmini* malo *vim famosi subiecerunt. Dirks., et Schoell. malum carmen perperam cum malo veneno* (*fr. 25*) *coniungunt.* [^{VII} *De flagitio cf. Usener, Rh. Ph. 56,1 sqq.*]

2. *Fest.* (*L. 363, Mo. 72*): Talionis mentionem fieri in XII (tabulis *ins S.*) ait Verrius hoc modo: ‘si m. rapserit (*sic fere Festi libri,* rupit *Gelliani,* rupsit *Schoell*) — esto. Neque id quid (quod *Q. R.*) significet, indicat, puto quia notum est; permittit enim lex parem vindictam. *Gell.* (*20,1,14*): Nonnulla — in istis legibus (XII tab.) ne consistere quidem — visa sunt, velut illa lex talionis, cuius verba, nisi memoria me fallit, haec sunt: ‘si m. rupit ni cum e pacto talio esto’. *Gai.* (*3,223*): Poena — iniuriarum ex lege XII tab. propter membrum quidem ruptum talio erat. *Cf. Paul.* (*sent. 5,4,6*): Iniuriarum actio — introducta est lege XII tab. de — membris ruptis et ossibus fractis. *Prisc.* (*gramm. 6,13,69*): Quidam — veterum — ‘ossum’ proferebant — Cato tamen ‘os’ protulit in IIII. orig.: ‘Si quis membrum rupit aut os fregit, talione proximus cognatus ulciscitur’.

3. 4. *Paul. de iniur.* (*Coll. 2,5,5*): Iniuriarum actio — legitima — ex lege XII tab.: qui iniuriam alteri facit, v et xx sestertiorum poenam subit. Quae lex generalis fuit; fuerunt et speciales velut: ‘manu fustive si os (*sic Lachmann, ZGR. 10,311*; manifestos *libri*) — poenam subito (subitos extertiorum *libri*)’. [*Haec non ipsa legis verba sunt, sed aeque atque quae praecedunt Pauli ad legitima accommodata sic restituenda*: velut: manu fustive si os fregit libero, trecentorum, si servo, CL poenam subit sestertiorum. TH. M.] — *Gai.* (*3,223*): Propter os — fractum aut conlisum CCC assium poena erat, si libero os fractum erat, at si servo CL. *Cf. Paul. et Prisc. supra l. 2 all.* — *Gell.* (*20,1,32*): iniurias atrociores, ut de osse fracto, non liberis modo, verum etiam servis factas impensiore damno vindicaverunt. *Gai.* (*3,220*): Iniuria — com-

5. . . . RUP[S]IT . . . SARCITO.

6. *Ulpianus l. XVIII ad ed.* (*D. 9,1,1 pr.*): Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, — lex (XII tab.) voluit aut dari id quod nocuit — aut aestimationem noxiae offerri.

7. *Ulpianus l. XLI ad Sabinum* (*D. 19,5,14,3*): Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam, — neque ex lege XII tab. de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur, neque de pauperie — agi posse.

8. a. QUI FRUGES EXCANTASSIT. — b. . . NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEXERIS . . .

---

mittitur, — cum quis pugno puta aut fuste percussus — erit. — *Gell.* (*20,1, 12*): ita de iniuria poenienda (in XII) scriptum est: 'si iniuriam alteri (alteri *delevit Schoell*) faxsit, viginti quinque aeris poenae sunto'. *Fest.*: Viginti quinque poenae in XII significat XXV asses. *Gai.* (*3,223*): propter ceteras vero iniurias XXV assium poena èrat constituta. *Gell.* (*16,10,8*): cum 'proletarii' — et 'viginti quinque asses' et taliones — evanuerint omnisque illa XII tab. antiquitas *cet. cf. pag.* $^{19}/_{20}$; *tab. I in fine.* —

5. *Fest.* (*265*): Rupsit in (*sic Scaliger,* rupit in *Mo., Rh. Ph. 15,464,* rupitias *codex*) XII significat damnum dederit (*P. 264:* rupitia damnum dederit significat). *Idem* (*322*): Sarcito in XII Ser. Sulpicius ait significare 'damnum solvito, praestato'. *Ulp. ad ed.* (*D. 9,2,1 pr.*): Lex Aquilia omnibus, legibus, quae ante se de damno iniuria locutae sunt, derogavit, sive XII tab. sive alia quae fuit. — *Coniungendos esse hos Festi locos iamdudum communis fuit vv. dd. opinio.* [*Sed cf. propter posteriorem huius tabulae fr. 10 et 14.* TH. M.] *Priorem Mommsenus l. c. emendatum, ut supra adnotavimus, coniecit ad fr. 2 esse referendum. At Festi interpretationem*: rupsit = damnum dederit *non convenire cum membro rupto et talione, recte monuit A. Pernice, Sachbeschäd. p. 3; scilicet sarciri iusserunt XII tabulae ea quoque, quae praeter membrum quis* rupsit. *Vocem* rupitias *retinendam putat Sell, Die actio de rupitiis sarciendis, 1877.*

6. *Inst.* (*4,9 pr.*): Animalium nomine — si — pauperiem fecerint, noxalis actio lege XII tab. prodita est: quae animalia si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex XII tab. scripta est. *Cf. Fest.* Pauperies. Noxia. [*VII Fest.* Sarcito *huc pertinere posse monet Seckel, collato loco D.9,1,11: aut noxam sarcire aut in noxam dedere oportere cf. VII. 8b. pr.*]

8. a. *Plinius l. c. supra ad 8,1. Sen.* (*nat. qu. 4,7,2*): in XII tab. cavetur, ne quis alienos fructus excantassit.

b. *Serv.* (*Verg. ecl. 8,99*): 'traducere messes'. Magicis quibusdam artibus hoc fiebat, unde est in XII tab.: 'neve — pellexeris'. *Aug.* (*civ. dei 8,19*): quod hac pestifera scelerataque doctrina fructus alieni in alias terras transferri perhibentur: nonne in XII tab. — Cicero commemorat esse conscriptum et ei, qui hoc fecerit, supplicium constitutum? *Apul.* (*apol. 47*): Magia — XII tab. propter incredundas frugum inlecebras interdicta. — *Formam* pellexeris *merito suspectam habet Schoell. 49,76, attamen lex neque reïicienda neque cum*

9. *Plinius* (*nat. hist. 18,3,12*): Frugem — aratro quaesitam noctu pavisse ac secuisse puberi XII tabulis capital erat, suspensumque Cereri necari iubebant, — inpubem praetoris arbitratu verberari noxiamve duplionemve decerni.

10. *Gaius l. IV ad XII tab.* (*D. 47,9,9*): Qui aedes acervumve frumenti iuxta domum positum combusserit, vinctus verberatus igni necari (XII tab.) iubetur, si modo sciens prudensque id commiserit; si vero casu, id est neglegentia, aut noxiam sarcire iubetur, aut, si minus idoneus sit, levius castigatur.

11. *Plinius* (*nat. hist. 17,1,7*): cautum — est XII tabulis, ut qui iniuria cecidisset (succidendi *vocabulo lex usa est*) alienas (arbores), lueret in singulas aeris XXV.

12. SI NOX FURTUM FAXSIT, SI IM OCCISIT, IURE CAESUS ESTO.

13. LUCI . . . SI SE TELO DEFENDIT, . . . ENDOQUE PLORATO.

---

priore confundenda est: nam excantare *est damnum dare,* pellicere *lucrum facere; illud respicit Ovidius* (*am. 3,7,31*): carmine laesa Ceres sterilem vanescit in herbam; *hoc Plinius* (*n. h. 18,6,41—43*)*:* C. Furius Cresimus —, cum in parvo — agello largiores — fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia erat magna, ceu fruges alienas perliceret veneficiis; quamobrem ab Sp. Albino curuli ⟨aedile⟩ die dicta — instrumentum rusticum — in forum attulit et — dixit: veneficia mea, Quirites, haec sunt.

9. [Noxiamve duplionemve decerni *libri, recte opinor, scilicet ut verberum poena afficiatur impubes pupillus,* noxia dupliove *spectet ad impuberem filium familias* (*Gai. 4,75*)*; càvendum a lectione interpoláta* noxiamque duplione decerni. TH. M.]

10. *Cf. glossa cod. Leidensis Voss. fol. 82* (*Loewe prodrom. corporis glossar. p. 100; M. Cohn, ZSSt. 2. p. 112*)*:* noxam sarcito damnum solvito.

11. *Paul. ad. Sab.* (*D. 47,7,1*)*:* Si furtim arbores caesae sint, et ex lege Aquilia et ex XII tabularum dandam actionem Labeo ait. *Gai.* (*4,11*)*:* quod lex XII tab. ex qua de vitibus succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur. *Paul ad ed.* (*D. 12,2,28,6*)*:* Colonus, cum quo propter succisas — arbores agebatur —, si iuraverit se non succidisse, sive e lege XII tab. de arboribus succisis sive e lege Aquilia — convenietur, — defendi poterit. — *Cf. D. 47,7,5 pr.:* Caedere est non solum succidere, sed etiam ferire caedendi causa.

12. *Macr.* (*sat. 1,4,19*): Xviri in XII tab. inusitatissime 'nox' pro 'noctu' dixerunt; verba haec sunt: 'si nox furtum factum sit (faxsit *em. Cuiacius*) si — esto'. in quibus verbis etiam id notandum, quod — non 'eum' — sed 'im' dixerunt. (*Fest.* Im). *Gell.* (*8,1 ind.*)*:* Xviri in XII tab. 'nox' pro 'noctu' dixerunt. (*20,1,7*)*:* nisi duram esse legem putas, quae — nocturnum — furem ius occidendi tribuit.

13. *Cic.* (*p. Tull. 20,47*)*:* Atque ille legem mihi de XII tab. recitavit, quae permittit, ut furem noctu liceat occidere, et luci, si se telo defendat.

14. *Gellius* (*11,18,8*): Ex ceteris — manifestis furibus liberos verberari addicique iusserunt (Xviri) ei, cui furtum factum esset —; servos — verberibus affici et e saxo praecipitari; sed pueros impuberes praetoris arbitratu verberari voluerunt noxiamque — sarciri.

15. a. *Gaius* (*3,191*): Concepti et oblati (furti) poena ex lege XII tab. tripli est. — b. . . . LANCE ET LICIO . . .

(*21,50*): Furem — luce occidi vetant XII tab. —, nisi se telo defendit, inquit; etiamsi cum telo venerit, nisi utetur telo eo ac repugnabit, non occides; quod si repugnat, endoplorato, hoc est conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. (*Fest.*): 'Sub vos placo' in precibus — id quod supplico, ut in legibus 'transque dato' et 'endoque plorato'. *Prisc.* (*gr. 6,18,93*): Ennius in XVI annalium: 'si luci, si nox *cet*'. — *Dubitari potest inde, utrum lex furem occidere permiserit si —, an vetuerit nisi —. Cic.* (*l. c.*) *habet utrumque, Gai. ad ed.* (*D. 47,2,55,2*) *dicit:* Furem interdiu deprehensum non aliter occidere lex XII tab. permisit, quam si telo se defendat *De sola permissione loquuntur Gai. ad ed.* (*D. 9,2,4,1*): Lex XII tab. furem noctu deprehensum occidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur: interdiu autem deprehensum ita permittit occidere si is se telo defendat, —. *Gell.* (*11,18,6.7*): Xviri — furem — tum demum occidi permiserunt, si aut, cum faceret furtum, nox esset, aut interdiu telo se — defenderet. *Cic.* (*p. Mil. 3,9*): XII tab. nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderet, interfici impune voluerunt. *Ulp. ad ed.* (*Coll. 7,3,2*): furem nocturnum — lex XII tab. omni modo permittit occidere, aut diurnum — aeque lex permittit, sed ita demum, si se telo defendat.

14. *Gai.* (*3,189*): Poena manifesti furti ex lege XII tab. capitalis erat. nam liber verberatus addicebatur ei, cui furtum fecerat; utrum autem servus efficeretur ex addictione, an adiudicati loco constitueretur, veteres quaerebant. in [servum] aeque verberat[um animadvertebatur]. *Gell.* (*20,1,7*): nisi duram esse legem putas, quae — furem manifestum ei, cui furtum factum est, in servitutem tradit.

15. a. *Cf. Gai.* (*3,186—7*): Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiva res quaesita et inventa sit; — oblatum furtum dicitur, cum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit, eaque apud te concepta sit.

b. *Fest.* (*P. 117*): Lance et licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quaerere in domo aliena licio cinctus intrabat lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam. *Gai.* (*3,192*): lex (XII tab.) — praecipit, ut qui quaerere velit nudus quaerat licio (linteo *liber*) cinctus, lancem habens; qui si quid invenerit, iubet id lex furtum manifestum esse (*cf. § 193*). *Gell.* (*11,18,9*): furta quae per lancem liciumque concepta essent, proinde ac si manifesta forent, vindicaverunt (XII tab.). *Idem* (*16,10,8*): cum proletarii — furtorumque quaestio cum lance et licio evanuerint omnisque illa XII tab. antiquitas *cet.* (*cf. pag. 30 n. 5*) *Inst. gl. Taur.* (*ZGR. 7,44 n. 466*): nu-

16. SI ADORAT FURTO, QUOD NEC MANIFESTUM ERIT —, [DUPLIONE DAMNUM DECIDITO.].

17. (*Gai. 2,45*): furtivam (rem) lex XII tab. usucapi prohibet —.

18. a. *Tacit.* (*ann. 6,16*): XII tabulis sanctum, ne quis unciario fenore amplius exerceret. — b. *Cato* (*de agri cult. praef.*): Maiores — in legibus posiverunt furem dupli condemnari, feneratorem quadrupli.

19. *Paulus* (*coll. 10,7,11*): Ex causa depositi lege XII tab. in duplum actio datur —.

20. a. *Ulpianus l. XXXV ad ed.* (*D. 26,10,1,2*): Sciendum est suspecti crimen e lege XII tab. descendere. — b. *Tryphoninus disputat.* (*D. 26,7,55,1*): Si — tutores rem pupilli furati sunt, videamus an ea actione, quae proponitur ex lege XII tab. adversus tutorem in duplum, singuli in solidum teneantur.

21. PATRONUS SI CLIENTI FRAUDEM FECERIT, SACER ESTO.

22. QUI SE SIERIT TESTARIER LIBRIPENSVE FUERIT, NI TESTIMONIUM FATIATUR, INPROBUS INTESTABILISQUE ESTO.

23. *Gellius* (*20,1,53*): ex XII tab. — si nunc quoque — qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio deiceretur.

---

ingrediebatur discum fictilem in capite portans utrisque manibus detentus (*fort.* detentum.) *Rud. Res. 2,352 n. 21.*

16. *Fest.* (*F. 162*): 'Nec' coniunctionem — positam esse ab antiquis pro 'non', ut et in XII est: — item: 'si — erit'. (*Gai.* (*3,190*): Nec manifesti furti poena per legem XII tab. dupli inrogatur —. *Gell.* (*11,18,15*): furtis omnibus, quae nec manifesta appellantur, poenam imposuerunt dupli. — *Fest.* (*P. 19*): 'Adorare' apud antiquos significabat agere, unde et legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt.

17. *Cf. Gai. 2,49. J. 2,6,2. D. 41,3,33 pr.*

20. a. *Cic.* (*de off. 3,15,61*): dolus malus et legibus erat vindicatus, ut ⟨in⟩ tutela XII tabulis.

b. *Cic.* (*de or. 1,36,166—7*): turpi tutelae iudicio *et paullo post*: alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII tab. permiserat.

21. *Serv.* (*ad Aen. 6,609*): 'fraus innexa clienti'; ex lege XII tab. venit, in quibus scriptum est: 'patronus — esto'. — *Mo.* (*Forsch. 1,384*) *ins.*: Diti patri, *propter leg. Romuli 2, ubi est* ὅσιος τοῦ καταχθονίου Διός. — [^{VII} *Cf. sakros esed, cap. I, Add. 2 sq.*]

22. *Gell.* (*15,13,11*): Item ex iisdem tabulis id quoque est: 'qui — testimonium fatiatur (*coniecit Schoell 92 seq.*, fariatur *libri*) inprobus — esto'. *Gell.* (*7,7,2.3*): 'testabilis' — verbum est legis ipsius Horatiae; contrarium est in XII tab. scriptum: 'inprobus esto'. *Cf. J. 21,0,6.*

24. a. SI TELUM MANU FUGIT MAGIS QUAM IECIT, aries subicitur. — b. *Plin.* (*n. h. 18,3,12*)*:* Frugem — furtim — pavisse — XII tabulis capital erat (*8,9*) — gravius quam in homicidio.

25. *Gaius l. IV ad XII tab.* (*D. 50,16,236 pr.*)*:* Qui venenum dicit, adicere debet, utrum malum an bonum; nam et medicamenta venena sunt.

26. *Latro* (*decl. in Cat. 19*)*:* XII tab. cautum esse cognoscimus, ne qui in urbe coetus nocturnos agitaret.

27. *Gaius l. IV ad XII tab.* (*D. 47,22,4*)*:* His (sodalibus) potestatem facit lex (XII tab.), pactionem quam velint sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant; sed haec lex videtur ex lege Solonis translata esse.

TABULA VIIII.

1. 2. *Cic.* (*de leg. 3,4,11; 19,44*)*:* 'Privilegia ne inroganto; de capite civis nisi per maximum comitiatum — ne ferunto'. — Leges praeclarissimae de XII tabulis tralatae duae, quarum altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari nisi maximo comitiatu vetat.

---

24. a. *Cic.* (*top. 17,64*)*:* iacere telum voluntatis est, ferire quem nolueris fortunae: ex quo aries subicitur ille in vestris actionibus, 'si — iecit'. *Cic.* (*p. Tull. 22,51*)*:* Quis est, cui magis ignosci conveniat, quoniam me ad XII tab. revocas, quam si quis quem imprudens occiderit? — Tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt; nam lex est in XII tab.: 'si — fugit ma[gis quam iecit]'. *Cic.* (*de or. 3,39,158*)*:* Nonnunquam — brevitas translatione conficitur, ut illud: 'si — fugit'. *August.* (*de lib. arb. 1,4*)*:* homicidium — potest accidere aliquando sine peccato, — cui forte invito atque imprudenti telum manu fugit. *Fest.* (*347*) Subici ar[ies dicitur, qui pro occiso datur,] quod fit, ut ait Cincius, — exemplo At[heniensium, apud quos] expiandi gratia aries [inigitur ab eo, qui invitus sce]lus admisit, poenae p[endendae loco.] — (*351*) Subigere arietem in eodem libro (*scilicet in commentario XV iuris pontifici citato ad verbum quod praecedit*) Antistius esse ait dare arietem, qui pro se agatur, caedatur. *Leg. Numae 13.*

b. *Quaenam fuerit homicidii poena, veteres nobis non tradiderunt.*

VIIII. 1. 2. *Cic.* (*l. c. 19,44*)*:* In privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium, quo quid est iniustius, cum legis haec vis sit, scitum et iussum in omnes. Ferri de singulis [*debuit esse* de capite civis TH. M.] nisi centuriatis comitiis noluerunt; discriptus [*sic scr.*, descriptus *libri* TH. M.] enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuse in tribus convocatus. *Cic.* (*p. Sest. 30,65*)*:* cum et sacratis legibus et XII tab. sanctum esset, ut neque privilegium irrogari liceret, neque

3. *Gellius* (*20,1,7*)*:* duram esse legem putas, quae iudicem arbitrumve iure datum, qui ob rem [iu]dic[a]ndam pecuniam accepisse convictus est, capite poenitur?

4. *Pomponius enchirid.* (*D. 1,2,2,23*)*:* quaestores — qui capitalibus rebus praeessent, — appellabantur quaestores parricidii, quorum etiam meminit lex XII tab.

5. *Marcianus* (*D. 48,4,3*)*:* Lex XII tab. iubet eum, qui hostem concitaverit quive civem hosti tradiderit, capite puniri.

6. *Salvianus* (*de gubern. dei 8,5,24*)*:* Interfici — indemnatum quemcunque hominem etiam XII tabularum decreta vetuerunt.

TABULA X.[1]

1. HOMINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO NEVE URITO.

---

de capite nisi comitiis centuriatis rogari *cet. Cic.* (*de domo 17,43*)*:* vetant XII tab. leges privatis hominibus irrogari, id est enim privilegium. *Cic.* (*de rep. 2,36,61*)*:* laus est — C. Iulii (*Xviri a. II*) — quod se legem illam — neglecturum negaret, quae de capite civis Rom. nisi comitiis centuriatis statui vetaret.

3. ob rem dicendam *Gellii libri.*

4. *Fest.* (*258*): Quaestores [dicebantur, qui quaererent de rebus] capitalibus, unde [iidem etiam . . quaestores parri]cidi appellantur. Parrici (*supra p. 10,12 n. 1*).

6. *Salviani locum Schoellius* (*p. 58*) *ad homicidium* (*8,24 c*) *pertinere putat,* indemnatum *intellegens integrum et liberum; locis autem supra allatis evidenter probatur, potius de supplicio sumendo hic agi. Cf. Valer. Max.* (*7,2, ext. 15*)*:* leges Lycurgi — de indemnatis supplicium sumi vetabant. *Vellei.* (*2,45,1*)*:* Clodius — legem — tulit, qui civem Rom. indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur, cuius verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. *Cic.* (*de domo 4,9*): Eos — damnare debui, quorum lege perfectum est, ut ego indemnatus — damnatorum poenam sustinerem? *Cic.* (*in Pis. 13,30*)*:* indemnati civis — proscriptio. *Cic.* (*de l. agr. 2,21,56*)*:* Sulla cum bona indemnatorum civium funesta illa sua auctione venderet *cet. D. 28, 1,9:* Si quis post accusationem in custodia fuerit defunctus indemnatus, testamentum eius valebit. *Aug.* (*de civ. dei 1,19*)*:* vos appello, leges iudicesque Romani: nempe post perpetrata facinora nec quemquam scelestum indemnatum impune voluistis occidi.

X. 1. *Cic.* (*de leg. 2,23,58*)*:* Video quae sint in pontificio iure, sed quaero, ecquidnam sit in legibus? — ea non tam ad religionem spectant, quam ad ius sepulcrorum; 'hominem mortuum', inquit lex in XII: 'in urbe — urito'. Credo vel propter ignis periculum.

---

[1] *Totum huius tabulae argumentum uno contextu relatum et tractatum exhibet Cic. de leg. 2,23.24.* (*Cf. Hu., ZRG. 1,1138–42.*)

2. . . . HOC PLUS NE FACITO: ROGUM ASCEA NE POLITO.

3. *Cicero* (*de leg. 2,23,59*)*:* Extenuato igitur sumptu tribus reciniis et tunicula purpurae et decem tibicinibus tollit etiam lamentationem.

4. MULIERES GENAS NE RADUNTO, NEVE LESSUM FUNERIS ERGO HABENTO.

5. a. HOMINE MORTUO NE OSSA LEGITO, QUO POST FUNUS FACIAT. — b. *Cicero* (*l. c. 24,60*)*:* Excipit bellicam peregrinamque mortem.

6. a. *Cicero* (*l. c.*)*:* Haec praeterea sunt in legibus —: 'servilis unctura tollitur omnisque circumpotatio'. — 'Ne sumptuosa

---

2. *Cic.* (*l. c. 59*)*:* Iam cetera in XII minuendi sumptus sunt lamentationisque funebris, translata de Solonis fere legibus: 'hoc plus', inquit, 'ne — polito'.

3. *Cic.* (*l. c.*)*:* Nostis quae sequuntur: discebamus enim pueri XII, ut carmen necessarium, quas iam nemo discit. Extenuato igitur *et reliqua ut supra;* uimcla *vel* uincla *pro* tunicula *libri.* (*ibid. 25,64*)*:* sumptuosa — funera et lamentabilia — Solonis lege sublata sunt, quam legem eisdem prope verbis nostri Xviri in decimam tabulam coniecerunt; nam de tribus reciniis et pleraque illa Solonis sunt. *Cf. Fest.* (*274*)*:* Recinium omne vestimentum quadratum ii (hi *cod.*), qui XII interpretati sunt, esse dixerunt: Verrius togam, qua mulieres (vir toga mulieres *cod.; emend. Lipsius*) utebantur, praetextam (praetextum *cod.*) clavo purpureo. *Non.* (*371*)*:* Ricinium (Ricinum *libri*), quod nunc mafurtium dicitur, palliolum femineum breve. Varro — de vita p. R. —: 'Ex (et *libri*) quo mulieres in — luctibus, cum omnem vestitum delicatiorem ac luxuriosum — ponunt, ricinia sumunt'.

4. *Cic.* (*l. c. 25,64*)*:* De lamentis — expressa verbis sunt: 'mulieres — habento'. *Ibid.* (*23,59*)*:* tollit etiam lamentationem: 'mulieres — habento'. — L. Aelius lessum quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat, quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. *Cic.* (*Tusc. 2,23, 55*)*:* fletus (*scr.* lessus) quem XII tab. in funeribus adhiberi vetant. *Plin.* (*n. h. 11,58,157*)*:* Infra oculos malae —, quas prisci 'genas' vocabant XII tab. interdicto radi a feminis vetantes. *Serv.* (*ad Aen. 12,606*)*:* cautum lege XII tab., ne mulieres carperent faciem, his verbis: 'mulier faciem ne carpito'. *Fest.* (*273*)*:* Radere ge[nas vetitum est in] lege XII, id est unguibus [lacerare malas.]

5. a. *Cic.* (*de leg. 2,24,60*)*:* funebria, quibus luctus augetur, XII sustulerunt: 'homini', inquit, 'mortuo — faciat'; credoque quod erat factitatum, ut uni plura (funera) fierent lectique plures sternerentur, id quod ne fieret, lege sanctum est; excipit — mortem. *Verba* credoque quod — est *in codd. leguntur post* inpositam iubet (*vide adn. ad 8,7*)*; transposuit ea ita ut nos dedimus Schoemann* (*opusc. 3,386*), *quem secutus est Sch. 55. Dirksenus aliique propriam ex iis legem constituerunt, Hu. 143 ea inseri iussit post* praetereantur (*v. 6 a*), *perperam. Cf. Cuiac. ad Papin. quaest. l. II, ad D. 3,2,25,1.*

6. a. Circumpotatio *libri boni:* circumportatio *alii, quod praefert Hu. p. 139. — Reliqua quoque dedimus ut tradita accepimus, nisi quod libri* nec acerrae; *Manutius et Huschkius post* respersio *inss.* sit *et pro* acerrae praetereantur *scribunt* acerrae praeferantur. — *Cf. Leg. Numae 1. Fest.* Resparsum. Acerra.

respersio, ne longae coronae, ne acerrae.' — b. *Fest.:* Murrata potione usos antiquos indicio est, quod — XII tab. cavetur, ne mortuo indatur.

7. QUI CORONAM PARIT IPSE PECUNIAVE EIUS ⟨HONORIS⟩ VIRTUTISVE ERGO ARDUUITUR EI . . .

8. . . . NEVE AURUM ADDITO. AT CUI AURO DENTES IUNCTI ESCUNT. AST IM CUM ILLO SEPELIET URETVE, SE FRAUDE ESTO.

9. *Cicero (de leg. 2,24,61):* rogum bustumve novum vetat propius LX pedes adigi aedes alienas invito domino.

10. *Cicero (leg. 2,24,61):* forum — bustumve usucapi vetat.

TABULA XI.

1. *Cicero (de rep. 2,36,61—37,63):* (Decemviri) cum X tabulas

---

7. *Plin. (n. h. 21,3,7):* ad certamina in circum per ludos et ipsi descendebant, et servos suos equosque mittebant. Inde illa XII tab. lex: 'qui coronam parit ipse pecuniave eius (honoris *inseruit Schoell collato loco Festi v.* ergo: statua donatus est honoris virtutisve ergo) virtutisve ergo (si *inseruit Schoell*) arguitur (*sic vel* duitur *libri Pliniani,* arduuitur *Schoell*) ei'. Quam servi equive meruissent, 'pecunia partam' lege dici, nemo dubitavit. *Cic. (de leg. 2,24,60):* Illa iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam virtute partam et ei, qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet. *Post* ei *supplet Sch.* parentique eius, se fraude esto. *Mo. Staatsrecht* 1^3*,426 n. 2 verba sic constituit:* qui coronam parit ipse pecuniave eius, virtutisve ergo duitur ei, [ast ei parentive eius mortuo domi forisve inponetur, se fraude esto].

8. *Cic. (de leg. 2,24,60):* Qua in lege cum esset: 'neve — addito', quam humane excipiat altera lex [intellegite nimirum *similiave exciderunt.* TH. M.] praecepit altera lege: 'at (ut *libri*) cui a. d. iuncti escunt (essent *libri*) — esto'.

9. 10. *Cic. (l. c.):* Duae sunt praeterea leges de sepulcris, quarum altera privatorum aedificiis, altera ipsis sepulcris cavet; nam quod 'rogum — domino', — pedes adigi (*sic Madrigius,* adici *libri*) a. a. invito domino incendium veretur acerbum; quod autem forum, id est vestibulum sepulcri, bustumve usucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum. *Fest. (P. 84):* Forum sex modis intellegitur: primo negotiationis locus —; alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, contiones haberi solent; tertio, cum is, qui provinciae praeest, forum agere dicitur, cum civitates vocat et de controversiis eorum cognoscit; quarto, cum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dicari solet *cet.* (*P. 32*)*:* Bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum quasi bene ustum (bene iustum *M.*), ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina (ostrina *M.*) vocatur; sed modo busta (modo obusta M.) sepulcra appellamus.

XI. 1. *Cf. Dion. (10,60,5):* οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄππιον τοὺς λοιποὺς συγγράψαντες νόμους ἐν δέλτοις δυσὶ καὶ ταύτας ταῖς πρότερον ἐξενεχθείσαις προσέθηκαν·

summa legum aequitate prudentiaque conscripsissent, in annum posterum Xviros alios subrogaverunt, — qui duabus tabulis iniquarum legum additis — conubia — ut ne plebi cum patribus essent, inhumanissima lege sanxeruut.

2. *Macrobius* (*sat. 1,13,21*)*:* Tuditanus refert, — Xviros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cassius eosdem scribit auctores.

3. *Cic.* (*ad. Att. 6,1,8*)*:* E quibus (libris de rep.) unum ἱστορικὸν requiris de Cn. Flavio Anni f. — Ille vero ante Xviros non fuit. — Quid ergo profecit, quod protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur a paucis.

ἐν αἷς καὶ ὅδε ὁ νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναι τοῖς πατρικίοις πρὸς τοὺς δημοτικοὺς ἐπιγαμίας συνάψαι. *Liv.* (*4,4,5*): Hoc ipsum, ne conubium patribus cum plebe esset, non Xviri tulerunt paucis his annis pessimo exemplo publico cum summa iniuria plebis? *Gai. l. VI ad XII tab.* (*D. 50,16,238*)*:* Plebs est ceteri cives sine senatoribus.

2. *Macrobii locum a Goth. et Dirk. reiectum vindicavit huic tabulae Mo. Chronol. 31,210; C. I. L. 1,361. Cf. Leg. Romuli 6. Macr.* (*sat. 1,13,12.15*)*:* alternis — annis binos et vicenos, alternis ternos vicenosque intercalabant — post vicesimum et tertium diem eius (Februarii) intercalabant, Terminalibus scilicet iam peractis; deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant V, post intercalationem subiungebant. *Cens.* (*d. d. nat. 20,6*)*:* cum intercalarium mensem XXII et (vel *libri*) XXIII dierum alternis annis addi placuisset, — in mense potissimum Februario inter Terminalia et Regifugium intercalatum est. *Celsus dig.* (*D. 50, 16,98,1*)*:* Cato putat, mensem intercalarem additicium esse; omnesque eius dies pro momento temporis observat extremoque diei mensis Februarii attribuit Q. Mucius. *Cf. Mo. Chronol. 18—40. Hu. röm. Stud. 1,54—60.*

3. *Ex hoc Ciceronis loco effecit Mo.* (*Chron. 31,210; ℭ I p. 361* (*I² p. 283*) *regis Numae tabulam fastorum, ex penetralibus pontificum prolatam XII tabulis insertam esse. Quam sententiam secutus Sch.* (*63,156*) *non dubitavit universam tab. XI fastis explere, prout ex Iulianis restitui possunt. Id quod iusto audacius fecisse mihi videtur, cum fastos qua ratione Xviri perscripserint certa ratione constitui non possit. Cf. Hu. Stud. 279. Nihilominus fastos Iulianos XII tabulis subicere placuit. — Cf. Cic.* (*p. Mur. 11,25*)*:* Posset agi lege necne, pauci quondam sciebant; fastos enim vulgo non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur, a quibus etiam dies tamquam a Chaldaeis petebantur. Inventus est scriba quidam, Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit et singulis diebus ediscendis fastos populo proposuerit. *Plin.* (*n. h. 33, 1,17*)*:* Hic (Cn. Flavius) — publicatis diebus fastis quos populus a paucis principum cotidie petebat *cet. Liv.* (*9,46,5*)*:* Cn. Flavius — civile ius, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur. *Macr.* (*sat. 1,15,9*)*:* Priscis ergo temporibus, antequam fasti a Cn. Flavio scriba invitis patribus in omnium notitiam proderentur *cet. Val. Max. 2,5,2. Diod. 20,36.*

TABULA XII.

1. *Gaius (4,28):* Lege autem introducta est pignoris capio, veluti lege XII tab. adversus eum, qui hostiam emisset nec pretium redderet; item adversus eum, qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in dapem, id est in sacrificium, impenderet.

2. a. SI SERVUS FURTUM FAXIT NOXIAMVE NO[X]IT. — b. *Gai. (4,75.76):* Ex maleficiis filiorum familias servorumque — noxales actiones proditae sunt, uti liceret patri dominove aut litis aestimationem sufferre aut noxae dedere —. Constitutae sunt — aut legibus aut edicto praetoris: legibus velut furti lege XII tabularum *cet.*

3. SI VINDICIAM FALSAM TULIT, SI VELIT IS . . . TOR ARBITROS TRIS DATO, EORUM ARBITRIO . . . FRUCTUS DUPLIONE DAMNUM DECIDITO.

4. *Gaius l. VI ad XII (D. 44, 6, 3):* Rem, de qua controversia est, prohibemur (lege XII tab.) in sacrum dedicare: alioquin dupli poenam patimur, — sed duplum utrum fisco an adversario praestandum sit, nihil exprimitur.

5. *Livius (7, 17, 12):* in XII tabulis legem esse, ut quodcumque postremum populus iussisset, id ius ratumque esset.

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS.[1]

1. *Festus:* Nancitor (nanxitor *Mueller*) in XII nactus erit,

---

XII. 1. *Cf. Fest.* Daps. *D. 50,16,238,2.*

2 a. *Ulp. ad ed. (D. 9,4,2,1):* Celsus — differentiam facit inter legem Aquiliam et legem XII tab. Nam in lege antiqua, si servus sciente domino furtum fecit —, servi nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur; at in lege Aquilia, inquit, dominus suo nomine tenetur, non servi. — Sed si placeat, quod Iulianus — scribit: 'si — nocuit (noxit *em. Pithoeus*)', etiam ad posteriores leges pertinere, poterit dici, etiam servi nomine cum domino agi posse noxali iudicio. *Cf. Fest.* Noxia. *D. 47, 6, 5; 50, 16, 283, 3. Paul. sent. 2, 31, 7.*

3. *Fest.* Vindiciae. *Totum locum v. in Festi epitome nostra.*

4. *Pro fisco Gaius scripserat* aerario, *mutaverunt Justiniani.*

5. *Liv. (l. c.):* In secundo interregno (*a. 399*) orta contentio est, quod duo patricii consules creabantur; intercedentibusque tribunis interrex Fabius aiebat: 'in XII — esset'; iussum populi et suffragia esse. *Cf. Liv. 9, 34, 6. 7 ex oratione P. Sempronii tr. pl.:* nemo eorum (censorum) XII tab. legit? nemo id ius esse, quod postremo populus iussisset, sciit? Immo vero omnes sciverunt.

---

[1] *Omisi ex Schoelliana appendice fr. 7: Aug. (de civ. dei 21,11):* Octo genera poenarum 'in legibus' esse, scribit Tullius. — *Fortasse addendum*

prenderit. — *Fortasse ad XII. 12, 1 respicitur; nam etiam in foedere Latino est:* si quid pignoris nancitur.

2. *Festus (258):* Quando — in XII — cum c littera ultima scribitur [*Intellegi* quandoc *hodie constat.* Th. M.].

3. *Festus (309):* 'Sub vos placo' in precibus fere cum dicitur, significat id quod 'supplico' (supplicio *cod.*), ut in legibus 'transque dato', 'endoque (edendoquae *cod.*) plorato'. — *Cf. 8, 13. Sch. 29.*

4. *Donat. (ad Ter. Eun. 515):* 'dolo malo' — quod — addidit 'malo' — ἀρχαϊσμὸς est, quia sic in XII tab. a veteribus scriptum est.

5. *Cicero (de rep. 2,31,54):* ab omni iudicio poenaque provocari licere indicant XII tabulae compluribus legibus.

6. *Cicero (de off. 3,31,111):* Nullum — vinculum ad adstringendam fidem iureiurando maiores artius esse voluerunt; id indicant leges in XII tabulis.

7. *Plinius (nat. hist. 7,60,212):* XII tabulis ortus — et occasus nominantur. — *Cf. 1,9.*

8. *Gaius (1,122):* olim aereis tantum nummis utebantur, et erant asses, dupundii, semisses, quadrantes, nec ullus aureus vel argenteus nummus in usu erat, sicuti ex lege XII tab. intellegere possumus. — *Cf. Mo. Münzwesen. p. 175.*

9. *Gaius l. V ad XII (D. 50,16,237):* Duobus negativis verbis quasi permittit lex (XII tab.) magis quam prohibuit: idque etiam Servius (Sulpicius) animadvertit.

10. *Gaius l. VI ad XII (D. 50,16,238,1):* 'Detestatum' est testatione denuntiatum.

11. *Sidonius Apollinaris (ep. 8,6,7):* Per ipsum fere tempus, ut decemviraliter loquar, lex de praescriptione tricennii fuerat 'proquiritata'.

---

duicensus *propter glossam lexici Philoxeniani:* duicensus διταβ. (XII tabulis *emendat Vulcanius)*, δεύτερον ἀπογεγραμμένος *collato loco Festi ep. p. 66:* duicensus dicebatur cum altero, id est filio census. *Cf. M. Cohn, ZSSt. 2,113.*

TABULA FASTORUM IULIANORUM.

Fastorum qui fuerunt ante Caesarem tabula ad nos non pervenit, anni Iuliani una paene integra, aliarum fragmenta maiora minora, quae omnia edita et illustrata sunt a Mommseno *𝕮 1, p. 293—412,* cui supplementa addiderunt idem *in Eph. epigr. vol. 3 p. 5—10. 85. 86. vol. 4 p. 1. 2.* et Henzenus *𝕮 6,625—636.* Voluminis primi illius altera quae mox prodibit editio fastos eos exhibebit retractatos et auctos. [^{VII} Jam exstant *𝕮 1,^{2} p. 203 sqq.*] Cum autem a Caesare in fastis nil sit mutatum, nisi quod X novos dies mensibus XXIX dierum inseruit et ferias quasdam adiecit, fasti antiqui in universum etiam ex Iulianis intellegi possunt. Illa tabula, quae dicitur Maffeiana, confecta videtur inter a. 746 et 757 u. c. In parte superiore effracta quaedam ex aliis fastis supplevi. Tabulam exhibui e *Mo.* recensione (*p. 303—309.412.*) [^{VII} *𝕮 1,^{2} 222 sqq.*] omissis tantum iis quae in hac, ut in reliquis fastorum tabulis, litteris minoribus adnotata erant ad ludos sacrave pertinentia. Dierum numeros adieci. Ceterum qui accuratius rem perspicere vult, legat necesse est, quae *Mo.* disputavit de differentiis inter hos ceterosque fastos deque usu fastorum in iudiciis ordinandis *p. 366. 367.* [^{VII} *𝕮 1,^{2} p. 289 sq.*]

Litterae A—H continuo repetitae dies nundinales (quasi hebdomadis, sed octo dierum) indicant. Dierum nominatorum compendia haec inveniuntur: K(alendae), Non(ae), Eid(us), Pr(idie), Agon(ia), Arm(ilustrium), August(alia), Car(mentalia), Cer(ialia), Cons(ualia), Div(alia), Equ(irria), Fer(alia), Font(inalia), Ford(icidia), Furr(inalia), Lar(entalia), Lem(uria), Lib(eralia), Lucar(ia), Luper(calia), Matr(alia), Meditr(inalia), Nept(unalia), Opal(ia), Opic(onsiva), Par(ilia), Poplif(ugia), Port(unalia), Q(uandoc) R(ex) C(omitiavit) F(as), Q(uandoc) St(ercus) D(elatum) F(as), Quin(quatrus), Quir(inalia), Regif(ugium), Rob(igalia), Sat(urnalia), Ter(minalia), Tub(ilustrium), Vest(alia), Vin(alia), Volc(analia), Volt(urnalia).

Diei condicionem indicant litterae singulares F — N — NP FP — EN — C. Ex his prima significat diem fastum, quinta endotercisum sive intercisum, sexta comitialem. De notis N et NP (pro qua etiam NF invenitur) ambigitur; quamquam ad nefastos dies utramque spectare extra controversiam est. Alteram significare non posse, ut multi putarunt, N(ef). P(osterior) vel P(rior), P(arte), P(rincipio), *Mo. 367* [iam] ostendit. Dies N signati a diebus NP sive NF notatis ita differre arbitratur *Mo.*, ut illi tristes sint et cum religione coniuncti, hi ferias habeant hilares, (*Fest.* Nep.), unde *Hu.* (*Stud. 238*) notas ita explicat: N(ef.) P(urus) vel N(ef.) F(eriatus) vel F(estus). *Mo.* notam ortam esse putat ex vetere litterae N forma. Notam denique FP inventam ter (Febr. 21. Apr. 23. Aug. 19) *Hu. 193* explicat F(astus) P(urus), *Mo.* cogitat de interpretatione F(astus) P(rincipio).

1	A	K. IAN.	F	H	K. FEB.	N	D	K. MAR.	NP	C	K. A[PR.	F]
2	B	4	F	A	4	N	E	6	F	D	4	[F]
3	C	3	C	B	3	N	F	5	C	E	3	C
4	D	PR.	C	C	PR.	N	G	4	C	F	PR.	C
5	E	NON.	F	D	NON.	†(NP)	H	3	C	G	NON.	(N)
6	F	8	F	E	8	N	A	PR.	†NP	H	8	†NP
7	G	7	C	F	7	N	B	NON.	F	A	7	N
8	H	6	C	G	6	N	C	8	F	B	6	N
9	A	AGON.	(NP)	H	5	N	D	7	C	C	5	N
10	B	4	EN	A	4	N	E	6	C	D	4	N
11	C	CAR.	NP	B	3	N	F	5	C	E	3	N
12	D	PR.	C	C	PR.	N	G	4	C	F	PR.	N
13	E	EID.	NP	D	EID.	NP	H	3	EN	G	EID.	NP
14	F	19	EN	E	16	N	A	EQ.	NP	H	18	N
15	G	CAR.	(NP)	F	LUPER.	NP	B	EID.	NP	A	FORD.	NP
16	H	17	C	G	14	EN	C	17	F	B	16	N
17	A	16	C	H	QUIR.	NP	D	LIB.	NP	C	15	N
18	B	15	C	A	12	C	E	15	C	D	14	N
19	C	14	C	B	11	C	F	QUIN.	N	E	CER.	N
20	D	13	C	C	10	C	G	13	C	F	12	N
21	E	12	C	D	FERAL.	F	H	12	C	G	PAR.	NP
22	F	11	C	E	8	C	A	11	N	H	10	N
23	G	10	C	F	TER.	NP	B	TUBIL.	NP	A	VIN.	NP
24	H	9	C	G	REGIF.	N	C	Q. REX C.	F	B	8	C
25	A	8	C	H	5	C	D	8	C	C	ROB.	NP
26	B	7	C	A	4	EN	E	7	C	*D	6	F
27	C	6	C	B	EQ.	NP	F	6	†NP	E	5	C
28	D	5	C	C	PR.	C	G	5	C	F	4	†NP
29	*E	4	†F				H	4	C	G	3	C
30	*F	3	†F[1]				A	3	C	H	PR.	C
31	G	PR.	C				B	PR.	C			

---

* *Asteriscus distinguit dies a Caesare adiectos. Cur eos Caesar non in extremis mensibus collocarit, disputat Hu. röm. Stud. 1,119.*

1) *Sic reposui ex fastis Caeretanis*; NP *Praenestini*, N *Maffeiana tabula errore ut videtur. Mo. 313.368.*

1	[A	K. MAI.	F]	[H	K. IU]N.	N	F	K. Iul.	N	E	K.[AUG.	†NP]
2	[B	6	F]	A	4	F	G	6	N	F	4	[†NP]
3	[C	5	C]	B	3	C	H	5	N	G	3	C
4	D	4	[C]	C	PR.	C	A	4	†NP	H	PR.	C
5	E	3	C	D	NON.	(N)	B	POPLIF.	NP	A	NON.	F
6	F	PR.	C	E	8	N	C	PR.	N	B	8	F
7	G	NON.	N	F	7	N	D	NON.	N	C	7	C
8	H	8	F	G	6	N	E	8	N	D	6	C
9	A	LEM.	N	H	VEST.	N	F	7	N	E	5	†NP
10	B	6	C	A	4	N	G	6	C	F	4	C
11	C	LEM.	N	B	MART.	N	H	5	C	G	3	C
12	D	4	†NP	C	PR.	N	A	4	†NP	H	PR.	C
13	E	LEM.	N	D	EID.	NP	B	3	C	A	EID.	NP
14	F	PR.	C	E	18	N	C	PR.	C	B	19	F
15	G	EID.	NP	F	Q. ST. D.	F	D	EID.	NP	C	18	C
16	H	17	F	G	16	C	E	17	F	D	17	C
17	A	16	C	H	15	C	F	16	C	E	PORT.	NP
18	B	15	C	A	14	C	G	15	C	F	15	C
19	C	14	C	B	13	C	H	LUCAR.	NP	G	VIN.	FP
20	D	13	C	C	12	C	A	13	C	H	13	C
21	E	AGON.	NP	D	11	C	B	LUCAR.	(NP)	A	CONS.	NP
22	F	11	N	E	10	C	C	11	C	B	11	EN
23	G	TUB.	NP	F	9	C	D	NEPT.	NP	C	VOLC.	NP
24	H	Q. REX C.	F	G	8	C	E	9	N	D	9	C
25	A	8	C	H	7	C	F	FURR.	NP	E	OPIC.	NP
26	B	7	C	A	6	C	G	7	C	F	7	C
27	C	6	C	B	5	C	H	6	C	G	VOLT.	NP
28	D	5	C	C	4	C	A	5	C	H	5	†NP
29	E	4	C	*D	3	F	B	4	C	*A	4	F
30	F	3	C	E	PR.	C	C	3	C	*B	3	F
31	G	PR.	C				D	PR.	C	C	PR.	C

---

† *Crux distinguit ferias a Caesare Augustove adiectas, quorum dierum quae ante ferias additas nota fuerit, plerumque ignoratur.*

( ) *Uncis rotundis comprehensae notae dierum deficientes omissaeve in tabula Maffeiana hic adsumptae sunt ex aliis, uno loco (Ian. 9) ex coniectura.*

1	[D	K. SEPT.	F]	B	K. OCT.	N]	A	K. [Nov.	F]	[G.	K. DEC.	N]
2	E	4	†NP	C	6	F	B	4	F	[H	4	N]
3	F	3	†NP	D	5	C	C	3	[C]	[A	3	N]
4	G	PR.	C	E	4	C	D	PR.	[C]	[B	PR.	C]
5	H	NON.	F	F	3	C	E	NO[N.	F]	[C	NON.	F]
6	A	8	F	G	PR.	C	F	8	F	[D	8	F]
7	B	7	C	H	NON.	F	G	7	C	E	7	C
8	C	6	C	A	8	F	H	6	C	F	6	C
9	D	5	C	B	7	C	A	5	C	G	5	C
10	E	4	C	C	6	C	B	4	C	H	4	C
11	F	3	C	D	MEDITR.	(NP)	C	3	C	A	AGON.	NP
12	G	PR.	N	E	AUGUST.	†NP	D	PR.	C	B	PR.	EN
13	H	EID.	NP	F	FONT.	NP	E	EID.	NP	C	EID.	NP
14	A	18	F	G	PR.	EN	F	18	F	D	19	F
15	B	17	N	H	EID.	NP	G	17	C	E	CONS.	NP
16	C	16	C	A	17	F	H	16	C	F	17	C
17	D	15	C	B	16	C	A	15	C	G	SAT.	(NP)
18	E	14	C	C	15	C	B	14	C	H	15	C
19	F	13	C	D	ARM.	NP	C	13	C	A	OPAL.	NP
20	G	12	C	E	13	C	D	12	C	B	13	C
21	H	11	C	F	12	C	E	11	C	C	DIV.	NP
22	A	10	C	G	11	C	F	10	C	D	11	C
23	B	9	†NP	H	10	C	G	9	C	E	LAR.	NP
24	C	8	C	A	9	C	H	8	C	F	9	C
25	D	7	C	B	8	C	A	7	C	G	8	C
26	E	6	C	C	7	C	B	6	C	H	7	C
27	F	5	C	D	6	C	C	5	C	A	6	C
28	G	4	C	E	5	C	D	4	C	B	5	C
29	*H	3	F	F	4	C	*E	3	F	*C	4	F
30	A	PR.	C	G	3	C	F	PR.	C	*D	3	F
31				H	PR.	C				E	PR.	C

CAPUT III.

LEGES PUBLICAE POPULI ROMANI POST XII TABULAS LATAE.

1. Lex Plaetoria de iurisdictione (*e Censorino*).

Aetas legis incerta est. Cum praetor in ipso legis exordio urbanus appelletur, Mo. (Staatsr. 1^3*, 384 n. 2 et* 2^3*, 194. 195) putat legem latam esse non posse nisi praetore peregrino introducto, id quod evenit c. a. u. c. 512.*

(*Censorinus de die nat. 24,3*: M. Plaetorius tribunus plebiscitum tulit, in quo scriptum est:)

Praetor urbanus, qui nunc est quique posthac fiat,[1] duo lictores apud se habeto usque supremam ad solem occasum iusque inter cives dicito[2].

2. Lex Aquilia de damno (*e Dig.*).

Latam esse legem Aquiliam tempore secessionis plebis, tertiae scilicet c. a. 467, cum XII tabulis posterior sit, dicunt Byzantii, Anon. ad Bas. 60, 3,1: ὅτε — ἐστασίασε τὸ πλῆθος πρὸς τοὺς συγκλητικοὺς καὶ διέστη ἀπ' αὐτῶν. *Theoph. 4,3,15*: κατὰ τὸν καιρὸν τῆς διαστάσεως τοῦ χυδαίου δήμου καὶ τῆς συγκλήτου. *Cf. Pernice, Lehre v. d. Sachbeschädigungen p. 11—20.*

(*Gaius l. VII ad ed. prov.*:[3] Lege Aquilia capite primo cavetur:)

Si quis[4] servum servamve alienum alienamve quadrupedemve pecudem[5] iniuria occiderit, quanti id[6] in eo anno plurimi fuit,[7] tantum aes ero[8] dare damnas esto[9].

---

1) *Jahn cum Modio emend.*: fuat, *Mo.*: fiet. — 2) isque supremum ad solem occasum iusque inter cives dicito *traditur*; *dedi ut em. Lachmanns probante Iahnio, item Mommseno, nisi quod hic comma* ad solem occasum *interpreti tribuit*; iusque ad supremam inter cives dicito *Schoell leg. XII tab. p. 3*; isque supremam ac solem occasum usque ius i. c. d. *Bergk. Phil. 32,566.* — 3) *D. 9,2,2 cf. Gai. 3,210—14. J. 4,3 pr. 9.* — 4) *Ita Gai*; *D.* ut qui; *Bas. Sch.* ἐάν τις. — 5) quadrupedemve pecudem *Hotoman, obs. 7,7. cum Byzantiis*; *D.* quadrupedem vel pecudem; *Gai.* quadrupedem quae pecudum numero sit. — 6) *Gai. et Inst.* ea res. *D. l. 21 pr.* ait lex: quanti is homo. — 7) fuit *D. l. c. Gai. 210 (?) = Inst. pr.*, fuerit *Gai. 214 = Inst. § 9,* fuisset *D. l. 21 pr.* — 8) *Ita Cuiac. propter D. h. t. 11,6*: actio ero competit, hoc est domino. *D. l. 2 et Gai.*: domino. — 9) *In D. additur*: et infra deinde cavetur, ut adversus infitiantem in duplum actio esset. *In Bas. Sch. ipsa lex ita continuatur*: εἰ δὲ ἀρνή-

(*Gaius inst. 3,215*: Capite secundo ⟨adversus⟩ adstipulatorem, qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res est, tanti actio constituitur.)

(*Ulpianus l. XVIII ad edictum:*[1] Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia:)

Ceterarum rerum ⟪praeter hominem et pecudem occisos⟫[2] si quis alteri damnum faxit, quod usserit fregerit ruperit iniuria, quanti ea res erit[3] in diebus XXX proximis, tantum aes ero[4] dare damnas esto.

3. Lex Silia de ponderibus publicis (*e Festo*).

Quando vixerint et tulerint hanc legem hi duo Silii, non constat. Haubold, quem secutus est Rud. RG. 1,92, statuit a. 510, nullo argumento. De ponderibus ipsis cf. Boeckh, metrol. Unters. 17.

(*Festus 246 M.:* Publica pondera [ad legitimam normam exacta esse] ex ea causa Iunius in . . . [colligi]t quod duo Silii[5], P. et M., trib. pl., rogarunt his verbis:)

Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus oetier ⟪qui⟫ solet, uti coaequatur[6] se dolo malo, uti[7] quadrantal vini LXXX pondo siet; congius vini X p(ondo) siet[8]; VI sextari congius siet vini; duodequinquaginta[9] sextari quadrantal[10] siet vini; sextarius aequus aequo cum librario[11] siet; sex decemque librari in modio[12] sient. Si quis magistratus adversus hac d(olo) m(alo) pondera modiosque vasaque publica modica minora maiorave faxit iusseritve[13] fieri, dolumve adduit, quo⟪d⟫ ea fiant, eum qui⟪s⟫ volet magistratus multare⟪tur⟫[14], dum minore parti[15] familias taxat liceto; sive quis in sacrum iudicare voluerit, liceto.

σεται ἐναγόμενος, διπλάσιον μετα τοὺς ἐλέγχους (probationes) καταβαλλέτω. *Praeterea etiam multam lege Aqu. esse constitutam indicat Cic. Brut. 34:* (accusator — cum multam lege Aquilia — petivisset.) *Cf. Pern. 102.*

1) *D. 9,2,27,5. — Gai. 3,217.218.* — 2) *Haec verba insiticia videri, recte monet Pern. 14.* — 3) *Ita Dig., Gai.* fuerit. *D. l. 29,8 h. t.:* haec verba 'quanti in triginta diebus proximis fuit'. — 4) *Cf. p. 45 n. 8.* — 5) silli *cod.* — 6) uti coeret praetor *Hu.* (*Multa 251 n. 2*) [coaequator (*deleto* uti) *Mo. apud Hultschium metrol. script. 2 p. 78 cf. praef. p. VIII*]. — 7) se dolo malo uti *Scaliger,* sedulum ut hi *codex.* — 8) siet] is *cod.* — 9) duoquinquaginta (*id est IIL*) *cod.* — 10) quadrantat *cod.* — 11) [aequo conlibrato, *id est* exaequata parte summa. *cf. Cato de a. c. 19.* Th. M.] — 12) dequinque librae in modio *cod.* [*Magis credideris delendam esse voc.* librae *cf. Cato de a. g. 19.* Th. M.] — 13) [*sic scripsi,* iussit uere *cod.* Th. M.] — 14) multare q(uantum) v(olet) p(ecuniam) *em. Hu.* — 15) patris *cod.*

4. Lex Papiria de sacramentis (*e Festo*).

Inter a 511 et 630 hanc legem esse latam probat Mo. Staatsr. 2,³ 580.

(*Fest. 344 M.:* Sacramentum aes significat. — Qua de re lege L. Papiri, tr. pl., sanctum est his verbis:)

Quicumque praetor posthac [1] factus erit, qui inter cives ius dicet, tres viros capitales populum rogato, hique tresviri [capitales] [2], quicumque [posthac fa]cti erunt, sacramenta ex[igunto] iudicantoque eodemque iure sunto, uti ex legibus plebeique scitis exigere iudicareque ⟪esse⟫ esseque oportet.

5. Lex Cincia de donationibus a. 550 (*e Vat. fr.*).

(*Paulus l. LXXI. ad edictum, ad Cinciam:* [3] Personae igitur cognatorum excipiuntur his verbis:)

. . sive quis cognatus cognata inter se, dum sobrinus sobrinave propiusve eos, et [4] sive quis in alterius potestate manu mancipiove [5] erit, qui eos hac cognatione attinget, quorumve ⟨is⟩ [6] in potestate manu mancipiove [5] erit, eis omnibus inter se donare capere liceto.

(Item excipit tutorem, qui tutelam gerit, — item excipit:) [7]

. . si quis mulieri virginive cognatus dotem conferre volet.

(Item excipit:) [8]

. . si quis a servis quique pro servis servitutem servierunt accipit isve duit . . [9]

6. Lex Atinia de usucapione (*e Gellio*).

Aetatis incertae. Atinii tribuni plebis annorum 555 et 622 nominantur apud Liv. 32,29,3 et 33,22,2 et epit. 59.

(*Gellius 17,7:* Legis veteris Atiniae verba sunt:)

Quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto. [10]

---

1) posthoc *cod.* — 2) *spat. vac. in cod. hoc loco et proximis duobus coniectura expletis.* — 3) *Vat. fr. 298.* — 4) propiusve eo sit *em. Mo.* — 5) $\overline{\text{mm}}$ve, *id est* matrimoniove, *cod.*; *em. Wenck.* — 6) *ins. Mo.* — 7) *Vat. fr. 304—5.* — 8) *Vat. fr. 307.* — 9) *Ita Mo.*, accipit duit is *cod.*; accipit duitve iis *Hu.*, *at contra § 309*: ne excepti videantur, ut — capere lex iis permittat. — 10) *Cf. Ulp. D. 41,3,4,6:* Quod autem dicit lex Atinia, ut res furtiva non usucapiatur, nisi in potestatem eius, cui subrepta est, revertatur, si⟨*c*⟩ acceptum est, ut in domini potestatem debeat reverti.

7. Lex Sulpicia rivalicia (*e Festo*).

Fest.: Sifus . . . [*pro tu*]bis — . . . [*in le*]ge rivalicia sic est, [*quae lata est rogant*]e populum Ser. Sulpi[*cio*][1]:)

. . . [*mon*]tani paganive si[*fis aquam dividunto*]: donec eam inter se [*diviserint, ...*]s[2] iudicatio esto.

8. Lex Osca tabulae Bantinae.

Fragmentum tabulae aheneae, in Lucania prope Bantiam a. 1790 (cum V frustulis minoribus) repertum, hodie Neapoli in museo nationali adservatum, latum m. 0,38, altum 0,26, totius tabulae sexta fere pars. Utrimque leges inscriptae sunt, ex altera parte lex Osca, ex altera Latina. Legis Latinae quae servata sunt capita extremam tantum legis partem i. e. generales sanctiones continent, unde ipsius legis sententia cognosci non potest. Oscam legem ad rem municipalem Bantinam spectasse capita servata satis docent, Latinam populi Romani fortasse iudiciariam fuisse legem comprobasse videtur Kirchhoff, Stadtr. v. Bantia p. 90—97, non adsentiente tamen Mo. C. I. L. 1,46—47. Aetatem legis Latinae intra a. 621 et 636 certa ratione constituit Mo., Oscam, si prior fuit, a. 570 antecedere non potuisse docuit Kir. l. c. — Lex Osca tabulae incisa erat binis paginis, quarum altera, intuenti dextera, fracta tabula deperiit, alterius pars media servata est, superior et inferior effractae. Singula capita nonnisi spatiis admodum parvis distincta sunt numerorum notis non adiectis. Singula verba plerumque punctis interpositis disiuncta sunt, neglegenter vero tam positis quam omissis. Legis editio accuratissima est: Mo., die unteritalischen Dialecte (1850) p. 145—68. Archetypi ectypon ed. Zvetaieff, sylloge inscript. Oscarum (1877) 1,75—8; 2, XIX. Interpretandae legis quasi fundamenta posuit Kirchhoff, quem in quibusdam cum supplevit tum emendavit Lange (Osk. Inschr. d. tab. Bant. 1853); consentiebant de summa re philologi omnes, singula tantum accuratius perscrutantes et corrigentes. Cf. Enderis, Formenlehre d. osk. Spr. 1871. Plane diversam interpretationem proposuit Hu.: Osk. u. Sabell. Sprachdenkm. (1856) p. 59—140, eamque iterum defendit 1874 in libro: die Multa, p. 61.504. Cui cum Rud. (RG. 2,420 Anm.) adstipulatus esset, rem iam in edit. III cum philologo summae hac in re auctoritatis, Fr. Buecheler Bonnensi, iterum pertractavi, per quem persuasissimum mihi est nimium ingenio indulsisse Hu., eaque legis verba, e quibus tota fere res pendet, veluti deivaum, zicolom, nesimom, *contra rationes grammaticas ab eo esse explicatas, indeque universam eius interpretationem*

---

1) *ICtum Ser. Sulpicium consulem a. 703 intellegit Rud. RG. 1,215 (cf. ZGR. 15,209), nulla certa ratione nisus.* — 2) [*praetori*]s *Urs., at cura aquarum ante Augustum censorum fuit atque aedilium curulium; Front. c. 94—97. Cf. Mo. Staatsr.* 2^3*,462,3.*

in errores abiisse. Qua de causa etiam in hac edit. veterem versionem paucis mutatis repetivi; interpretationes et etymologiae in notis additae Buecheleri sunt. [Iam consulendi inprimis v Planta, Gramm. der osk. umbr. Dialekte II (1897) p. 494 ss. et Conway, the italic dialects I (1897) p. 22 ss.]

| . . (28) . . . . . . o/nom/ust izic ro . . (18) . . . . . | 1
| . . (19) . . . sva//l/vs q. moltam angi*tu* . . (4) . . mn . . (10) . . | 2
| . . (18) . . . deivast[1] maimas carneis senateis tanginud am[*pert*[2]] 3
iurabit[1] *maximae partis senatus sententia, dummodo*[2]
. . (5) . .[3] | XL[4] osii . . *pon*[5] ioc egmo comparascuster[6]. Svae 4
[*non minus*][7] | *XL*[4] [*adfuerint*] *cum ea res consulta erit*[6]. *Si*
pis pertemust, pruterpan [*pertemest*], | deivatud sipus comenei perum 5
quis peremerit[8], *priusquam* [*perimet*], | *iurato sciens*[9] *in comitio sine*
dolom mallom siom ioc comono mais egm[*as tovti*]|cas amnud pan 6
dolo malo, se ea comitia magis rei publi|*cae causa quam*
pieisum brateis avti cadeis[10] amnud, inim idic siom dat senate*is*|
cuiuspiam gratiae aut inimicitiae[10]*causa, idque se de senatus* |
tanginud maimas carneis pertumum. Piei ex comono pertemest, 7
sententia maximae partis perimere. Cui sic comitia perimet,
izic eizeic zicel*ei* | comono ni hipid. ∾ 8
is eo die | *comitia ne habuerit.*

---

1) *Hanc vocem, quae redit v. 5.9.11, Hu. derivat a* dubius *et vertit* morari. *At stirpes* deiv *et* du *coniungi non possunt; verbum* deiv-aum *autem flexum esse a* deiv-a = diva *ostendit Kir. (48), quocum consentiunt omnes.* — 2) *De hac voce v. p. 50 n. 10.* — 3) *Hu. (Multa, 505 n. l.) neglegentiae me arguit, quod v. 1—4 verba, quae in lapide (?) legi possent, omiserim. Certe supplementa omisi, quae ipse confinxerat olim, nunc vero pro genuinis habere videtur. Equidem Neapoli in tabula ipsa v. 1—4 accuratissime perscrutatus iam in ed. III p. 311 litteras, quae legi possunt, notavi, quas nunc repeto. Nimirum passim litterae temporum iniuria ita mutilatae atque adtritae sunt, ut multarum vix vestigia remaneant.* — 4) *Littera* L *certa; litterae* X *licet bis fractae tamen vestigia haud dubia restant.* — 5) *Littera* N *certa videtur; litterae* ON *minus clarae quidem sunt, sed ita ut vestigia bene conveniant Buecheleri coniecturae* PON — 6) *A* parasc. *s.* parsc = *Lat.* posc-ere, *ortum e* porc-sc, *cognatum cum* proc-are; *significat* rogare; *rem in consilio* conrogare *idem est ac* consulere. *L. Urs. 125:* cum ea res consulta erit. — 7) *Coniectura Buech. Cf. l. Urs. 126:* cum non minus L, cum ea res consuletur, adfuerint. — 8) *sc. intercessione.* — 9) *i. e. sincere.* — 10) *Adsumpsimus verba usitata in iure Romano (D. 5,1,15,1; 22,5,21,3; al.).* Bratom *est munus vel lucrum, ut in tit. Peltuinati Vestino (CIL 9,3414) aliisque, cf. Buech. lexicon Italicum p. VI. Contra* cadeis *comparandum cum* κᾶδος, κεκαδῆσαι (*apte Hesychius* βλάψαι κακῶσαι στερῆσαι), *Lat.* cadamitas *quod olim fuit pro calamitate, Got.* hatis.

(2.) Pis pocapit post exac comono hafiest[1] meddis dat
Qui quandoque post hac comitia habebit magistratus de
9 castrid lovfi*r* . .[2] | en eituas[3], factud povs tovto deivatuns[4]
fundo liberi [et][2] | *in pecunias*[3], *facito ut populus iurati*[4]
10 tanginom deicans, s*i*om[5] dat eizasc idic tangineis | deicum, pod
sententiam dicant, se de eis id sententiae dicere, quod
valaemom[6] tovticom tadait ezum, nep fe*f*acid[7] pod pis dat eizac
optimum[6] *publicum censeat esse, neve fecerit quo quis de ea*
11 egmad mins | deivaid dolud malud. Svaepis contrud exe*i*c fefacust[8]
re minus iuret dolo malo. Siquis contra hoc fecerit
12 avti comono hipust, molto etan|to[9] estud n. cIɔ cIɔ. In svaepis
aut comitia habuerit, multa tanta[9] *esto: n. MM. Et siquis*
ionc fortis meddis moltaum herest, ampert[10] minstreis aeteis[11]|
eum fortius magistratus multare volet, dumtaxat[10] *minoris partis*[11]
13 eituas moltas moltaum licitud. ~
pecuniae multas multare liceto.

Similis formula in iure iurando iudicum Atheniensium οὔτε χάριτος ἕνεκ’ οὔτ’ ἔχθρας (*Demosthenes 57,63 p. 1318*).

1) hafiert. — 2) *Lectio incerta: fortasse* lovfir. [in] *supplendum. Bréal aliique* lovfit *sive* lovfir (*quasi* lubet, lubeatur) *pro particula* vel, avti (*v. 13*) *habent.* – 3) ei-tu-a, *fortasse ab* i(ei)-re, *ut reditus*, εἴσοδος, *Einkommen, est pecunia; scribitur etiam* eitiuva, *ut*: suvad eitiu. = *sua pecunia* (*E. 11,21*); eitiuvam paam tristaamentud deded = *pec. quam testamento dedit* (*E. 11,16*); eitiuvad moltasikad = *pec. multaticia*, aire moltaticod *Or. 3147.* — 4) *Coniunctio pluralis* deivatuns deicans *cum singulari* siom deicum *et* tadait *eadem est atque in l. Salp. 26*: iuranto se quod — censeat — dicturum, *et l. Bant. Lat. v. 24.25, l. Acil. v. 36.37.* — 5) stom. — 6) valae- = *vale-re*, -mom *est superlativi* (*ut pri-mum*, nesi-mom), *ergo validissimum*; v. tovticom tadait e. *idem est atque in l. Salp. 26*: ut ex re communi municipum censeat fore *et in l. de imp. Vespas. 15*: cum ex re publica censebit esse. Tadait = *censeat, cf.* ἐπί-ταδες *consulto*, ἐπι-τηδεύω. — 7) fepacid. — 8) elg fefacust. — 9) *Scriptum esse antea ferebatur, sed non est scriptum v. 26* etanio, *unde Hu. verbum confingit* etaneo = *evitaneus*; *quam nunc exhibemus scripturam confirmat tab. Iguv. 5b,6*: etantu mutu = *tanta multa. Non significat permagnam multam, sed introducit solum ac definit multam, quae sequitur.* — 10) am-pert: am *est particula privativa, sicut v. 22*: an-censto = *in-census*; pert = *trans, ut in cippo Abell. 33* (*E. 3*) pert viam = *trans viam. Itaque* ampert = *non trans, i. e. eatenus, dumtaxat, tantummodo.* — 11) Minstreis aeteis *Hu. vertit menstruae aetatis, i. e. menstrui spatii. At littera* e *duravit in verbo* μήν, μείς, mensis, mesine, menzne; *verba* mins, minstro *et* mais, mestru (*Umbr.*) *aequalia sunt verbis Latinis* minus, minister *et* magis, maior, magister. *Verbum* aetis *autem non idem*

(3.) Svaepis pru meddixud altrei castrovs avti eituas | zicolom 14
Siquis pro magistratu alteri fundi aut pecuniae diem
dicust, izic comono ni hipid ne pon op tovtad petirupert
dixerit, is comitia ne habuerit nisi cum apud populum quater
urust[1] sipus perum dolom | mallom, in trutum zico(lom) tovto 15
oraverit[1] sciens sine dolo malo et definitum diem populus
peremust petiropert, neip mais pomtis[2] com preivatud[3] actud|
perceperit quater, neve magis quinquies[2] cum privato[3] agito
pruter pam medicatinom[4] didest, in pon posmom con preivatud 16
prius quam iudicationem[4] dabit, et cum postremum cum privato
urust, eisucen ziculud | zicolom[5] XXX nesimum[6] comonom ni 17
oraverit, ab eo die diem[5] XXX proximum[6] comitia ne
hipid. Svaepis contrud exeic fefacust, ionc svaepis | herest meddis 18
habuerit. Siquis contra hoc fecerit, eum siquis volet magistratus
moltaum licitud, ampert mistreis aeteis eituas licitud. ∼
multare liceto, dumtaxat minoris partis pecuniae liceto.

(4.) Pon censtur | *b*ansae tovtam[7] censazet, pis cevs bantins 19
Cum censores Bantiae populum censebunt, qui civis Bantinus

---

est atque ae(vi)-tas, *sed ortum ex antiquiore* ai-tis, *cognatum cum Graeco* αἶσα *significare videtur partem, ut in cippo Abell. 53* [a]ittiom alttram alttros herrins, *ubi communis Nolanis et Abellanis pecuniae partium alteram alteri i. e. tantundem utrique accipere iubentur. De re ipsa cf. Gell. 6,3, 37:* minus dimidium familiae multa esto, *l. Sil.*: dum minore parti familias taxat, *l. Bant. Lat. v. 12.*

[1] ur-um = *or-are. Fest:* orare antiquos dixisse pro agere; *unde* orare litem *vel* causam *etiam dicit Cic. de off. 3,10,43. Brut. 12,47.* — [2] *Nec ante quartam nec post quintam actionem iudicare debet, ergo certe in quinta. Cf. Cic. de domo 17,45*: ter ante magistratus accuset; quarta sit accusatio trinum nundinum, prodicta die, qua die iudicium sit futurum. *Lange, 65—85. Mo., röm. Strafr. p. 169.* — [3] privatum *pro reo dictum esse v. Lange, p. 46—58.* — [4] meddix apud Oscos nomen magistratus est (*Fest.*), *unde* meddixud *potestate meddicis*, medicatom *decretum eius*, medicatinom *iudicationem.* — [5] zicolom *derivat Hu. a* δίκη, *dica, et intellegit poenam s. multam. At syllaba* di *Osce mutata esse nequit in* zi; *neque enim simplex* d *transit in* z, *sed coniunctae* dj *vocali subsequenti contrahuntur in* z, *ut* Diovis = Ζεύς, διά = za, dies = zes, diaeta = zaeta; *quare* z-i-colo *nil aliud est nisi* dii-kolos (*E. 18,49*) *s. di-e-cula = dies.* — [6] nesimum *recte quidem Hu. coniungit cum Lat.* nexus; *cum autem* zic. nes. *interpretatur* dicas coniunctas, *neglegit quod* nesi-mum *superlativus est ideoque* nexissimum *s.* proximum *significat, ut Iguv. tab. 6a,9*: nesimei = proxime. — [7] sansae tavtam.

20 fust, censamur esuf[1] in eituam, poizad li*g*ud[2] | *iu*sc[3] censtur
erit, censetor ipse[1] *et pecuniam, qua lege ii censores*
censaum angetuzet.[4] Avt svaepis censtomen nei cebnust dolud
censere proposuerint.[4] *At siquis in censum non venerit dolo*
21 mallud | in eizeic vincter, esuf comenei lamatir[5] pr. meddixud
malo et eius vincitur, ipse in comitio veneat[5] *pr(aetoris) magisterio*
22 tovtad praesentid perum dolum | mallom, in amiricatud allo
populo praesente sine dolo malo, et immercato[6] *cetera*
23 famelo in ei(tuo) sivom[7] paei eizeis fust, pae ancensto fust, |
familia et pecunia tota[7] *quae eius erit, quae incensa erit,*
tovtico estud. ∾
publica esto.

(5.) Pr. svae praefucus pod post exac bansae fust, svaepis
Praetor sive praefectus posthac Bantiae erit, siquis
24 op eizois[8] com | a(*l*)trud ligud acum herest avti pru medicatud[9]
apud eos[8] *cum altero lege agere volet aut pro iudicato*[9]
25 manim aserum eizazunc egmazum, | pas exaiscen ligis scriftas
manum asserere earum rerum, quae hisce in legibus scriptae
set, ne *p*im[10] pruhipid mais zicolois X nesimois. Svae pis
sunt, ne quem prohibuerit magis diebus X proximis. Si quis

---

[1] esuf *Oscis et Umbris esse, quod Latine* ipse, *putavit Buecheler (tab. Igu. 2b,40; 4,15. E. 13,28. Rh. Ph. 30,436); demonstrativi pronominis* eso *forma est ampliata. Cf. Dion. 9,36:* τιμησάμενοι πολῖται σφᾶς τ᾽αὐτοὺς καὶ χρήματα. *Minus probanda videtur nova Langii interpretatio (Rh. Ph. 30,296):* esuf = esus = erus = heredium. *Nam ut taceam de philologica ratione, antiqua Romuli heredia in censu Bantino saeculi VII a ceteris praediis, quae sunt 'censui censendo', separata esse minime credibile est. Veterem interpretationem* istic, ibi *docte defendit Danielsson (Pauli, altital. Stud. 3 p. 142).* — [2] licud. — [3] asc. — [4] *Etymon incertum,* an *praepositio videtur; 'proposuerint' sumpsimus ex l. Iulia munic. v. 148.* — [5] lamatir = *venum detur tanquam praeda, a* lav- *unde* ληΐς, λεία, latro? *Sic in devotione Osca (Rh. Ph. 33,76) v. 4* Keri-lamatir = *Cereri tradatur obligatus. Incensi* ex forma censuali veniri iubentur (*Gaius 1,160 itemque Cic. Dion. Ulp.*). caedatur *Danielsson.* — [6] *i. e. sine venditione.* — [7] ei *per compendium scriptum pro* eituo. (*Cf. p. 50 n. 3.*) Sivom, *Umbr.* sevom, *idem valet quod* totum, *cf. lexicon Ital. p. XXV. Structura dubia, aut:* eituas sivom = τῆς οὐσίας τὸ ὅλον, *aut potius* sivom *tanquam* ὅλως *vel* τὸ ὅλον *libere interiectum.* — [8] *i. e. apud praetorem praefectumve.* svaepod *Osci ponebant pro* sive *cf.* svai poh *in devotione (Rh. Ph. 33,77) v. 10 et 11.* — [9] *i. e.* pro ioudicatod manus iniectio, *ut in l. Lucerina infra edita.* — [10] phim.

contrud | exeic pruhipust, molto etanto estud n. cIɔ. In svaepis 26
contra hoc prohibuerit, multa tanta esto: n. M. Et siquis
ionc meddis moltaum herest, licitud, | [*ampert*] minstreis aeteis 27
eum magistratus multare volet, liceto, dumtaxat minoris partis
eituas moltas moltaum licitud. ∾
pecuniae multas multare liceto.

(6.) Pr. censtur bansae | [*ni pis fu*]id, nei svae [*q.*] fust, 28
Praetor censor Bantiae [ne quis fuer]it, nisi [quaestor] erit,
nep censtur fuid, nei svae pr. fust. In svaepis pr. in svae |
neve censor fuerit, nisi praetor erit. Et siquis praetor et si
[*pis*] . . (10) . . . q. . . (5) . . . um[1] nerum[2] fust, izic post 29
[quis] . . . quaestor . . . nobilium[2] erit, is post
eizuc tr. pl. ni fuid. Svaepis | [*contrud exeic medd*]is 30
ea trib. pleb. ne fuerit. Siquis [contra hoc magistratus]
*f*acus *f*ust, izic amprufid facus estud. Idic medicim eizuc| . . (15) . . 31
factus erit, is improbe factus esto. Eum magistratum eo | [ab anno
. . [*p*]ocapid bansa[*e*] . . (17) . . medicim acunum[3] VI nesimum | . .
quo] quandoque Bantiae . . . magistratum, annum VI proximum | . .

8. Lex Latina tabulae Bantinae.

ℭ 1,45. n. 197 (I^2 n. 582) Ri. tab. 19. — De tabula et lege cf. quae supra p. 48 in exordio notata sunt. Supplementa sunt Mommseni. Huius legis uno ordine versuum perscriptae tabula per medium fracta omnium versuum initia perierunt. Nescimus igitur, num singulis capitibus indices fuerint praescripti. Finito capite reliqua pars versus vacat.

. . . . (64) . . . . *n*]eque prov[*inciam*] . . . . . . (45) 1
| . . (42) . . in sena[*tu seiv*]e in poplico ioudicio ne sen[*tentiam* 2
rogato tabellamve nei dato . . (32) . . | . . (42) . . *neive is testumon*]ium 3
deicito neive quis mag(istratus) testumonium poplice ei de[*ferri*
neive den]ontiari | [*sinito. Neive ioudicem eum neive arbitrum* 4
neive recupe]ratorem dato. Neive is in poplico luuci praetextam
neive soleas h[*abet*]o, neive quis | [*mag*(*istratus*) *ibei praetextam* 5
soleasve habere eum sini]to. Mag(istratus) queiquomque comitia
conciliumve habebit, eum sufragium ferre nei sinito, | [*neive eum* 6
censor in senatum legito neive in senatu] relinquito. ∾ |

---

1) *Haec nondum potuere restitui; in aere litterae obscuratae, ab Avellino traditae non vacuae errore.* — 2) nerum (ἀνδρῶν) *patriciorum vel principum civitatis.* — 3) *Honorem intra quinquennium non licet iterare, l. Malac. 54; cf. l. munic. Tar. 44:* sexennio proxumo.

7 (2.) [*Sei tr(ibunus) pl(ebei), q(uaestor), IIIvir cap(italis),*
IIIvir a(greis) d(andeis) a(dsignandeis), ioudex], quei ex hace
lege plebeive scito factus erit, senatorve fecerit *g*esseritve, quo ex
8 hace lege | [*quae fieri oporteat minus fiant, quaeve e*]x h(ace l(ege)
facere oportuerit oportebitve non fecerit sciens d(olo) m(alo);
9 seive advorsus hance legem fecerit | [*sciens d(olo) m(alo), Hs*[1] . .
n(ummum) populo dare dammas esto et] eam pequniam quei volet
magistratus exsigito. Sei postulabit quei petet, p(raetor) recupe-
10 ratores | [. . (31) . . *quos quotque dari opo*]rteat dato, iubetoque
eum, sei ita pariat, condumnari popul(o), facitoque ioudicetur.
11 Sei condemnatus | [*erit, quanti condemnatus erit, praedes*] ad
q(uaestorem) urb(anum) det, aut bona eius poplice possideantur
12 facito. Sei quis mag(istratus) multam inrogare volet | [*quei*
volet, dum minoris] partus familias taxsat, liceto, eiq(ue) omnium
13 rerum siremps lexs esto, quasei sei is haace lege | [*pequniam,*
quae s(upra) s(cripta) e(st), exigeret]. ∾ |
14 (3.) [*Co(n)s(ul), pr(aetor), aid(ilis), tr(ibunus) pl(ebei),*
q(uaestor), IIIvir cap(italis), IIIvir a(greis d(andeis) a(dsig-
nandeis), qu]ei nunc est, is in diebus V proxsumeis, quibus
15 queique eorum sciet h(ance) l(egem) popolum plebemve | [*iousisse,*
iouranto, utei i(nfra) s(criptum) est. Item] dic(tator), co(n)s(ul),
pr(aetor), mag(ister) eq(uitum), cens(or), aid(ilis), tr(ibunus)
pl(ebei), q(uaestor), IIIvir cap(italis), IIIvir a(greis) d(andeis)
16 a(dsignandeis), ioudex ex h(ace) l(ege) plebive scito | [*factus . . .*
queiquomque eorum p]ost hac factus erit, eis in diebus V prox-
sumeis, quibus quisque eorum mag(istratum) inperiumve inierit,
17 iouranto, | [*utei i(nfra) s(criptum) est. Eis consistunto pro ae*]de
Castorus palam luci in forum vorsus, et eidem in diebus V
18 apud q(uaestorem) iouranto per Iovem deosque | [*Penateis: sese*
quae ex h(ace) l(ege) oport]ebit facturum, neque sese advorsum
h(ance) l(egem) facturum scientem d(olo) m(alo), neque seese
19 facturum neque intercesurum, | [*quo, quae ex h(ace) l(ege) opor-*
tebit, minus fiant. Qu]ei ex h(ace) l(ege) non iouraverit, is
magistratum inperiumve nei petito neive gerito neive habeto,

---

1) *Pro formula, quam Mo. ad verba legis Oscae (v. 11—12.26)* molto etanto estud n. ∞ *supplevit, cum haec in legibus Romanis nusquam inveniatur, praeferenda videtur altera:* damnas esto dare, *quam Rud. ZGR. 15, 271 primus proposuit, postea ipse defendi (ZRG. 3,365), nuper etiam Hu. (Multa 251 n. 6) comprobavit.*

neive in senatu | [*sententiam deicito deicereve eum*] ni quis sinito, 20
neive eum censor in senatum legito. Quei ex h(ace) l(ege) ioudicaverit,
is facito apud q(uaestorem) urb(anum) | [*eius quei ita* 21
utei s(*upra*) *s*(*criptum*) *e*(*st*) *iouravit nomen persc*]riptum siet;
quaestorque ea nomina accipito, et eos, quei ex h(ace) l(ege)
apud sed iurarint, facito in taboleis | [*popliceis perscribat*]. ∾ | 22

(4.) [*Quei senator est eritve inve senatu sententi*]am deixerit 23
post hance legem rogatam, eis in diebus X proxsumeis, quibus
quisqu[*e eorum sciet* | *hance legem popolum plebemve iousisse*, 24
i[ouranto apud quaestorem ad aerarium palam luci per Iovem
deosque Penate[*is: sese quae ex h*(*ace*) *l*(*ege*) | *oportebit facturum* 25
esse, neque se]se advorsum hance legem facturum esse, neque
seese, quominus sei . . . . (20) . . . |
| . . (32) . . se hoice leegei . . (30) . . anodni . . uraver[*int* . (24) . . . | 26
| . . . . . . ∾ | 27
| . . (70) . . . . e quis magistratus p . . (24) . . . | 28
| . . . . . . ∾ | 29
| . . (70) . . . . *u*]ti in taboleis popl[*iceis* . . (24) . . . | 30
| . . (72) . . . . *tr*]inum nondin[*um* . . (28) . . . | 31
| . . (74) . . . . is erit uu . . . (30) . . . | 32

10. Lex Acilia repetundarum a. 631 vel 632.

Saeculo XVI Romae XI fragmenta tabulae aheneae extabant, cui ex antica parte levigata lex repetundarum fuerat inscripta, e postica scabra lex agraria, illa satis eleganter accurateque exarata, haec neglegenter litterisque minoribus pressiusque scripta. Quo tempore loco modo reperta sint fragmenta ignoratur. Duo (Aa, Ab) iam a Iac. Mazochio transcripta a. 1521 in libro eius 'Epigrammata ant. urb. Romae' (f. 180) edita sunt; quorum alterum (Ab) postea interiit, ut eius hodie unum Mazochianum exemplum supersit; alterum ceteraque IX fragmenta postea a cardin. Petro Bembo comparata in eius museo servabantur. Quo viro mortuo (a. 1547) ab heredibus venditione dispersa sunt. Post varia fata unum (E) in Galliam translatum ibi periit c. finem saec. XVI, cuius extant exempla tria, duo descripta in Gallia a Brissonio et (neglegenter) a Boissardo, tertium originis incertae editum ab Ursino. Duo fragmenta (C, Dd) Vindobonam migrarunt, ubi in museo antiquo adservantur; cetera omnia Neapolim pervenerunt, ubi in museo extant. Omnia haec fragmenta unius esse tabulae iam Ursinus viderat, quomodo vero inter se iungenda sint, nostra demum aetate docuerunt Klenzius Rudorffius Mommsenus, qui totius tabulae effigiem composuit (cuius schema adieci), unde et quae sit fragmentorum inter se ratio, et quot fere in hiatibus perierint litterae, cognosci possit. Tabula integra latior fuit quam altior; in latitudinem patuerit plus 2 metra ne-

cesse est, in altitudinem id quod hodie superest 0,82 m. aequat, neque vero in fine multum deesse videtur. Quae omnia accuratius explanavit Mo. in CIL 1,49—54, Ges. Schriften 1,1sqq. — Legem Aciliam ediderunt Mo. CIL 1,49 n. 198 (I2^2 *n. 583). Ri., tab. 23—25. Rudorff, ad leg. Acil. de pec. repet. 1862. De repetundis hanc legem esse latam ex ipsius versu 3 patet; Zumptius (Röm. Crim.R. II. 1,105—110) tamen generalem de magistratuum delictis legem iudiciariam fuisse contendit. Legem esse Serviliam repetundarum (c. a. 643), cuius apud Ciceronem fit mentio, iam inde ab Sigonio (1574) communis fuit opinio tenuitque eam licet impugnatam ab Augustino et Ursino etiam Klenzius, qui a. 1825 primus totam legem singulis fragmentis certa ratione coniunctis isto nomine inscriptam edidit. Deinde Mo. legem esse Aciliam (a. 631 vel 632) ab eodem Cicerone laudatam demonstravit CIL 1,54—57), cui additis novis argumentis adsensit etiam Rud. l. c. p. 431—8. Novissime de legis argumento disputaverunt: Zumpt, Röm. Crim.R. II. 1,99. Huschke, ZRG. 5,46. — In hac mea editione textum a Mommseno constitutum eiusque fere supplementa recepi, interdum Rudorffium secutus. [Novae editionis causa supplementa vel ut verius dicentur interpretamenta denuo recognovi; in adnotatione autem monui, in gravioribus scilicet, cum de iis quae ex Rudorffianis retinere placuit tum de aliis quae nunc demum accesserunt.* TH. M.] — *Lex in capita divisa est titulis praescriptis; ea vero cum neque numerorum notis signata neque per capita versuum distincta sint, quot olim fuerint certo constitui non potest: Klen. putabat esse 24, Mo. 57, Rud. 70. Quo in discrimine cum neque Mo. neque Rud. numerorum notas adposuerint, ego quoque modum citandi receptum turbare nolui. Nostro tamen more singula capita separavi indicesque litteris latius dispositis distinxi. Numeris litterarum, deperditarum simul comprehensae sunt restitutae. Quibus numeris ne quis nimium confidat, Mo. ipse monuit.*


1
23
47
71
90
Aa
Ab
Ba
Bb
Bc
C
Da
Db
Dc
Dd
E
33
61
67
49
62
102
10
51
2
37
120
27
170
22
75
41
60
23
200

Lex Acilia repetundarum.


1
26
55
84
105
Bb
Ba
Aa
Ab
Bc
Da
E
Dc
Dd
Db
C
102
73
62
66
77
38
170
31
120
42
2
57
200
23
62
44
75
26

[*M'. Acilius? . . . | . . . . . tr(ibuni) pl(ebei) plebem ioure rogaverunt,
plebesque ioure scivit in . . . a(nte) d(iem) . . . . Tribus
. . principium fuit, pro tribu . . preimus scivit*[1] *. . (140) . .* 1

Quoi[2] *socium no*]minisve Latini exterarumve nationum, quoive
in arbitratu dicione potestate amicitiav[*e populi Romani, . . .
(65 || 180) . . ab eo quei dic(tator), co(n)s(ul), pr(aetor), mag(ister)* 2
*eq(uitum), cens(or), aid(ilis), tr(ibunus) pl(ebei), q(uaestor), IIIvir
cap(italis), IIIvir a(greis) d(andeis) a(dsignandeis), tr(ibunus) mi*]l(itum)
l(egionibus) IIII primis aliqua earum fuerit, queive filius
eorum quoius erit, ⟨*queive*⟩ quoius⟨*ve*⟩ pater senator siet, in annos
singolos pequniae quod siet amp[*lius Hs . . . n(ummum) . . (65 || 205)* 3
*. . . pro inperio prove potestate ipsei regive populove ipsius, parentive
ipsius, queive in potestate manu mancipio suo parentisve sui
siet fuerit quo*[ive ipse parensve[3] suos filiusve suos heres siet, ablatum
captum coactum conciliatum aversumve siet: de ea re eius
petitio nominisque delatio esto, [*pr(aetoris) quaestio esto, ioudicium
ioudicatio leitisque aestumatio, queiquomque ioudicium ex h. l. erunt,
eorum hace lege esto (100 || 201) . . Sei quis deicet praetorem nomen* 4
*ex h. l. ita non recepisse utei delatum esset, neque ioudicium ex h. l.
ita datu*]m esse utei peteret: de ea re eius petitio nominisque delatio
esto, pr(aetoris) quaestio esto, ioudicium ioudicatio leitisque
aestumatio, quei quomque ioudic[*ium ex h. l. erunt, eorum hace lege
esto . . (102 || 62) . .*]s iu . . . *(140) . . . De quo ex h. l. ioudicatum* 5
erit sei contra h. l. fecisse deicetur, postquam ea res ioud]icata
erit, aut quoius nomen praevaricationis caussa delatum erit,
aut quoium nomen ex h. l. ex reis exemptum erit: seiquis eius
nomen a[*d praetorem denuo detolerit, . . . quaestio eius pr(aetoris)
esto; ioudicium ioudicatio leitisque (102 || 60) aestumatio quei quomque* 6
ioudicium ex h. l. erunt, eorum h. l. esto. Sei quis ali]eno
nomin[*e . . . (134) . . . ex h. l. petere nomenve deferre volet, de ea
re eius petitio nominisque delatio esto,*] quaestio eius pr(aetoris) esto;

---

[1] *Plenam legis praescriptionem v. infra in lege Quinctia. Litteris maioribus eam legibus superscribere solebant Romani; in hac vero lege cum pro praegrandi tabulae latitudine primum versum exordium non expleret, ex ipsa lege quae in primum versum recepta sunt item litteris maioribus scripta sunt, ita ut pauciores in primo quam in secundo versu perierint litterae.* — [2] [ciuei Romano *ins. Rudorffius*; *sed ad pecunias civi Romano male ereptas hanc legem pertinuisse demonstrari non potest.* TH. M.] — [3] ipsei parenteve.

ioudicium《ve》 ioudicatio leitisque aestumatio, quei quomque ioudicium
ex h. l. erunt, eorum h. l. esto. Is eum unde petet in ious
ed[*ucito ad pr*(*aetorem*)*, quoius ex h. l. in eum annum quaestio erit,*
7 *et ante k. Sept. quae eo anno erunt et nomen deferto*] . . . (*102* || *59*)
deque eo homine de [*h. l.* . . . (*127*) . . . *ita uti i. s. est res agitor.*
Post k. Sept. sei quod nomen deferetur, sei is quei petet volet,
is praetor de ea re recuperatores dato. Qu]oius eorum ita nomen
ex h. l. post k. *S*ept., quae eo anno fuerint, delatum erit, quei eorum
eo ioudicio condemnatus erit, quanti eius rei slis ae[*stumata*
8 *erit, tantam pequniam quei eum condemnaverit dato* . . (*102* || *54*)
. . *eaque pequnia quei eum condemnaveri*]t[1] eius esto. Pr(aetor),
quei ex h. l. q[*uaeret, facito, quidquid ita* . . (*124*) . . *ioudicatu*]m
erit, id utei privato solvatur, quei [*eoru*]m petet. ∾

De heisce, dum mag(istratum) aut inperium habebunt,
ioudicium non fiet. ∾ Dic(tator), cos., pr., mag. eq.,
[*cens., aid., tr. pl., q., IIIvir cap., IIIvir a. d. a., tr. mil. leg. IIII*[2]
primis aliqua earum, dum mag(*istratum*) *aut inperium*
9 *habebit, nei in ious educitor* . . (*102* || *52*) . . *Quei eorum e*]x eo
mag(istratu) inperiove abierit, quo min[*us in ious educatur, e*(*ius*)
h. l. n(*ihilum*) *r*(*ogato*) . . (*121*) . . ∾

De patroneis dandeis. ∾ *Quei ex h.*] l. pequniam petet
nomenque detuler*it*, quoius eorum ex h. l. ante k. Sept. petitio erit,
10 sei eis volet sibei patronos in eam rem darei, pr(aetor), ad quem
nomen detulerit . . (*102* || *47*) . . *patronos civeis Romanos ingenuos*
ei dato, dum] nei quem eorum det sciens d(olo) m(alo), quoiei is,
q[*uoius nomen delatum erit,* . . (*120*) . . *gener socer vitricus privignusve*
siet, queive eiei sobrinus siet pro]piusve eum ea cognatione
11 at*t*igat[3], queive 〈*ei*〉ei sodalis siet, queive in eodem conlegio siet,
quoiave in fide is erit maioresve in maiorum fide fueri〈*n*〉t, [*queive*
in fide eius erit, maioresve in maiorum fide fuerint . . (*102* || *39*)
. . *queive*] quaestione《*m*》 ioudicioque[4] puplico condemnatu[*s siet, quod*
circa eum in senatum legei non liceat, . . (*118*) . . *neive eum que*]i
ex h. l. ioudex in eam rem erit, neive eum que〈*i*〉 ex h. l. patronus
datus erit. ∾

De patrono repudiando. ∾ Quei ex h. l. patronus datus

---

[1] *Mo.:* [condemnaveri]t, [pecuni]a *Rudorff, In Ritschelii tabula potius litterae* A *quam* T *vestigia cognosci Rud. monet.* [*Ego aes secutus sum, ut legi ego, non delineationem Minervinianam.* Th. M.] — [2] *Cf. lin.* 2. — [3] atiigat. — [4] ioudiciooue.

erit, sei is mori[*bus suspectus erit, is quoi ex h. l. datus erit eum*
repudiato . . (102||38) . . Tum quos ex h. l. patronos dare licet, 12
eor]um pr(aetor), quei ex h. l. quaeret, alium patronum eiei quei
s[*ibei darei petet dato*[1] *(106)* . . ∾

De CDLvireis in hunc an]num legundis.[2] ∾ Pr(aetor),
quei inter peregrinos ious deicet, is in diebus X proxum(eis), qui-
bus h. l. populus plebesve iouserit, facito utei CDLviros le*g*at,[3] quei
in hac civit[*ate equom publicum habebit habuerit . . (102||35) . .* 13
dum nei quem eorum legat, quei tr. pl., q., IIIvir cap., tr. mil. l.
IIII primis aliqua earum, IIIvi]rum a. d. a. siet fueritve, queive
in senatu siet fueri*tve*[4], queiv[*e mercede conductus depugnavit de-*
pugnaverit . . (104) . . queive quaestione ioudicioque puplico con-
de]mnatus siet quod circa eum in senatum legei non liceat, queive
minor anneis XXX maiorve annos LX gnatus siet, queive in urbem
Romam propiusve u[*rbem Romam p(assus) M domicilium non habeat,*
queive eius mag(istratus), quei s(upra) s(criptus) e(st), pater frater
filiusve siet, queive eius, quei in senatu siet fueritve, pater (102||33) 14
frater filiusve siet, queive trans mar]e erit. ∾

Quos legerit, eos patrem tribu《nu》m cognomenque
i*n*dicet.[5] ∾ Q[*uei ex h. l. in hunc annum quaeret, . . (100) . .*
is die . . ex quo legerit, eorum, quei ex] h. l. CDLvireis in eum
annum lectei erunt, ea nomina omnia in tabula, in albo atramento
script*o*s[6], patrem tribum co*g*nomenque tributimque d*i*scriptos[7]
hab[*eto, eosque propositos suo magistratu servato. Sei quis descri-*
bere volet, is pr(aetor) permittito potestatemque scribendi, quei
(102||31) volet, facito. Pr(aetor), quei legerit, quos e]x h. l. 15
CDLviros legerit, facito recitentur in contione iuratoque sese [*eos*
ex h. l. legise, de quibus sibei consultum siet . . (100) . . optumos
eos ioudices futuros esse quosque oetiles io]udices exaestumaverit
esse; eosque CDLviros, quos ex h. l. legerit, is p(raetor) omnis in
taboleis puplicis scriptos in perpetuo habeto. ∾

De CDLvireis quotannis [*legundis. ∾ Pr(aetor) quei*
post h. l. rogatam ex h. l. ioudex factus erit . . (102||27) . . is 16
in diebus X proxumeis, quibus quis]que eorum eum mag(istratum)
coiperit, facito utei CDLviros ita legat, quei ha[*ce civitate equom*
publicum habebit habuerit . . (99) . . d]um ne quem eorum legat,

---

[1] *Cf. Mo. Gesammelte Schriften I p. 28.* — [2] *Hoc caput et sequens ad verbum fere consonant cum duobus capitibus v. 16—18; invicem se explent.* — [3] lecat. — [4] fuerint eie. — [5] ioudicet. — [6] scriptes. — [7] descriptes.

quei tr. pl., q., IIIvir cap., tr. mil. l. IIII primis aliqua earum,
triumvir a. d. a. siet fueritve, queive in senatu siet fueritve, queive
merc[*ede conductus depugnavit depugnaverit . . . . . queive quaesti-*
one ioudicioque puplico condemnatus siet quod circa eum in senatum
17 *legei non liceat, (102|| 26) queive minor anneis XXX maiorve a*]nnos
LX gnatus siet, queive in urbe Romae propiusve urbem Roma[*m*
p(assus) M domicilium non habeat (90) queive eius mag(istratus),
quei s(upra) s(criptus) e(st), pater frater filiusve siet,] queive eius
quei in senatu siet fueritve pater frater filiusve siet, queive trans
mare erit. ∾

Quos legerit, eos patrem tribum cognomenque i*ndi-*
cet[1]. ∾ Quei ex h. l. in eu[*m annum quaeret, is die . . ex quo*
18 *legerit, quei ex h. l. CDLvireis in eum annum lectei erunt, (102||27)*
in tabula, in albo atramento scriptos, patr]em tribu⟨*m*⟩ cognomenque tri-
butimque discriptos habeto, eosque propositos suo ma[*gistratu serva-*
to . . (85) . . Sei quis describere volet, is pr(aetor) permittito,
potestatem]que scribundi, quei volet, facito. Pr(aetor) quei legerit,
is eos[2] quos ex h. l. C[*DLv*]iros legeri⟪n⟫t, facito in conctione[3]
recite⟨*n*⟩tur, iouratoque sese eos ex h. l. legise, de quibus sibei
consu[*ltum siet optumos eos ioudices futuros esse, quosque oetiles*
ioudices exaestumaverit esse; eosque CDLviros, quos ex h. l. legerit,
is pr(aetor) omnis (102||28) in taboleis pupliceis scriptos in perpe-
19 *tuo habeto.*] ∾

De nomine deferundo iudicibusque legundeis. ∾
Quei ex h. l. pequniam ab a[*rvorsario petet, . . (82) . . is eum, unde*
petet, postquam CDLvirei ex h. l. in e]um annum lectei erunt, ad
iudicem, in eum annum quei ex h. l. ⟨*factus*⟩ erit, in ious educito
nomenque eius deferto; sei deiuraverit calumniae causa non po[*stu-*
20 *lare, is pr(aetor) nomen recipito facitoque, . . (102||28) . . utei die*
. . ex eo die, quo quoiusque quisque nomen detolerit, is quoius no-
men delatum e]rit de CDLvireis, quei in eum annum ex h. l. lectei
erunt, arvorsario edat eos om[*nes, . . (82) . . quoi is queive ei,*
quoius nomen delatum erit, gener socer vitricus pri]vignusve siet,
queive ei sobrinus siet propiusve eum ea cognat[*ione*][4] attingat,
queive ei sodalis siet, queive in eodem conlegio siet; facitoque co-
ram arv[*orsario is quei ita ediderit iouret: in CDLvireis, quei in*
21 *eum annum ex h. l. lectei sient, non reliquisse se (102||30) nisei*

---

1) ioudices. — 2) eos *delet Mo.* — 3) *sic aes.* — 4) cognat . . . . m.

quei se earum aliqua necesitudine quae s(upra) s(cripta) s(ient) non
attigeret, scientem d(olo) m(alo); itaque is edito, *i*ouratoque[1]. Ubei
is ita ediderit, tum in ea[*m quaestionem quei quoiusque ita nomen*
detolerit, is praetor, quoius ex h. l. quaestio e]rit, facito utei is
die vicensumo ex eo die, quo quoiusque quisque n[*omen*] detolerit,
Cviros ex eis, quei ex h. l. CDLvire[*i*] in eum annum lectei erunt,
quei vivat, legat e[*datque . . (102 || 32) . . dum nei quis ioud*]ex 22
siet, quoi is queive ei, quei petet, gener socer vitricus privignusve
siet, queive ei sobrinus [*siet propiusve eum ea cognatione attingat,*
. . (73) . . queive in eodem conlegio siet, queive e]i sodalis siet,
queive tr. pl., q., IIIvir cap., IIIvir a. d. a., tribun*us*[2] mil. l. IIII
prim[*is aliqu*]a《*e*》 earum siet fueritve, queive 《*queive*》 in senatu
siet fueritve, queive l. Rubr[*ia IIIvir col(oniae) ded(ucendae) creatus*
siet fueritve . . (102 || 33) . . queive ab urbe Roma plus . . . 23
passuum] aberit, queive trans mare erit; neive amplius de una
familia unum, neive eum [*legat edatve, quei pecuniae captae condemnatus*
est erit (67) aut quod cum eo lege Calpu]rnia aut lege
Iunia sacramento actum siet, aut quod h. l. nomen [*delatum sie*]t.
Quos is Cviros ex h. l. ediderit, de eis ita facito iouret palam
apud se coram a[*rvorsario nullum se edidise scientem d(olo) m(alo),*
quem ob earum causarum aliquam, quae supra scripta sient . .
(102 || 34) inter Cviros edere non liceat, queive se earum aliqua] 24
necesitudine atingat, quae supra scripta sient. Q.[3] unde petitum
erit, quomi[*nus . . (66) . . Sei is quei petet, ita C*]viros ediderit
iuraritque, tum eis pr(aetor) facito, utei is unde petetur die L[*X*
postquam] eius nomen delatum erit, quos C is quei petet ex h. l.
ediderit, de eis iudices qu[*os volet L legat . . (103 || 35). Quei ex* 25
h. l. nomen detolerit, sei is quoius nom]en ex h. l. delatum erit, L
iudices ex h. l. non legerit edideritve seive [*ex CDLvireis, quei in*
eum annum ex h. l. lectei erunt, (66) quei se adfinitate cognation]e
sodalitate atingat, queive in eodem conlegio siet, ex h. l. non e[*diderit,*
tum ei pe]r eum pr(aetorem) advorsariumve mor*a*[4] non
er[*it quo*]minus legat edatv[*e quos volet L de eis C, quos ex h. l.*
ediderit . . (104 || 38) . . dum nei quem eorum, quem ex h. l. legere 26
non liceat, sciens d(olo) m(alo) ioudic]em legat. Quei ita lectei
erunt, eis in eam rem ioudices sunto eorumque eiu[*s rei ex h. l.*
ioudicatio slitisque aestumatio esto. ∾ *(66).*

---

[1] couratoque. — [2] tribuni. — [3] *Mo. olim emendavit* is; *sane* q(uaestor) *quomodo hic nominari potuerit parum intellegitur.* — [4] morm.

Iudicum patronorumque nomina] utei scripta in
taboleis habeantur. ∾ Pr(aetor), quei ex h. l. quaeret, fac[*ito
eos L viros, qu*]os is quei petet et unde petetur ex h. l. legerint
ed[*iderint*], eosque pat[*ronos, quos quei petet ex h. l. dederit . .*
27 *(106 || 42) . . in taboleis popliceis scriptos habeat. Ea nomina
q*]uei petiverit et unde petitum erit, quei eorum volet ex
taboleis popli[*ceis describendi is pr(aetor) potestatem facito . .
(66) . .*] ∾

Eisdem ioudices unius rei in perpetuom sient. ∾
Quei iudices e[*x h. l. lectei erunt,*] quam in rem eis iudices lectei
er[*unt, eius rei ioudices in perpetuom sunto . .*
28 *(135 || 43) . . q*]uei pequniam ex [*h. l.*] capiet, eum ob eam rem.
quod pequniam ex h. l. ceper[*it, nei . . (66) . . . neive tribu mo*]veto,
neive equom adimito, neive quid ei *ob*[1] eam rem fraudei esto. ∾
(3) . . . . [*sc*]ripta sient. Pr(aetor) quei ex h. l.
29 . . *(136||48)* . . ∾

[*De iudicio in eum, quei mortuos e*]rit aut in exilium abierit. Quoium nomen ex h. l. delatum eri[*t, sei is ante
mortuos erit . . (66) . . aut in exiliu*]m abierit, quam ea res iudicata[2]
erit, pr(aetor), ad quem eius nomen d[*elatum erit, eam*] rem
ab eis item quaerito, [*quei ioudicium ex h(ace) l(ege) erunt, quasei
sei is quoius nomen ex h. l. delatum erit, viveret inve ceivitate*
30 *esset . . (137|| 51) . .* ∾

De inquisitione facienda. ∾ *Praetor de eo, quo*]iu[*s*] nomen
ex h. l. ad se delatum erit, facito, utei ioudicium p[*rimo quoque
die fiat, eique, (66) quei ex h. l. nomen detolerit, dies quot sibi videbitur det, utei q*]uod recte factum esse volet, dum nei quid advorsus h. l. fiat, [*ad inquisitionem fac*]iundam; neive post h. [*l. rogatam*
31 *. . (138 || 51) . . iubetoque*] conquaeri in terra Italia in oppedeis foreis conciliab[*oleis, ubei iure deicundo praesse solent, (68) aut
extra Italiam in oppedeis foreis con*]ciliaboleis, ubei ioure deicundo
praesse solent. In quibus di[*ebus eum quei petet prae*]tor quei ex
32 h. l. quaere[*t, conquaerere iouserit . . (139 || 51) . .* ∾

Testibus ut denuntietur. ∾ *Pr(aetor) ioudiciumque postquam*] audierit, quod eius rei quaerundai censeant refere, et c[*ausam probaverit, quibus is quei petet denuntiaverit, eos homines d(um)
t(axat) IIL testimonium (68) deic*]ere iubeto et quom ea[3] res age-

---

[1] $\overset{\text{ei}}{\text{eius}}$; *debuit superscribi* ei ob. — [2] indicata. — [3] ei.

tur quam in rem quisque testis er[*it, in eam rem facito eis*] omnes
adsient testimo[*niumque deicant, dum nei quem testimonium deicere*
iubeat, quei . . (140|| 51) . . quoiave in fide is unde petetur siet, 33
maioresve in maior]um eius fide *fuerint,*[1] queive in fide eius siet,
maioresv[*e in maiorum eius fide fuerint, (65) queive eius, quoius ex*
h. l. nomen delatum erit, c]ausam deicet dum taxat unum, queive
eius parentisve eius l[*eibertus leiberta*]ve siet. —

De inro[*ganda multa.* ∾ . . (*144*||*51*) . . ∾ 34
De testibus tabulisque custodiendis. ∾ *Is quei petet,*
sei quos ad testimonium deicendum evocari]t secumve duxerit dumtaxat
homines IIL earum re[*rum causa, de quibus id ioudicium fiet*
. . (61) . . e]a, quai ita conquaesiverit et sei qua tabulas libros
leiterasve pop[*licas preivatasve produ*]cere proferrequ[*e volet . .*
(*146*||*51*) . .]ive de ea re volet apud pr(aetorem), is praetor ei 35
moram ne faci[*to, quominus . .* (*66*) . .]at. ∾

Praetor utei interroget. ∾ Pr(aetor) quei ex h. l. q[*uaeret*
. . (*178*||*51*) . . ∾ 36

Ioudices utei iourent antequam considant. ∾ *P*(*raetor*)
quei ex h. l. quaeret, quei in ea]m rem ioudices erunt, ante
quam primum caussa d[*icetur . .* (*71*) . . *apud se iourent facit*]o.
Iudices, quei in eam rem erunt, omnes pro rostreis in forum [*vorsus*
iouranto . . (*178*||*51*) . . *facturumque se, utei quod recte factum* 37
esse vo]let, utei testium, quei ⟨*in*⟩ eam rem erunt, verba audiat,
[. . (*74*) . . *neque se facturum quo*] eam rem minus ioudicet,
nisei seiquae causa erit, quae eie[*i ex h. l. quo eam rem minus*
ioudicet permittet . . (*180*|| *51*) . . *Quei ita apud se iourarint eorum* 38
nomina is praetor facito in contione r]ecitentur, proscripta propositaque
palam apud for[*um habeto, . .* (*76*) . . *neve nisei ita iourarit*
de ea re considere sinito quemquam eorum quei ex e]is C ioudices
L lectei erunt. ∾

Ioudex nei quis disputet.[2] ∾ . . (*178*||*51*) . . ∾ 39
. . . . ∾ *Sei . . causam sibi esse deicet, quominus ad id*]
⟪e⟫iudicium adesse possit, de ea re praetori, quei ex hac[*e lege*
quaeret cognoscere . . (*85*) *ius esto.* ∾

De iudicio proferendo vel refere]ndo. ∾ Quam rem
pr(aetor) ex h. l. egerit, sei eam rem proferet, quoi . . (*177*||*51*) . . 40

---

[1] quaerat. *cf. v. 11.* — [2] *Cf. Arist. pol. 2,8:* τῶν νομοθετῶν οἱ πολλοὶ παρασκευάζουσιν ὅπως οἱ δικασταὶ μὴ κοινολογῶνται πρὸς ἀλλήλους.

sei refer]re poterit, facito quoius deicet nomen referre . . (*91*) . .
it utei *is*[1] ad sese veniat aut adferatur coram eo, quei postula-
41 ver[*it* . . (*176* || *51*) . . *vo*]let, quoius ex h. l. *n*ominis[2] delatio erit,
ei eius rei pe[*titio esto* . . (*102*) *de*]que ea re hace lege iudicium
42 litisque aestumatio essto, quasei sei eius . . (*175* || *51*) . .

[*Sei ioudex, q*]uei eam rem quaeret, ex h. l. causam non no-
ver[*it* . . (*113*) . . *is praetor c*]oram [*iudici*]bus in contione pro
43 rostris sententia ita pronontiato: ‘fec[*isse videri*’ . . (*173* |[*51*) . .
Sei de ea re] iudicium fieri oportebit, ter[*tio die facito iudicium*
fiat . . (*112*) . . *Sei ioudex, quei eam r*]em quaeret, ex h. l. causam
44 non noverit, pr(aetor) quei ex h. l. q[*uaeret* . . (*170* || *51*) . . ∾

Ioudices utei iourent, in consilium antequam eant
∾ *Pr*(*aetor*), *quei ex h. l. quaeret, ioudices, quei ex h. l. in eam*
rem erunt, in consilium an]te quam ibunt, facit⟨o⟩ iurent: sese
[. . (*128*) . . *neque facturum q*]uo quis suae alterius sententiae
45 certior siet, quod p[*er dolum malum fiat* . . (*170* || *51*) . .]aturum
esse. ∾

Iudice[*s*] multam suprema⟨*m*⟩ de[*beant.*[3] ∾ . . (128)
. *sei ioudex, quei eam rem qu*]aeret causam non noverit, quei eo-
46 rum ioudex [. . (*170* || *51*) . . *excu*]satione primo quoque die defe-
ratur, isque quaestor [. . (126) . . ∾

Iudices in co]nsilium quomodo eant. ∾ Pr(aetor), quei
ex h. l. iu[*dicium exercebit* . . . . *Iudex quei ad id delectus erit,*
47 *sei rem, de qua* . . (*170* || *51*) . . *agitur, plus tertiae parti iudicum,*
quei aderunt, quom ea res aget]ur, [*non lique*]re deixerit, praetor
⟨*quei*⟩ ex h. l. quaeret ita pronon[*tiato et ad rem denuo agendam*
alium diem dato . . (*120*) . . *eoque die eorum iudicu*]m quei quom-
48 que aderunt iudicare [*iubeto*. . . (*170* || *52*) . . *Ad quem praetorem*
ita relatum erit iudicum plus tertiam partem negare iu]dicare, is
HS n(ummum) ccIↄↄ, quotiens quomque amplius bis in uno iu[*dicio*
iudicare negarint, . . (*119*) . . *singulis quei iudicare negarint mul-*
tam dicito. Tu]m quam ob rem et quantum pequ[*niae dixerit,*
49 *publice proscribito*][4] . . (*170* || *45*) . . ∾

De] reis quomodo iudicetur. ∾ Ubi duae partes iudicum,
quei ader[*unt, causam sibi liquere deixerint* . . (*111*) . . *pr*(*aetor*),
quei de ea re quaeret, utei eis iudice]s, quei iudicare negarint, se-

---

1) uteius. — 2) hominis. — 3) delea *vel* dei *aes, scr.* debeant. — 4) [*Rudorffianum inventum in prima actione ampliationem a maiore parte iudicum decerni posse, in secunda nonnisi a partibus duabus, nec ratione*

movant[*ur facito . . (170||42) . .*] rem agito. Tum praetor quom 50
soueis viatoribus apparitoribusque nei de i[*udicio iudex discedat curato*
. . (108) . . sitellamque latam digitos . . altam digitos] XX,
quo ioudices sorticolas conieciant [*apponi facito . . (170||37) . .* 51
quoius]que iudicis is praetor sorticolam unam buxeam longam digitos
IIII, la[*tam digitos . . ab utraque parte ceratam . . (107) . .*
in qua sorticola ex altera parti littera A scripta siet, ex alte]ra
parti C, in manu palam dato a[*lteramque utram velit litteram eum*
iudicem inducere iubeto . . (170||32) . . Iudex ita inducito] eamque 52
sortem ex hace lege apertam bracioque aperto lit⟨*t*⟩eram digiteis
opertam pala[*m ad eam sitellam deferto eamque sortem in populum*
. . (106) . . i]temque in eos ceteros sin*g*ilatim[1] iu[*dices versus ostendito,*
itaque in eam sitellam coniecito . . (170||26) . . ∾ 53

Sententiae quomodo pronontientur. ∾ *Quei iudex pronontiationis*
faci]undai causa ad sitellam sorti veniet, is in eam
sitellam manum demitito, et eam[2] devexam popul[*o ostendito . . (50)*
. . i]udicium [. . *(50) . . quamque in eum r*]eum sententia[*m ea sors*
hab]uerit, is ei [. . *(172||23) . . palam pronontiato, ubei A littera* 54
scripta erit ʻapsolvoʼ, ubei C littera scripta erit ʻcon]demnoʼ, ubei
nihil scriptum erit ʻseine suffragioʼ. Ex qua sorti pronontiarit, eam
sortem proxsumo iud[*ici . . (29) . . in man*]um transdito.

De n[*umerandis sententiis.* ∾ *. . (255||21) . .* ∾ 55

De reo apsolvendo. ∾ *Nisei eae sententiae ibei plurumae*
erunt ʻcondemnoʼ, pr(aetor), quei ex h. l. quaeret, eum reum pronontiato
non fecisse videri. De quo reo pr(aetor) ita pronontiaverit,
quod postea non fecerit aut qu]od praevaricationis causa factum non
erit, is ex hace lege eius rei apsolutus esto. ∾

De reo condemnan[*do.* ∾ *Sei eae sententia*]e ibei plurumae
erunt ʻcondemnoʼ, pr(aetor), qu[*ei ex h. l. quaeret, eum reum pronontiato*
fecisse videri . . (252||13) . . ∾ 56

De eadem re ne bis agatur. ∾ *Quei ex h. l. condemnatus*]
aut apsolutus erit, quom eo ⟨*h.*⟩ l., nisei quod post ea fecerit, aut nisei
quod praevaricationis caussa factum erit, au[*t nisei de litibus*]
aestumandis aut nisei de sanctione hoiusce legis, actio nei es[*to . .*
(250||11) . . ∾ 57

De praedibus dandis bonisve possidendis. ∾ *Iudex,*

---

defenditur nec paucis quae supersunt. Mihi re denuo considerata locus v. 47—49 sic fere videtur posse restitui ut supra dedi. Th. M.] —

[1] sincilatim. — [2] iteam *vel* tam *aes.*

quei eam rem quaesierit, earum rer]um, quei ex h. l. condemnatus
erit, q(uaestori) praedes facito det de consili maioris partis sententia,
quantei eis censuer[*int; sei ita p*]raedes datei non erunt, bona
eius facito puplice possideantur conq[*uaerantur veneant. Quantae*
pequniae ea bona venierint, tantam pequniam iudex, quei eam rem
58 *quaesierit, ab emptore exigito . . (248|| 9) . . quaestorique eam pequniam*
et quanta fuerit] scriptum transdito; quaestor accipito et in
taboleis popliceis scriptum habeto. ∾

De leitibus aestumandeis. ∾ [*Quei ex*] hace lege condemnatus
erit, ab eo quod quisque petet, quoius ex hace lege peti[*tio*
erit, id praetor, quei eam rem quaesierit, eos iudices, quei eam
59 *rem iudicaverint, aestumare iubeto . . (244 || 8) . . quod ante h. l.*
rogatam consilio probabitur captum coactum ab]latum avorsum conciliatumve
esse, ea⟨*s*⟩ res omnis simpli, ceteras res omnis, quo*d* [1]
post hance legem rogatam co[*nsilio probabit*]ur captum coactum ablatum
avorsum conciliatumve esse, dupli; idque ad qua[*estorem,*
quantum siet quoiusque nomine ea lis aestumata siet, facito deferatur. ∾

De pequnia ex aerario solvenda. ∾ *Quei iudici, quei*
60 *eam rem quaesierit, consilioque eius maiorei parti . . (242|| 8) . .*
satisfecerit, nomine su]o parentisve suei, quoive ipse parensve suos
heres siet, leitem aestumatam esse; queive eiei iudicei consilioque
eius maiorei pa[*rti eorum sa*]tis fecerit, regis populeive ceivisve
suei nomine litem aestumatum esse sibei: q[*uanta ea pequnia erit,*
61 *is iudex facito . . (240||8) . . sei de ea re praedes dati erunt seive*
quantae pequniae eae lites aestumatae erunt, tanta pequnia ex] hace
lege in aerario posita erit ob eam rem quod eo nomine lis aestumata
erit, in triduo proxsumo, quo ita satis [*factum erit,*] ex hace
lege solvatur; neive quis iudex neive quaestor facito sciens dolo
62 m[*alo, quo minus ita satis fiat, itaque solvatur . . (238||8) . .* ∾

De tributo indicendo. ∾ *Quanti iudex quei eam rem quaesierit,*
leites aestumaverit, sei is iud]ex ex hace lege pequniam omnem
ad quaestorem redigere non potuerit, tum in diebus X proxsumeis,
quibus [*quae potue*]rit redacta erit, iudex quei eam rem quaesierit,
queive iudex hace lege fac[*tus erit, tributum indicito . .*
63 *(236|| 8) . . diemque edito, qua is quoius parentisve quoius eiusve*
quoi ipse parensve suos heres siet, ita lites] aestumatae erunt, ⟨*aut*⟩

---

[1] quos *aes.*

quoius regis populeive nomine lis aestumata erit, legati adessint, d⟪e⟫um nei longius C dies edat. ∾

[*De trib*]uto servando. ∾ Ubei ea dies venerit, quo die
iusei erunt adesse, iudex, quei e[*am rem quaesierit, quanta pequnia*
de eius, quei ex h. l. condemnatus est, bonis redacta erit, tantam
pequniam in eas lites, quae aestumatae erant, pro portioni tribuito
. . (235 || 8) . . Queique ei iudici consilioque eius maiori parti eam 64
litem aestumatam esse sibei satis] fecerit, ei primo quoque die quaestorem
solvere iubeto, quaestorque eam pequniam eis sed fr⟨*a*⟩ude sua
solvito. ∾

95 nus* ‖ . . (*200*) . . *qui fructus in eo agro loco natei erunt*] quodque
in eo agro loco vinei oleive fiet, quae messis vindemiaque P. Cornelio
L. C[*alpurnio cos. posteave fiet . . (102) . . eo*]s fructus . . (*20*) . .
96 [*q*]uei eum agrum tum . . (*5* ‖ *200*) . .

[*Quei ex h. l. IIvir factus creatusve erit, is in diebus . . proxsume*]is,
quibus ex h. l. IIvir factus creatusve erit[2], ag[*ru*]m locum,

---

1) scripiuram. — 2) drit.

quei Corinthiorum [*fuit* . . (*133*) . . *e*]xtra eum ag[*rum locum* . .
(*7* ‖ *202*) . . *agrum locum,*] quem ex h. l. venire oportebit, omnem 97
me[*tiun*]dum terminosque statui [*curato* . . (*136*) . . *eu*]m a[*grum* . .
(*22* ‖ *204*) . . *opu*]sque loc[*at*]o eique operei diem deicito, u[*bei perf*]ec- 98
tum siet; facitoquo . . (*156* ‖ *215*) . . [*quod eius*] agri loci aedifici 99
quoieiqu[*e emptum*] erit, is eius pecuniae, q[*uam* . . (*156* ‖ *215* . . 100
manceps prae]videsque nei magis solutei sun[*to; eaque*] nomina
mancupu[*m praevidum is quaestor, quei aerarium provinciam opti-
nebit, in tabuleis publiceis scripta habeto* . . (*156* ‖ *215*) . . *ab ipsis* 101
here]dibusque eorum persequtio e[*sto.*

Quei] ager locus aedif[*icium* . . (*156* ‖ *216*) . . *populo*] dare 102
damnas esto. Pr(aetor) [*prove pr*(*aetore*), *quo de ea*] re in ious
adi[*tum erit* . . (*156* ‖ *227*) . . i venierit n. . . (*15*) . . iei (*156*) | 103
[(*233*) . . . possesi[*ones*] . . . (*190*) | (*235*) . . . pli . . . (*191*) | 104/5

12. Lex Cornelia de XX quaestoribus c. a. 673 (= 81).

𝕮 1 n. 202. [*1,*^{2}] *Ritschl tab. 29. — E tabula ahenea (a. 0,8 m., l. 1,07), Romae saec. XVI reperta, hodie Neapoli adservata. Tabulam oc*tavam *esse* de XX quaestoribus *in summa margine adnotatum est. Tot quaestores a Sulla a. fere 673 institutos esse cum e Tac. ann. 11,22 constet- tempus et nomen legis definita sunt. Praescriptio legis maximis litteris per omnes tabulas continuata fuit, ita ut in hac tabula verba* principium fuit pro tribu *versum primum totum expleant. Tabulam quae sequebatur nonam tam praescriptionis quam legis ipsius finem continuisse veri simillimum est, Lex ipsa binis columnis exarata est; capita ita distincta sunt, ut primus quisque singulorum capitum versus in tabulae marginem binis vel ternis litteris promineat, qui scribendi modus inde ab illa aetate in omnibus fere Romanorum legibus observatus est.* [^{VII} *Cf. no. 14.*] *Capita in hac lege non numerantur.*

VIII de XX q(uaestoribus).

PRINCIPIUM FUIT, PRO TRIBU[1]

[*ad*] q(uaestorem) urb(anum), quei aerarium provinciam optinebit, eam I
mercedem deferto, quaestorque quei aerarium provinciam
optinebit, eam pequniam ei scribae scribeisque heredive
eius solvito, idque ei sine fraude sua facere liceto, quod
sine malo pequlatuu fiat, olleisque hominibus eam
pequniam capere liceto.

Cos. quei nunc sunt, iei ante k. Decembreis primas de eis, quei

---

[1] *Praescr. tab. IX fuit:* . . . primus scivit.

cives Romanei sunt, viatorem unum legunto,[1] quei in ea decuria viator appareat, quam decuriam viatorum ex noneis Decembribus primeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Eidemque cos. ante k. Decembr. primas de eis, quei cives Romanei sunt, praeconem unum legunto, quei in ea decuria praeco appareat, quam decuriam praeconum ex noneis Decembribus primeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Deinde eidem consul(es) ante k. Decembreis primas viatorem unum legunto, quei in ea decuria viator appareat, quam decuriam viatorum ex noneis Decembribus secundeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Eidemque cos. ante k. Decembreis primas praeconem unum legunto, quei in ea decuria praeco appareat, quam decuriam praeconum ex noneis Decembribus secundeis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Deinde eidem cos. ante k. Decembreis primas viatorem unum legunto, quei in ea decuria viator appareat, quam decuriam viatorum ex noneis Decembribus tertieis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Eidemque cos. ante k. Decembreis primas praeconem unum legunto, quei in ea decuria praeco appareat, quam decuriam praeconum ex noneis Decembribus tertieis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Eosque viatores eosque praecones omneis, quos eo ordine dignos arbitrabuntur, legunto. Quam in quisque decuriam ita viator lectus erit, is in ea decuria viator esto item utei ceterei eius decuriae viatores erunt. Quamque in quisque decuriam ita praeco lectus erit, is in ea decuria praeco esto ita utei ceterei eius decuriae praecones erunt. Sirempsque eis viatoribus deque eis viatoribus q(uaestori) omnium rerum iuus lexque esto, quasei sei ei viatores in eam decuriam in tribus viatoribus antea lectei sublectei essent, quam in quisque decuriam
II eorum ex hac lege viator lectus erit. Sirempsque eis

---

[1] [^{VII} *Ex hoc loco d II, 18 collegit Josef Keil, Wiener Studien 24, 548, decurias viatorum non, ut vult Mo. CIL, IX vel XII virorum sed III vel IV virorum fuisse, ut ipsi Mo. placuerat Rh. Ph. 6,8.*]

praeconibus deque eis praeconibus quaestori omnium rerum iuus lexque esto, quasei sei ei praecones in eam decuriam in tribus praeconibus antea lectei sublectei essent, quam in quisque decuriam eorum ex hac lege praeco lectus erit.

Quos quomque quaestores ex lege plebeive scito viatores legere sublegere oportebit, ei quaestores eo iure ea lege viatores IIII legunto sublegunto, quo iure qua lege q(uaestores), quei nunc sunt, viatores III legerunt sublegerunt; quosque quomque quaestores ex lege plebeive scito praecones legere sublegere oportebit, ei quaestores eo iure ea lege praecones IIII legunto sublegunto, quo iure qua lege quaestores, quei nunc sunt, praecones III legerunt sublegerunt, dum ni quem in eis viatoribus praeconibus legundeis sublegundeis in eius viatoris praeconis locum viatorem praeconem legant sublegant, quoius in locum per leges plebeive scita viatorem praeconem legei sublegi non licebit; itaque de eis quattuor viatoribus quaestor queiquomque erit viatores sumito habeto, utei ante hanc legem rogatam de tribus viatoribus viatores habere sumere solitei sunt; itaque de eis quattuor praeconibus quaestor queiquomque erit praecones sumito habeto, utei ante hanc legem rogatam de tribus praeconibus praecones habere sumere solitei sunt. Itemque eis viatoribus praeconibus, quei ex hac lege lectei erunt, vicarium dare subdere ius esto licetoque, utei cetereis viatoribus praeconibus, qua in quisque decuria est, vicarium dare subdere iuus erit licebitque; itemque quaestor(es) ab eis vicarios accipiunto, utei aa cetereis viatoribus praeconibus vicarios accipei oportebit.

Viatores praecones, quei ex hac lege lectei sublectei erunt, eis viatoribus praeconibus magistratus prove mag(istratu) mercedis item tantundem dato, quantum ei viator(ei) praeconei darei oporteret, sei is viator de tribus viatoribus isque praeco de tribus praeconibus esset, quei ante hanc legem rogatam utei legerentur institutei sunt.

Quas in decurias viatorum praeconum consul ex hac lege viatores praecones legerit, quorum viatorum praeconum nomina in eis decurieis ad aedem Saturni in pariete intra cau*l*as[1] proxume ante hanc legem . . . .

13. Lex Cornelia de sicariis et veneficiis c. a. 673 (= 81)
(*e Dig.*).

Cf. Dig. 48,8 et Coll. 1,2.3; Sanio, obs. ad l. Corn. de sic. 1817; Zumpt, Röm. Crim.R. II,2,9—38.

(*Ulpianus l. VII de officio proconsulis:*[2] Capite primo legis Corneliae de sicariis cavetur, ut:[3])

Is praetor iudexve quaestionis, cui sorte obvenerit quaestio de sicariis, eius, quod in urbe Roma propiusve M passus factum sit, uti quaerat[3] cum iudicibus, qui ei ex lege sorte obvenerint, de capite eius, qui cum telo ambulaverit hominis necandi furtive faciendi causa, hominemve occiderit, cuiusve id dolo malo factum erit.

(*Cicero p. Cluent. 54,148:* Iubet lex — iudicem quaestionis — cum iis iudicibus, qui ei obvenerint, — quaerere de veneno[4]. In quem quaerere? Infinitum est:)

quicumque [venenum malum hominis necandi causa[5]] fecerit vendiderit emerit habuerit dederit . . .

(Quid eadem lex statim adiungit? Recita:)

deque eius capite quaerito, — qui tribunus militum legionibus IIII primis, quive quaestor, tribunus plebis,

(deinceps omnes magistratus nominavit)

quive in senatu sententiam dixit dixerit, — qui eorum coiit coierit convenit convenerit ⟨*consensit*⟩ consenserit falsumve testimonium ⟨*dixit*⟩ dixerit[6], quo quis iudicio publico condemnaretur[7] . . .

14. Lex Antonia de Termessibus a. 683 (= 71).

ℭ 1, n. 204. [1^2, *n.*] *Ri. tab. 31. Dess. 38. — E tabula ahenea* (*a.* 0,81 *m*, *l.* 1,05 *m.*) *Romae saec. XVI reperta, hodie Neapoli adservata. — Termessus maior Pisidiae oppidum fuit, cui autonomia hac lege datur. Primam legis tabulam hanc esse cum ex indice in summa margine notato patet, tum ex praescriptione legis quae maximis litteris tribus versibus per omnes tabulas perscripta erat* (*cf. n. 12 in exordio*), *unde quattuor vel quinque tabulas*

---

[1] cavias; *locum emendavit Lachmann. Caulae sunt saepta.* — [2] *Coll. 1,3,1.* — [3] *Verba* ut is *et* uti quaerat *non consonant; prius* ut *Ulpiani, alterum legis esse videtur, quamvis in sequenti capite scriptum sit* quaerito. [*Imperativum lex requirit; coniunctivum Ulpianus posuit.* Th. M.] — [4] *Capite legis quinto hoc iussum esse dicit Marcian. D. 48,8,3 pr.* — [5] *Hoc addunt et Marcian. in D. l. c. 1,1 et 3,1 et Paul. in sent. 5, 23,1.* — [6] *Verba* consenserit — dixerit *Cic. refert c. 57,157.* — [7] *Minus accurate totam legem Marcian. D. 48,8,1 refert; addit autem dua alia capita:*

deesse concluditur. Duabus columnis tabula inscripta est, quarum altera hodie valde corrupta saec. XVI adhuc integra extabat et a Mariangelo Accursio descripta est. Verba, quae hodie non leguntur, [*uncis*] *inclusi. Capitum distinctio eadem est atque in l. Corn. de quaest. Legis interpretationem scripsit Dirksen, Versuche 136—202.*

I de Termesi. Pisid. mai.[1]
C. ANTONIUS M. F., CN. CORNE[*LIUS*] . . . . . .
C. FUNDANIUS C. F. TR. PL., DE S. S.[2] PLEBEM. . . . .
PREIMUS SCIVIT.[3]

I Quei Thermeses maiores Peisidae fuerunt, queique eorum legibus Thermesium maior*um*[4] Pisidarum ante k. April. quae fuerunt L. Gellio Cn. Lentulo cos.[5] Thermeses maiores Pisidae factei sunt, queique ab ieis prognati sunt erunt, iei omnes postereique eorum Thermeses maiores Peisidae leiberi amicei socieique populi Romani sunto, eique legibus sueis ita utunto, itaque ieis omnibus sueis legibus Thermensis maioribus Pisideis utei liceto, quod advorsus hanc legem non fiat.

Quei agrei quae loca aedificia publica preivatave Thermensium maiorum Pisidarum intra fineis eorum sunt fueruntve L. Marcio Sex. Iulio cos.[6] quaeque insulae eorum sunt fueruntve ieis consolibus, quei supra scriptei sunt, quodque earum rerum ieis consulibus iei habuerunt possederunt us[ei fructeique] sunt, quae de ieis rebus locata non s[unt, utei antea habeant possideant; q]uaeque de ieis rebu[s agreis loceis aedificieis locata su]nt, ac ne locentur [sancitum est sanctione, q]uae facta est [ex] l[ege rogata L. Gellio Cn. Lentulo cos., e]a omnia Ther[meses maiores Pisidae habean]t possideant; ieisque [rebus loceis agreis aedificieis utantur fr]uantur

---

quive cum magistratus esset publicove iudicio praeesset, operam dedisset, quo quis falsum indicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur; *et:* quive magistratus iudexve quaestionis ob capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret.

1) Termesi(bus) Pisid(is) mai(oribus). — 2) tr(ibunei) pl(ebei), de s(enatus) s(ententia). — 3) *De supplenda hac legis praescriptione dixi ad legem Quinctiam. n. 22.* — 4) maiorem. — 5) *a. 682* (= *72*). — 6) *a. 663* = *91*).

ita, utei ant[e Mitridatis bellum, quod p]reimum fuit[1], habueru[nt possederunt usei fruct]eique sunt.

Quae Thermensorum m[aioru]m Pisidarum publica preivatave praeter[2] loca agros aedificia sunt fueruntve ante bellum Mitridatis, quod preimum factum est, quodque earum rerum iei antea habuerunt possederunt usei fructeive sunt, quod eius ipsei sua voluntate ab se non abalienarunt, ea omnia Termensium maiorum Pisidarum, utei sunt fuerunt, ita sunto, itemque ieis ea omnia habere possidere uutei frueique liceto.

Quos Thermenses maiores Pisidae leiberos servosve II bello Mitridatis ameiserunt, magistratus pr[ove] magistratu, quoia de ea re iuris dictio erit qu[oque][3] de ea re in ious aditum erit, ita de ea re ious deicunto iudicia recuperationes danto, utei ie[i] eos recuperare possint.

Nei quis magistratus prove magistratu legatus ne[iv]e quis alius meilites in oppidum Thermesum maiorum Pisidarum agrumve Thermensium maiorum Pisidarum hiemandi caussa introducito, neive facito, quo quis eo meilites introducat quove ibei meilites hiement, nisei senatus nominatim, utei Thermesum maiorum Pisidarum in hibernacula meilites deducantur, decreverit; neive quis magistratus prove magistratu legatus neive quis alius facito neive inperato, quo quid magis iei dent praebeant ab ieisve auferatur, nisei quod eos[4] ex lege Porcia dare praebere oportet oportebit.

Quae leges quodque ious quaeque consuetudo L. Marcio Sex Iulio cos. inter civeis Romanos et Termenses maiores Pisidas fuit, eaedem leges eidemque ious eademque consuetudo inter ceives Romanos et Termenses maiores Pisidas esto; quodque quibusque in rebus loceis agreis aedificieis oppideis iouris Termensium maiorum Pisidarum ieis consulibus quei supra scriptei sunt, fuit, quod eius praeter

---

[1] *Coepit a. 666 (= 88).* — [2] [locata *inserui et hoc loco et infra II, 26.* Th. M.] — [3] quoive *Accursius*, — [4] eds.

loca[1] agros aedificia ipsei sua voluntate ab se non II
abalienarunt, idem in eisdem rebus loceis agreis
aedificieis oppideis Termensium maiorum Pisidarum
ious esto; et[2] quo minus ea quae in hoc capite scripta
sunt ita sint fiant, eius hac lege nihilum rogatur.
Quam legem portorieis terrestribus maritumeisque
Termenses maiores Phisidae capiundeis intra suos
fineis deixserint, ea lex ieis portorieis capiundeis
esto, dum nei quid portori ab ieis capiatur, quei publica
populi Romani vectigalia redempta habebunt; quos
per eorum fineis publicanei ex eo vectigali transportabunt
[*eorum fructuum portorium Termenses ne capiunto*].

15. Lex Mamilia Roscia Peducaea Alliena Fabia [vel potius Iulia agraria] a. 695 (=59) (*e grom.*).

Tria huius legis capita in collectione scriptorum gromaticorum nobis servata sunt: Röm. Feldmesser, ed. Lachmann 1,263. Eorum secundum ad verbum fere redit in c. 104 legis col. Genetivae Iuliae, tertium in D. 47, 21,3 laudatur praemissis verbis: lege agraria quam C. Caesar tulit. *Iam vero, cum etiam in lege col. Gen. c. 97 legis Iuliae* (sc. *agrariae*) *mentio fiat, recte Mo. statuit, capita haec proficisci ex lege Iulia agraria a. 695 lata quamquam quo spectent quinque nomina in corpore gromaticorum praescripta parum apparet. Röm. Feldm. 2,221. Ephem. epigr. 2,210; cf. ZRG. 12,100.*

K. L. III[3]. Quae colonia hac lege deducta quodve municipium praefectura forum conciliabulum constitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, qui termini in eo agro statuti erunt, quo in loco terminus non stabit, in eo loco is, cuius is ager erit, terminum restituendum curato, uti quod[4] recte factum esse volet[5]; idque magistratus, qui in ea colonia municipio praefectura foro conciliabulo iure dicundo praeerit, facito ut fiat.

K. L. IIII. Qui limites decumanique hac lege[6] deducti[7] erunt, quaecumque fossae limitales[8] in eo agro erunt, qui ager hac lege[9]

---

1) cf. p. 94 not. 2. — 2) et *fortasse delendum.* — 3) [*Significatur aut* k(aput) LIII *aut* k(apitu)l(um) III; *certe in ipsa lege numeri soli fuerunt, kapitis kapitulive vocabulum addiderunt compilatores corporis gromaticorum.* Th. M.] — 4) ut quae *vel* que (*om.* ut) *libri.* — 5) uelit *libri.* — 6) hac lege] intra fines coloniae Genetivae *Gen.* — 7) factique *ins. Gen.* — 8) limites *libri.* — 9) qui — lege] qui iussu C. Caesaris dict. imp. et lege Antonia senat. qui c. pl. que sc. ager *Gen.*

datus adsignatus erit, ne quis eos[1] limites decumanosque[2] obsaeptos neve quid in eis molitum[3] neve quid ibi opsaeptum[4] habeto, neve eos arato, neve eis[5] fossas opturato neve opsaepito,[6] quominus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis adversus ea quid fecerit, is[7] in res singulas, quotienscumque fecerit, HS IIII[8] colonis municipibusve eis, in quorum agro id factum erit[9], dare damnas esto, eiusque pecuniae[10] qui volet petitio hac lege[11] esto.

K. L. V. Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium praefecturam forum conciliabulum[12] constituerit, in eo agro qui ager intra fines eius[13] coloniae municipii fori conciliabuli praefecturae erit, limites decumanique ut fiant terminique statuantur curato: quosque[14] fines ita statuerit, ii[15] fines eorum sunto, dum ne extra agrum colonicum territoriumve[16] fines ducat. Quique termini hac lege statuti erunt, ne quis eorum quem eicito neve loco moveto sciens dolo malo. Si quis adversus ea fecerit, is in terminos singulos, quos eiecerit locove moverit sciens dolo malo, HS V m(ilia) n(ummum) in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto[17]; deque ea re curatoris qui hac lege erit iuris dictio reciperatorumque datio addictio esto. Cum curator hac lege non erit, tum quicumque magistratus in ea colonia municipio praefectura foro conciliabulo iure dicundo praeerit, eius magistratus de ea re iurisdictio iudicisque datio addictio esto; inque eam rem is qui hac lege iudicium dederit, testibus publice dumtaxat in res singulas X[18] denuntiandi potestatem facito ita, ut ei e re publica fideque sua videbitur. Et si is unde ea pecunia petita erit condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deve bonis eius primo quoque die exigito; eiusque pecuniae quod receptum erit partem dimidiam ei cuius unius opera maxime is condemnatus erit, dato[19], partem dimidiam in publicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, si quis in eum locum terminum restituere volet, sine fraude sua liceto facere, neve quid cui is ob eam rem hac lege dare damnas esto.

---

1) eos *om. Gen.* — 2) decumanosque *Gen.*, decumanosne *similiterve libri scripti.* — 3) in eis molitum] immolitum *Gen.* — 4) oppo-situm *libri.* — 5) eis *libri meliores et Gen.*, *requiritur* eas *vel* quis. — 6) opsaepito] qui saepito *libri.* — 7) is *om. libri.* — 8) Hs ∞ *Gen.* — 9) colonis — factum erit] c(olonis) c(ol.) G(en.) J(ul.) *Gen.* — 10) eiusque pecuniae] pecuniaeque *libri.* — 11) hac lege] persecutioque *Gen.* — 12) conciliabula *libri.* — 13) eiusqui *vel* eiusquae *libri.* — 14) quoque *vel* quique *libri.* — 15) ii]si *libri alii, alii om.* — 16) ve] ut *libri alii, alii om.* — 17) dare damnas esto] adesto *libri.* — 18) X] *Turnebus*; ss X *vel* ss x milia *vel* sedsitertius decem milia *libri.* — 19) dato *om. libri.*

16. Lex [^{VII} quae dicitur] Rubria de Gallia Cisalpina.

CIL 1,205 [1,^{2}] 11,1146. Ri. tab. 32. — E tabula ahenea (a. 0,54 m., l. 0,72 m.) a. 1760 inter parietinas Veleiae antiquae in vico Macinesso prope Placentiam reperta, hodie Parmae adservata. Duabus columnis inscripta est; capita non solum eodem quo in lege Cornelia distincta sunt modo, sed etiam numeris in margine adscriptis. Quartam eam esse legis tabulam nota IIII *inter utramque columnam posita indicat; quot tabulae secutae sint, cognosci non potest. — Iurisdictionem magistratuum municipalium in Gallia Cisalpina hac lege ordinatam esse ipsa docet, unde latam eam esse efficitur, postquam Caesar a. 705 (= 49) eam provinciam civitate donavit, ante vero quam Augustus (a. 712 = 42) eam Italiae adscripsit* (ἐς τὸν τῆς Ἰταλίας νόμον ἐσεγέγραπτο). *App. b. c. 3,30; 5,3.22. Dio 41,36,3; 48,12,5. Mo. CIL 1,118. Bethm. Hollw. Proc. 2,29—31. De interpretatione legis cf. Mo., Jahrb. 2, 319 (= Ges. Schr. I 162). Hu., Gaius 203—242.* [^{VII} *Legem infra repetimus notis non solutis. — Mo., Bormannheft p. 239 l. Rubriam hac lege citari, non contineri putat.*

NB. o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve = o(ppido) m(unicipio) c(olonia) p(raefectura) f(oro) v(eico) c(onciliabulo) c(astello) t(erritorio)ve. q. d. r. = q(ua) d(e) r(e). d. e. r. = d(e) e(a) r(e).]

tab. I ... iussum iudicatumve erit, id ratum ne esto; quodque quis°que quomq(ue) d. e. r. decernet interd*e*icetve seive sponsionem ° fierei iudica*rei*ve[1] iubebit iudiciumve quod d. e. r. dabit, is ° in id decretum interdictum sponsionem iudicium exceptio°nem addito addive iubeto: 'Q. d. r. operis novi nuntiationem ° IIvir, IIIIvir praefectusve eius municipei non remeisserit'. ∾

XX. Qua de re quisque, et a quo, in Gallia Cisalpeina damnei infectei ° ex formula restipularei satisve accipere volet, et ab eo quei ° ibei i(ure) d(eicundo) ⟨*p*(*raerit*)⟩ postulaverit, idque non k(alumniae) k(aussa) se facere iuraverit: tum is, quo ° d. e. r. in ius aditum erit, eum, quei in ius eductus erit, d. e. r. ex formu°la repromittere et, sei satis darei debebit, satis dare iubeto de°cernito. Quei eorum ita non repromeisserit aut non satis dede°rit, sei quid interim damni datum factumve ex ea re aut ob e(am) r(em) eo°ve nomine erit, quam ob rem, utei damnei infectei repromissio ° satisve datio fierei ⟨*iubeatur*⟩[2], postulatum erit: tum mag(istratus) prove mag(istratu) IIvir ° IIIIvir praefec(tus)ve, quoquomque d. e. r. in ius aditum erit, d. e. r. ita ius ° deicito iudicia dato iudicareque iubeto cogito, proinde atque sei ° d. e. r., quom ita postulatum esset, damn[*e*]i infectei ex formula ° recte repromissum satisve datum esset. D. [*e. r.*] quod ita iudicium ° datum iudicareve iussum iudicatumve erit, ius ratumque est*o*, ° dum in ea verba, sei damnei infectei repromissum non erit, iudi°cium det itaque iudicare iubeat:[1] ‘I(udex) e(sto). S(ei), ant*e*quam[2] ‘id iudicium ° q. d. r. a(gitur) factum est, Q. Licinius damni infectei ‘eo nomine q. d. ° r. a(gitur) eam stipulationem, quam is quei Romae ‘inter peregrei°nos ius deicet in albo propositam habet, L. Seio ‘repromeississet: ° tum quicquid eum Q. Licinium ex ea stipulatione ‘L. Seio d(are) f(acere) opor°teret ex f(ide) b(ona) d(um)*t*(*axat*) HS[3] ‘e(ius) i(udex) Q. Licinium L. Seio, sei ex decreto IIvir(ei) ° IIII-‘vir(ei) praefec(tei)ve Mutinensis, quod eius ⟨*is*[4]⟩ IIvir IIIIvir prae-‘fec(tus)°ve ex lege Rubria, seive id pl(ebei)ve sc(itum) est, decreverit. ‘Q. Licinius eo ° nomine qua d. r. a(gitur) L. Seio damnei infectei re-‘promittere no°luit, c(ondemnato); s(ei) n(on) p(aret), a(bsolvito)’; aut sei damnei infectei satis datum non erit, ° in ea verba iudicium det: ‘I(udex) e(sto). S(ei), antequam id iudicium q. d. r. a(gitur) ° *f*actum[5] ‘est, Q. Licinius damnei infectei eo nomine q. d. r. a(gitur) ea ° stipu-‘latione, quam is quei Romae inter peregrinos ius deicet ° in albo ‘propositam habet, L. Seio satis dedisset: tum q(uic)q(uid) eum ° Q. Li-‘cinium ex ea stipulatione L. Seio d(are) f(acere) oporteret ex f(ide) ‘b(ona) d(um) t(axat) [6], ° e(ius) i(udex) Q. Liciniu*m*[7] L. Seio, sei ex ‘decreto IIvir(ei) IIIIvir(ei) praef(ectei)ve Muti°nensis, quod eius is IIvir IIIIvir praefect(us)⟨*ve*⟩ ex lege Rubria, sei°ve id pl(ebei)ve ‘sc(itum) est, decreverit, Q. Licinius eo nomine q. d. r. a(gitur) ° L. Seio ‘damnei infectei satis dare noluit, c(ondemnato); s(ei) n(on) p(aret), a(b-‘solvito)’; dum IIvir ° IIIIvir i(ure) d(eicundo) praefec(tus)ve d. e. r. ius ita deicat curetve, utei ea no°mina et municipium colonia locus in eo iudicio, quod ex ieis ° quae proxsume s(cripta) s(unt) accipie⟪n⟫tur, includ*a*ntur[8] concipiantur, ° quae includei concipei s(ine) d(olo) m(alo) oporteret debebitve[9], ne quid ° ei quei d. e. r. aget petetve captionei ob e(am) r(em) aut eo nomine esse ° possit: neive ea nomina, qua⟨*e*⟩ in earum qua formula ⟪quae⟫[10] s(upra) ° s(cripta) s(unt), aut Mutina⟨*m*⟩ in eo iudicio includei concipei curet, nise⟨*i*⟩ ° iei, quos inter id iudi-

---

[1] iudicaveritve, *quod Mommseno insiticium potius quam corruptum videtur.* [^{VII} *Alii* iudicareive *emendant.*] — [2] *ins. Mo.* [^{VII} *Fortasse scribendum est* fieret *pro* fierei.]

---

1) *De formulis, quae sequuntur, cf. Hu., Gaius, p. 203—242.* — 2) antiquam. — 3) *Summae taxationis in tabula spatium vacuum relictum est.* — 4) is *addit Hu. p. 238 ex v. 38.* — 5) exactum. — 6) *desunt* HS *et summa in v. extremo.* — 7) Licinius. — 8) includentur. — 9) *Mo. conicit:* oportere ei videbuntur. — 10) quae *delet collato u. 1, 49 Gradenwitz.*

cium accipietur leisve contestabitur, ° ieis nominibus fuerint, quae in earum qua formula s(upra) s(cripta), *s(unt)*[1], ° et nisei sei Mutinae ea res agetur; neive quis mag(istratus) prove mag(istratu), ° neive quis pro quo imperio potestateve erit, intercedito nei°ve quid aliud fa- tab. II cito, quo minus de ea re ita iudicium detur ° iudiceturque. ∾

XXI. A quoquomq(ue) pecunia certa credita, signata forma p(ublica) p(opulei) R(omanei), in eorum quo o. m. c. p. ° f. v. c. c. t.ve[2], quae sunt eruntve in Gallia Cisalpeina, petetur, quae res non ° pluris HS XV erit, sei is eam pecuniam in iure apud eum, quei ibei i(ure) d(eicundo) p(raerit), ei quei ° eam petet, aut ei quoius nomine ab eo petetur, d(are) o(portere) debereve se confessus ° erit, neque id quod confessus erit solvet satisve faciet, aut se sponsione ° iudicioque utei⟪ve⟫ oportebit non defendet, seive is ibei d. e. r. in iure non ° responderit, neque d. e. r. sponsionem faciet neque iudicio utei oportebit ° se defendet: tum de eo, a quo ea pecunia peteita erit, deque eo, quoi eam ° pecuniam d(arei) o(portebit), s(iremps) res lex ius caussaque o(mnibus) o(mnium) r(erum) esto atque utei esset esseve ° oporteret, sei is, quei ita confessus erit, aut d. e. r. non responderit aut se ° sponsione iudicioque utei oportebit non defenderit, eius pecuniae iei ° quei eam suo nomine petierit quoive eam d(arei) o(portebit), ex iudicieis dateis iudi°careve recte iusseis iure lege damnatus esset fuisset. Qu*e*ique[3] quomque ° IIvir IIIIvir praefec(tus)ve *i*bei[4] i(ure) d(eicundo) p(raerit), is eum, quei ita quid confessus erit ° neque id solvet satisve faciet, eum⟨*ve*⟩ quei se sponsione iudiciove utei⟪ve⟫ ° oportebit non defenderit aut in iure non responderit neque id solvet ° satisve faciet, t(antae) p(ecuniae), quanta ea pecunia erit de qua tum inter eos am°bigetur, dum t(axat) [*HS*[5]] XV s(ine) f(raude) s(ua) duci iubeto; queique eorum quem, ad quem ° ea res pertinebit, duxserit, id ei fraudi poenaeve ne esto: quodque ita fac°tum actum iussum erit, id ius ratumque esto. Quo minus in eum, quei ita ° vadimonium Romam ex decreto eius, quei ibei i(ure) d(eicundo) p(raerit), non promeisserit ° aut vindicem locupletem ita non dederit, ob e(am) r(em) iudicium recup(erationem) is, quei ° ibei i(ure) d(eicundo) p(raerit), ex h. l. det iudicareique d. e. r. ibei curet, ex h. l. n(ihilum) r(ogatur). ∾

XXII. A quo quid praeter pecuniam certam creditam, signatam forma p(ublica) p(opulei) R(omanei), ° in eorum quo o. m. c. p. *f.*[6] v.

---

1) s. s. est. — 2) *Cf. p. 97 ante v. 1.* — 3) quoique. — 4) ubei. — 5) HS *om. spatio vacuo relicto.* — 6) e.

c. c. t. ve[1] quae sunt eruntve in Gallia cis Alpeis, ° petetur, quodve quom eo agetur, quae res non pluris HS XV erit, et sei ° ea res erit, de qua re omnei pecunia ibei ius deicei iudiciave darei ex h. l. ⟪d.⟫ o(portebit), ° sei is eam rem, quae ita ab eo petetur deve ea re[2] cum eo agetur, ei quei eam ⟨*rem*⟩ ° petet deve ea re age*t*[3], aut iei quoius nomine ab eo petetur quomve eo age°tur in iure apud eum, quei ibei i(ure) d(eicundo) p(raerit), d(are) *f(acere)*[4] p(raestare) restituereve oportere aut ° se debere, eiusve eam rem esse aut se eam habere, eamve rem de ° qua arguetur se fecisse obligatumve se eius rei noxsiaeve esse confes°sus erit deixseritve neque d. e. r. satis utei oportebit faciet aut, sei ° sponsionem fierei oportebit, sponsionem non faciet, ⟨*aut*⟩ non restituet, ° neque se iudicio utei oportebit defendet, aut sei d. e. r. in iure ° nihil responderit, neque d. e. r. se iudicio utei oportebit defendet: ° tum de eo a quo ea res ita petetur quomve eo[5] d. e. r. ita agetur, deque ° eo, quoi eam rem d(arei) f(ierei) p(raestarei) restitui satisve d. e. r. fierei oportebit, ° s(iremps) l(ex) r(es) i(us) c(aussa)q(ue) o(mnibus) o(mnium) r(erum) e(sto), atque utei esset esseve oporteret, sei is, quei ita ° quid earum rerum confessus erit aut d. e. r. non responderit neq(ue) ° se iudicio utei oportebit defenderit, de ieis rebus Romae apud pr(aetorem) ° eumve quei de ieis rebus Romae i(ure) d(eicundo) p(rae)esset in iure confessus esset. ° aut ibei d. e. r. nihil respondisset aut iudicio se non defendisset; ° p(raetor)q(ue) isve quei d(e) e(is) r(ebus) Romae i(ure) d(eicundo) p(raerit) in eum et in heredem eius d(e) e(is) r(ebus) om°nibus ita ius deicito decernito eosque duci bona eorum possideri ° proscreibeive veneireque iubeto, ac sei is heresve eius d. e. r. in ° iure apud eum pr(aetorem) eumve quei Romae i(ure) d(eicundo) ⟪p.⟫ praesse⟨*t*⟩, confessus es°set aut d. e. r. nihil respondisse⟨*t*⟩ neque se iudicio utei oportuis°set defendisset; dum ne quis d. e. r. nisei pr(aetor) isve quei Romae i(ure) d(eicundo) p(raerit) ° eorum quoius bona possiderei proscreibei veneire duceique ° eum iubeat. ∾

XXIII. Queiquomque in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve[6] quae in Gal°lia Cisalpeina sunt erunt, i(ure) d(eicundo) p(raerit), is inter eos, quei de fami°li*a*⟪e⟫ erceiscunda deividunda iudicium sibei darei reddeive ° in eorum quo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve[6], quae s(upra) s(cripta) s(unt), postu°laverint, ita ius deicito decernito iudicia dato iudicare ° iubeto, utei in eo o. m. c. p. f. v. c. c. t. ve[1], in quo is, quoius [*de boneis agetur, domicilium habuerit . . .*

---

[1] *Cf. p. 97 ante v. 1.* — [2] *Exspectes* deve qua. [*VII Cf. tamen Gai. IV, 36.*] — [3] agei. — [4] e. — [5] *Exspectes* quo (*cf. v. 29*). — [6] *Cf. p. 97 ante v. 1.*

17. Legis fortasse eiusdem fragmentum Atestinum.

Tabula ahenea reperta a. 1880 Ateste in Gallia Transpadana. Ediderunt Fiorellius, Notizie degli scavi di antichità Romae 1880 p. 213; Hilarius Alibrandi in Eph. Romana studi e documenti di storia e diritto vol. 2 (1881) addito commentario; Th. Mommsen in Hermae vol. 16 (1881) p. 24 sqq. (= Ges. Schrr. I, 175) item addito commentario. Legis Rubriae fragmentum esse negat Alibrandius, probabile nec tamen certum esse ait Mommsen. Hoc extra dubium est legem, cuius particulam tenemus, secutoriam fuisse alterius latae a. 705 (= 49), quam Rosciam esse ex hoc aere didicimus, de civitate Romana danda Galliae non tam Transpadanae quam Cisalpinae universae.

[*Quei post hanc legem rogatam in eorum quo oppido municipio colonia praefectura foro veico conciliabulo castello territoriove, quae in Gallia Cisalpeina sunt eruntve, ad IIvirum IIIIvirum praefectumve in iudicium fiduciae aut pro socio aut*] mandati aut tutelae suo nomine quodve ipse earum rerum ° quid gessisse dicetur, add*u*cetur[2], aut quod furti, quod ad ho°minem liberum liberamve pertinere deicatur[3], aut iniuri°arum agatur: sei is, a quo petetur quomve quo agetur, d(e) ° e(a) r(e) in eo municipio colonia praefectura iudicio certa°re ⟨*volet*⟩ et si ea res HS ccIↃↃ[4] minorisve erit, quo minus ibei d(e) e(a) r(e) ° iudex arbiterve addicatur detur, quove minus ibei d(e) e(a) r(e) iudicium ita ° feiat, utei de ieis rebus[5], quibus ex h(ac) l(ege) iudicia ° data erunt, iudicium fierei ex oportebit, ex h. l. n(ihilum) r(ogatur).

Quoius rei in qu*o*que[6] municipio colonia praefectura ° quoiusque IIvir(i) eiusve, qui ibei lege foedere pl(ebei)ve sc(ito) s(enatus)°ve c(onsulto) institutove iure dicundo praefuit, ante legem, sei°ve illud pl(ebei) sc(itum) est, quod L. Roscius a. d. V eid. Mart. populum ° plebemve rogavit, quod privatim ambigetur, iuris dict[*i*]°o iudicis arbitri recuperatorum datio addictiov[*e fuit*] ° quantaeque rei pequniaeve fuit: eius rei pequn[*iaeve*] ° quo magis privato Romae revocatio sit qu[*ove mi*]°nus quei ibei i(ure) d(icundo). p(raerit) d(e)

---

[1] *Cf. p. 97 ante v. 1.* — [2] addicetur. — [3] *Cf. Ed. praet. verb. D. 39,4,1 pr.*: si hi ad quos ea res pertinebit non exhibebuntur, in dominos sine noxae deditione iudicium dabo. — [4] *i. e.* sestertium decem milium. — [5] *excidit fortasse* de. — [6] quemque.

e(a) r(e) ius dicat iudice[*m arbitrumve det*] ° utei ante legem, sive
20 illud pl(ebei) sc(itum) est, [*quod L. Roscius a. d.*] ° V eidus Mart. populum plebe[*mve rogavit,* ° *ab eo quei ibei i(ure) d(icundo) p(raerit) ius di*]ci iu[*dicem arbitrumve dari oportuit, ex h(ac) l(ege) n(ihilum) r(ogatur).*]

18. Lex [^{VII} tabulae Heracleensis, dicta] Iulia municipalis, a. 709 (= 45).

ℭ 1,206 [*1^2*,]. *Ri. tab. 33.34. Dess. 6085. — E permagna tabula ahenea* (*a. 1,33 m., l. 0,38 m.*) *ex antica parte Graece inscripta, cuius dimidia fere pars inferior in alveo Salandrellae fluvii prope Heracleam antiquam a. 1732 reperta postea in museum regium Neapolitanum inlata est; pars superior a. 1735 demum reperta Britannoque cuidam vendita in Angliam migravit, ubi a. 1760 Ph. Carteret Webb, cuius tunc fuit, libellum de ea edidit; postea vero precibus Caroli III regis Neap. motus Webbius suam tabulae partem Neapolim remisit, ubi cum altera coniuncta in museo hodie extat. Tabulam esse partem legis municipalis a C. Iulio Caesare a. 709* (*= 45*) *latae Savigny* (*verm. Schr. 3,279*) *docuit.* [*Cicero ad Leptam cum scripsit* (*ad fam. 6,18*) *exeunte a. 708:* simul atque accepi a Seleuco tuo litteras, statim quaesivi e Balbo per codicillos, quid esset in lege; rescripsit eos qui facerent praeconium, vetari esse in decurionibus, qui fecissent non vetari (*intellegitur huius legis v. 94*), *lex haec nondum rogata fuerit necesse est: nam in lege publice proposita quid esset, ex actis urbanis cognosci potuit vel ex ipso aere ab eo qui vellet, et ineptum de tali re municipalem hominem consuluisse virum consularem, consularem eum quaesivisse ex Caesaris amico et quodammodo actore publico. Itaque cum lex utpote Iulia dicta perlata sit ab ipso Caesare, eam rogarit necesse est reversus ex Hispania a. 709* (*= 45*) *extremo, reiecta opinione nuper defensa a Nisseno* (*Rh. Ph. 45,101*) *legem latam esse ante scriptam epistulam illam a. 708* (*=46*). TH. M.] [^{VII} *Cf. tamen Hackel, Wiener Studien, 1902 p. 542.*] *Quanta vero legis pars supersit, constitui non potest. Capita eadem qua in l. Cornelia ratione distincta sunt, numeri adscripti nulli. Commentarios scripserunt Mazochi, comm. in tab. Her. 1754. II vol. fol.; Marezoll, fragm. tab. Heracl. 1816; Dirksen, obs. ad tab. Heracl. 1817; idem, civ. Abhdl. 2,145. 1820; Savigny l. c. 1838. 1843. 1849.*

1 ... Quem h(ac) l(ege) ad co(n)s(ulem) profiterei oportebit sei is, quom eum profiterei oportebit, Romae non erit, tum quei eius °
2 negotia curabit, is ea⟪f⟫dem omnia, quae eum, quoius negotia curabit,
3 sei Romae esset, h. l. profiterei ° oport*eret*[1], item isdemque diebus ad cos. profitemino. ∾

---

[1] oportebit.

Quem h. l. ad cos. profiterei oportebit, sei is pup(illus) seive 4
ea pu(pilla) erit, tum quei eius pup(illi) pu(pillae)ve tutor erit, item
eadem°que omnia in iisdem diebus ad cos. profitemino ita utei *et*[1] 5
quae quibusque di*e*bus eum eamve, sei pup(illus) pu(pilla)ve non °
es⟨*se*⟩t, h. l. profiterei oporteret. ∾ 6

Sei cos., a*d* que*m*[2] h. l. professiones fierei oportebit, Romae 7
non erit, tum is, quem profiterei oportebit, quod eum profiterei °
oportebit, ad pr(aetorem) urb(anum) aut, sei is Romae non erit, ad eum 8
pr(aetorem), quei inter peregrinos ius deicet, profitemino, ita utei °
eum ad cos., sei tum Romae esset, h. l. profiterei oporteret. ∾ 9

Sei ex eis cos. et pr(aetoribus), ad quos h. l. professiones fierei 10
oportebit, nemo eorum Romae erit, tum is, quem profiterei oportebit, °
⟪et⟫ quod eum ⟪eum⟫ profiterei oportebit ad tr(ibunum) pl(ebei) pro- 11
fitemino, ita ute*i*[3] eum ad cos. pr(aetorem)⟨*que*⟩ urb(anum) eumque
quei inter peregri°nos ius deicet, sei tum Romae esset, h. l. profi- 12
terei oporteret. ∾

Quod quemquem h. l. profiterei oportebit, is, apud quem ea 13
professio fiet, eius que⟨*i*⟩ profitebitur nomen, et ea quae pro°fessus 14
erit, et quo die professus sit, in tabulas publicas referunda curato,
eademque omnia quae uteique in tabulas ° rettulerit *ita*[4] in tabulam 15
in album referunda ⟨*curato*⟩, idque aput *f*orum, et quom frumentum
populo dabitur, ibei ubei frumen°tum populo dabitur cottidie maio- 16
rem partem diei propositum habeto, u(nde) d(e) p(lano) r. l. p.[5] ∾

Queiquomque frumentum populo dab*i*t[6] damdumve curabit, nei 17
quo*i*[7] eorum, quorum nomina h. l. ad cos. pr. tr. pl(ebei) in ta°bu- 18
la in albo proposita erunt, frumentum dato neve dare iubeto neve
sinito. Quei ad versus ea eorum quoi[8] frumentum ° dederit, is in tr(i- 19
tici) m(odios) I HS IↃↃↃ[9] populo dare damnas esto, eiusque pecuniae
quei volet petitio esto. ∾

Quae viae in urbem Rom. propiusve u(rbem) R. p. M ubei con- 20
tinente habitabitur, sunt erunt, quoius ante aedificium earum quae °
via⟪e⟫ er*i*t[10], is eam viam arbitratu eius aed(ilis), quoi ea pars urbis 21
h. l. obvenerit, tueatur[11]; isque aed(ilis) curato, uti quorum ° ante 22
aedificium erit quamque viam h. l. quemque tueri oportebit, ei om-
nes eam viam arbitratu eius tueantur, neve eo ° loco a*qua*[12] con- 23
sistat, quominus conmode populus ea via utatur. ∾

---

1) ei. — 2) atque. — 3) utet. — 4) eta. — 5) r(ecte) l(egi) p(ossit). — 6) dabunt. — 7) que. — 8) quei. — 9) *i. e.* singulos sestertium quinquaginta milia. — 10) erunt. — 11) *Mo.:* tueto. — 12) ao.

24 Aed. cur. aed. pl., quei nunc sunt[1], queiquomque post h. l. r.
factei createi erunt eumve mag. inierint, iei in diebus V proxumeis °
25 quibus eo mag(istratu) designatei erunt eumve mag(istratum) inie-
rint, inter se paranto aut sortiunto, qua in partei urbis quisque °
26 eorum vias publicas in urbem Roma⟨*m*⟩, propiusve u(rbem) R(omam)
p(assus) *M*[2], reficiundas sternendas curet, eiusque rei procuratio-
27 nem ° habeat. Quae pars quoique aed(ilei) ita h. l. obvenerit, eius
28 aed(ilis) in eis loceis quae in ea partei erunt viarum reficien°darum
tuemdarum procuratio esto, utei h. l. oportebit. ∾

29 Quae via *in*ter[3] aedem sacram et aedificium locumve publicum
30 et inter aedificium privatum est erit, eius ° viae partem dimidiam
is aed(ilis), quoi ea pars urbis obvenerit, in qua parte ea aedis
31 sacra erit seive aedificium ° publicum seive locus publicus, tuemdam
locato. ∾

32 Quemquomque ante suum aedificium viam publicam h. l. tueri
33 oportebit, quei eorum eam viam arbitratu eius aed(ilis), ° quoius opor-
tuerit, non tuebitur, eam viam aed(ilis), quoius arbitratu eam tuerei
34 oportuerit, tuemdam locato; ° isque aed(ilis) diebus ne minus X ante-
quam locet aput forum ante tribunale suom propositum habeto,
35 quam ° viam tuendam et quo die locaturus sit, *et*[4] quorum ante
36 aedificium ea via sit; eisque quorum ante aedificium ° ea via erit,
procuratoribusve eorum domum denuntietur facito, se eam viam lo-
37 caturum et quo die locaturus ° sit; eamque locationem palam in foro
per q(uaestorem) urb(anum) eumve quei aerario praerit facito.
38 Quamta pecunia eam ° viam locaverit, tamtae pecuniae eum eosque,
39 quorum ante aedificium ea via erit pro portioni, quamtum ° quoius-
que ante aedificium viae in longitudine et in latitudine erit, q(uaestor)
40 urb(anus) queive aerario praerit in tabula⟨*s*⟩ ° publicas pecuniae
factae referundum curato. Ei qu*e*i eam viam tuemdam redemerit,
41 tamtae pecuniae eum eos°ve adtribuito sine d(olo) m(alo). Sei is
quei adtributus erit eam pecuniam diebus XXX proxum*e*is, quibus
42 ipse aut pro°curator eius sciet adtributionem factam esse ei, *q*uoi
43 adtributus erit, non solverit neque satis fecerit, is ° quamtae pecu-
niae adtributus erit, tamtam pecuniam et eius dimidium ei, quoi
44 adtributus erit, da*r*e debeto, ° inque eam r*e*m is, quo quomque de

---

[1) *Post verba* quei nunc sunt *addi debuit* in diebus V proxumeis post hanc legem rogatam; item: *erravit de loco Nissen*, *Rh. Ph. 45,100.* Th. M.] — 2) Δ; *cf. 20.* — 3) viam per. — 4) ei.

ea re aditum erit, iudicem iudiciumve ita dato, utei de pecunia
credita ° ⟨*iudicem*⟩ iudicium⟪q⟫ue dari oporte*ret*[1]. ∾ 45

Quam viam h. l. tuemdam locari oportebit, aed(ilis), quem eam 46
viam tuendam locare oportebit, is eam viam per ° q(uaestorem) urb(a- 47
num) queive aerario praerit tuemdam locato, utei eam viam arbi-
tratu eius, quei eam viam locandam ° curaverit, tueatur. Quamtam 48
pecuniam ita quaeque via locata erit, t(amtam) p(ecuniam) q(uaestor)
urb(anus) queive aerario praerit ° redemptorei, quoi e lege locationis 49
dari oportebit, heredeive eius damdam adtribuendam curato. ∾

Quo minus aed(iles) et IIIIvir(ei) vieis in urbem purgandeis, 50
IIvir(ei) vieis extra propiusve urbem Rom(am) passus ⟨*M*⟩ ° purgan- 51
deis, queiquomque erunt, vias publicas purgandas curent eiusque rei
potestatem habeant, ° ita utei legibus pl(ebei)ve sc(itis) s(enatus)⟨*ve*⟩ 52
c(onsultis) oportet oportebit, eum[2] h. l. n(ihilum) r(ogatur). ∾

Quoius ante aedificium semita in loco erit, is eam semitam, eo 53
aedificio perpetuo lapidibus perpetueis ° integreis continentem con- 54
stratam recte habeto arbitratu eius aed(ilis), quoius in ea parte h.
l. viarum ° procurat*io*[3] erit. ∾ 55

Quae viae in u(rbem) R(omam) sunt erunt intra ea loca, ubi 56
continenti hab*i*tab*i*tur, ne quis in ieis vieis post k. Ianuar. ° primas 57
plostrum interdiu post solem ortum, neve ante horam X diei ducito
agito, nisi quod aedium ° sacrarum deorum inmortalium caussa aedi- 58
ficandarum operisve publice faciumdei causa adv⟨*e*⟩hei porta°ri opor- 59
tebit, aut quod ex urbe exve ieis loceis earum rerum, quae publice
demolienda⟨*e*⟩ loca⟨*tae*⟩ erunt, publi°ce exportarei oportebit, et 60
quarum rerum caussa plostra h. l. certeis hominibus certeis de cau-
seis agere ° ducere licebit. ∾ 61

Quibus diebus virgines Vestales re*gem*[4] sacrorum flamines plo- 62
streis in urbe sacrorum publicorum p(opuli) R(omani) caussa ° vehi 63
oportebit, quaeque plostra triumphi caussa, quo die quisque trium-
pha*bi*t[5], ducei oportebit, quaeque ° plostra ludorum[6], quei Romae 64
aut urbei Romae ⟨*p*(*ropius*) *p*(*assus*) *M*[7]⟩ publice feient, inve pom-
pam ludeis circiensibus ducei agei opus ° erit: quo⟪ve⟫ minus earum 65
rerum caussa eisque diebus plostra interdiu in urbe ducantur agan-
tur, e(ius) h(ac) l(ege) n(ihilum) r(ogatur). ∾

---

[1] oportebit. *De c. 7—10* [*VII vv. 20—45*] *cf. quae scripsi in libro: Symbolae Bethmanno-Hollwegio oblatae, Ber. 1868 p. 45—53.* — [2] eum *aut est id quod* eorum *aut emendandum* eius. — [3] procurator. — [4] rex. — [5] triumphavit. — [6] *Excidit fortasse* caussa. — [7] *Mo. supplevit ex v. 77.*

66 Quae plostra noctu in urbem inducta erunt, quo minus ea
67 plostra inania aut stercoris exportandei caussa ° post solem ortum
h(oris) X diei bubus iumenteisve iuncta in u(rbe) R(oma) et ab u(rbe)
R(oma) p(assus) M esse liceat, e(ius) h. l. n(ihilum) r(ogatur). ∾

68 Quae loca publica porticusve *p*ublicae in u(rbe) R(oma) p(ropius)ve
u(rbei) R(omae) p(assus) M sunt erunt, quorum locorum quoiusque
69 porticus ° aedilium *e*orumve mag(istratuom), quei vieis loceisque
publiceis u(rbis) R(omae) p(ropius)ve u(rbei) R(omae) p(assus) M
70 purgandeis praerunt, legibus ° procuratio est erit, nei quis in ieis
loceis inve ieis porticibus quid in aedificatum inmolit*u*mve [1] habeto, °
71 neve ea loca porticumve quam possideto, neve eorum quod saeptum
72 clausumve habeto quo minus eis ° loceis porticibusque populus utatur
pateantve, nisi quibus uteique leg(ibus) pl(ebei)ve sc(itis) s(enatus)ve
c(onsultis) concessum permissumve e⟨*st*⟩. ∾

73 Quibus loceis ex lege locationis, quam censor aliusve quis mag(istratus)
74 publiceis vectigalibus ultrove tributeis ° fruendeis tuendeisve
dix*i*t, dixerit, eis, quei ea fruenda tuendave conducta habebunt,
75 ut utei fruei liceat ° *a*ut utei ea ab eis custodiantur, cautum
est, ei quo minus ieis loceis utantur fruantur ita, utei quo⟨*i*⟩que
76 eorum [2] ° [*ex l*]e[*ge loca*]tionis [3] ieis [*sine d*(*olo*) *m*(*alo*)] utei fruei
licebit ex h. l. n(ihilum) r(ogatur). ∾

77 Quos lud[*os*] quisque Romae p(ropius)ve u(rbei) R(omae) p(assus)
M faciet, quo minus ei eorum ludorum caussa scaenam pulpi-
78 tum ceteraque, ° quae ad eos ludos opus erunt, in loco publico ponere
79 statuere eisque diebus, quibus eos faciet, loco publico utei ° liceat,
e(ius) h. l. n(ihilum) r(ogatur). ∾

80 Quei scribae librarei magistratibus apparebunt, ei quo minus
81 loceis publiceis, ubei is, ⟨*quoi*⟩ quisque eorum apparebunt, ° iuserit,
apparendi caussa utantur, e(ius) h. l. n(ihilum) r(ogatur). ∾

82 Quae loca serveis publiceis ab cens(oribus) habitandei utendei
caussa adtributa sunt, ei quo minus eis loceis utantur, e(ius) h. l.
n(ihilum) r(ogatur). ∾

83 Queiquomque in municipieis coloneis praefectureis foreis conciliabuleis
c(ivium) R(omanorum) IIvir(ei) IIIIvir(ei) erunt aliove
84 quo nomine mag(istratum) potestatemve su*f*ragio eorum, quei quoiusque
85 municipi⟪a⟫ coloniae praefecturae ° for*i* [4] conciliabuli erunt, ha-

---

[1] in molitomve. — [2] *Hic explicit aes Britannicum, incipit Neapolitanum.* — [3] *suppl. Mazochi.* — [4] foro.

bebunt: nei quis eorum que⟨*m*⟩ in eo municipio colonia⟪e⟫ praefectu-
ra⟪t⟫ *f*oro concilia°bulo ⟨*in*⟩ senatum decuriones conscriptosve legito 86
neve sublegito neve co⟪a⟫ptato neve recitandos curato ° nisi in de- 87
mortuei damnateive locum eiusve quei confessus erit se senatorem
decurionem conscreiptumve ° ibei h. l. esse non licere. ∾ 88

Quei minor annos XXX natus est erit, nei quis eorum post 89
k. Ianuar. secundas in municipio colonia praefe°ctura IIvir(atum) 90
IIIIvir(atum) neve quem alium mag(istratum) petito neve capito neve
gerito, nisei quei eorum stipendia ° equo in legione III aut pedestria 91
in legione VI fecerit, quae stipendia in castreis inve provincia ma-
iore*m*[1] ° partem sui quoiusque anni fecerit, aut bina semestria, quae 92
ei pro singuleis ann⟨*u*⟩eis procedere oporteat[2], ° aut ei vocat⟨*i*⟩o rei 93
militaris legibus pl(ebei)ve sc(itis) exve foidere erit, quocirca eum
inveitum merere non ° oporteat. Neve quis, que⟨*i*⟩ praeconium dis- 94
signationem libitinamve faciet, dum eorum quid faciet, in muni°cipio 95
colonia praefectura IIvir(atum) IIIIvir(atum) aliumve quem mag(i-
stratum) petito neve capito neve gerito neve habeto, ° neve ibei se- 96
nator neve decurio neve conscriptus esto neve sententiam dicito.
Quei eorum ex eis, quei s(upra) s(criptei) s(unt), ° adversus ea fece- 97
rit, is HS Iↄↄ p(opulo) d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae quei
volet petitio esto. ∾

Queiquomque in municipio colonia⟪e⟫ praefectura post k. 98
Qui⟨*n*⟩ct(iles) prim(as) comitia IIvir(eis) II*II*vir(eis)[3] aleive quoi ma-
g(istratui) ° rogando subrogandove habebit, is ne quem, quei minor 99
anneis ⟨*XXX*⟩ natus est erit, IIvir(um), III⟨*I*⟩vir(um), quei⟨*ve*⟩
ibei ° alium mag(istratum) habeat, renuntiato neve renuntiarei iu- 100
beto, nisi quei stipendia equo in legione III, aut sti°pendia pe- 101
destria in legione VI fecerit, quae stipendia in castreis inve provin-
cia maiorem partem sui ° quoiusque anni fecerit, aut bina semestria, 102
qua⟨*e*⟩ ei pro singuleis annueis procedere oporteat, cum eo ° quod 103
ei legibus pl(ebei)ve sc(iteis) procedere oportebit, aut ei vocatio rei
militaris legibus pl(ebei)ve sc(iteis) exve foedere ° erit, quo circa eum 104
invitum merere non oporteat. Neve eum, quei praeconium dissigna-
tionem libitina*m*ve[4] faciet, dum eorum quid ° faciet, IIvir(um) IIII- 105
vir(um), queive ibei mag(istratus) sit, renuntiato, neve in senatum

---

[1] maiorei *vel* maiora *aes.* — [2] *Mo. recte censet excidisse hic verba quae redeunt v. 102—103:* cum eo quod ei legibus pl(ebei)ve sc(iteis) procedere oportebit. — [3] IIr vir. — [4] libitinanve.

106 neve in de°curionum conscriptorum⟨*ve*⟩ numero legito sublegito
107 coptato neve sententiam rogato neve dicere neve ° ferre iubeto sc(iens)
d(olo) m(alo). Quei adversus ea fecerit, is HS Iↄↄↄ p(opulo) d(are)
d(amnas) esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto. ∾

108 Quae municipia colonia⟨*e*⟩ praefectura⟨*e*⟩ fora conciliabula c(i-
vium) R(omanorum) sunt erunt, nei quis in eorum quo municipio °
109 colonia praefectura ⟨*foro*⟩ conciliabulo ⟨*in*⟩ senatu decurionibus
110 conscreipteisque esto, neve quo*i*[1] ibi in eo ordine ° senten⟪tem⟫tiam
deicere ferre liceto, quei furtei quod *i*pse[2] fecit fecerit condemnatus
111 pactusve est erit; ° queive iudicio fiducio[3] pro socio, tutelae, man-
datei, iniuriarum deve d(olo) m(alo) condemnatus est erit; queive
112 lege ° Plaetoria ob eamve rem, quod adversus eam legem fec*i*t fe-
113 cerit, condemnatus est erit: queive depugnandei ° caussa auctoratus
est erit fuit fuerit; queive in iure[4] abiuraverit, bonamve copiaṃ
114 iuravit iuraverit; quei⟨*ve*⟩ ° sponsoribus creditoribusve sueis renun-
tiavit renuntiaverit se soldum solvere non posse: aut cum eis °
115 pactus est erit se soldum solvere non posse; prove quo datum de-
116 pensum est erit; quoiusve bona ex edicto ° eius, qu⟨*e*⟩i ⟨*i*(*ure*)⟩ d(ei-
cundo) praefuit praefuerit, — praeterquam sei quoius, quom pupillus
117 esset reive publicae caussa abesset ° neque d(olo) m(alo) fecit fecerit
quo magis r(ei) p(ublicae) c(aussa) a(besset)[5], — possessa pro-
118 scriptave sunt erunt; queive iudicio publico Romae ° condemnatus
est erit, quo circa eum in Italia esse non liceat, neque in integrum
119 resti⟨*tu*⟩tus est erit; queive in eo ° municipio colonia praefectura
foro conciliabulo, quoius erit, iudicio publico condemnatus est erit;
120 quemve ° k(alumniae) praevaricationis caussa accussasse fecisseve
121 quod iudicatum est erit; quoive aput exercitum ingnominiae ° caussa
ordo ademptus est erit; quemve imperator ingnominiae caussa ab
122 exe*r*citu decedere ius*i*t iuserit; ° queive ob caput c(ivis) R(omanei)
referundum pecuniam praemium aliudve quid cepit ceperit; queive
123 corpore[6] quaestum ° fecit fecerit; queive lanistaturam artemve ludi-
124 c⟨*r*⟩am fecit fecerit; queive lenocinium faciet. Quei ° adversus ea in
municipio colonia praefectura⟪ve⟫ foro conciliabulo ⟨*in senatu*⟩ decu-

---

1) quoe. — 2) ispe. — 3) fiduciae *scrib.* [*VII attraxit* iudicio.] — 4) [*VII* abiuravit *omnino ins.*, bonam copiam abiuravit *ins. Mo.*; creditum *vel* rem creditam *supplendum ante* abiuravit *censet Mazochi;* pecuniam creditam *mavult Wlassak, Pauly-Wissowa I, 102.*] — 5) possessa proscriptave sunt erunt *inserenda esse censet Mo.* — 6) corpori.

rionibus conscripteisve *f*uerit ° sentemtiamve dixerit, is HS Iↄↄↄ p(opulo) 125
d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto.

Quoi h. l. in municipio colonia praefectura foro conciliabulo 126
senatorem decurionem conscriptum esse, ° inque eo ordine sentemtiam 127
dicere ferre non licebit, nei quis, quei in eo municipio colonia praefectura
° foro conciliabulo senatum decuriones conscriptos habebit, 128
eum in senatum decuriones conscriptos ° ire iubeto sc(iens) d(olo) 129
m(alo); neve eum ibei sentemtiam rogato neive dicere neive ferre
iubeto sc(iens) d(olo) m(alo); neve quis, que⟨*i*⟩ ° in eo municipio 130
colonia praefectura foro conciliabulo sufragio eorum maxumam potestatem
habebit, ° eorum quem ibei in senatum decuriones conscriptos 131
ire, neve in eo numero esse n*e*ve[1] sentemtiam ibei dicere ° ferreve 132
sinito sc(iens) d(olo) m(alo); neve quis eius rationem comitieis conciliove
⟨*habeto, neive quis quem, sei adversus ea comitieis conciliove*[2]⟩
creatum est renuntiato; neve quis, ° quei ibei mag(istratum) potestatemve 133
habebit, eum cum senatu decurionibus conscript⟨*eis lud*⟩os
spectare neive in convivio ° publico esse sin*i*to[3] sc(iens) d(olo) m(alo). ∾ 134

Quibus h. l. in municipio colonia praefectura foro conciliabulo 135
in senat*u*[4] decurionibus conscripteis esse ° non licebit, ni quis eorum 136
in municipio colonia praefectura foro conciliabulo IIvir(atum) IIIIvir(atum)
aliamve ° quam potestatem ex quo honore in eum ordinem 137
perveniat, petito neve capito; neve quis eorum ludeis, ° cumve gladiatores 138
ibei pugnabunt, in loco senatorio decurionum conscriptorum
sed*e*to[5] neve spectato ° neve convivium publicum is inito; neive quis, 139
*s*ei[6] adversus ea creatum renuntiatum erit, ibei IIvir IIIIvir ° esto, 140
neve ibei m(agistratum) potestatemve habeto. Qu*ei*[7] adversus ea
fecerit, is HS Iↄↄↄ p(opulo) d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae
quei ° volet petitio esto. ∾ 141

Quae municipia coloniae praefecturae c(ivium) R(omanorum) in 142
Italia sunt erunt, quei in eis municipieis coloneis ° praefectureis 143
maximum mag(istratum) maxim*a*mve[8] potestatem ibei habebit tum,
cum censor aliusve ° quis mag(istratus) Romae populi c*e*nsum aget, 144
is diebus LX proxumeis, quibus sciet Romae c*e*nsum[9] populi ° agi, 145
omnium municipium colonorum suorum queique eius praefecturae
erunt, q(uei) c(ives) R(omanei) erunt, censum ° ag*i*to[10], eorumque 146

---

1) nive. — 2) *Supplevit Mo.* — 3) sineto. — 4) sinatum. — 5) sedito. — 6) quei [^{VII} *cum Dess.:* quei adversus ea creatu*s* renuntiatu*s* erit]. — 7) quif. — 8) maximumve. — 9) cinsum. — 10) agunto.

nomina praenomina patres aut patronos tribus cognomina et quot
147 annos ° quisque eorum habet, et rationem pecuniae ex formula census,
148 quae Romae ab eo, qui tum censum ° populi acturus erit, proposita
erit, a*b* ieis[1] iurateis accipito; eaque omnia in tabulas publicas sui
149 ° municipi referunda curato; eosque libros per legatos, quos maior
150 pars decurionum conscriptorum ° ad eam rem legarei mittei censuerint
tum, cum ea⟪s⟫ res consuleretur, ad eos, quei Romae c*e*nsum agent,
151 ° mittito; curatoque, utei, quom amplius dies LX reliquei erunt ante
152 quam diem ei, queiquomque Romae ° censum age*t*[2], finem populi
ce⟨*n*⟩sendi faciant, eos adea*nt*[3] librosque eius municipi coloniae prae-
153 fecturae ° edant; isque censor, seive quis alius mag(istratus) censum
154 populi aget, diebus V proxumeis, quibus legatei eius ° municipi colo-
niae praefecturae adierint, eos libros census, quei ab ieis legateis
155 dabuntur, accipito ° s(ine) d(olo) m(alo), exque ieis libreis, quae ibei
scripta erunt in tabulas publicas referunda curato, easque tabulas
156 ° eodem loco, ubei ceterae tabulae publicae erunt, in quibus census
populi perscriptus erit, condenda⟨*s*⟩ curato. ∾

157 Qui pluribus in municipieis coloneis praefectureis domicilium
158 habebit et is Romae census erit, quo magis ° in municipio colonia
praefectura h. l. censeatur, e(ius) h. l. n(ihilum) r(ogatur). ∾

159 Quei lege pl(ebeive) sc(ito) permissus est *f*uit, utei leges in
160 municipio fundano municipibusve eius municipi daret, ° sei qui*d*[4] is
post h. l. r(ogatam) in eo anno proxumo, quo h. l. populus iuserit,
161 ad eas leges[5], municipi⟪ei⟫s fundanos ° item teneto, utei oporteret,
sei ea*e* res ab eo tum, quom primum leges eis municipibus lege
162 pl(ebei)ve sc(ito) dedit, ° ad eas leges additae commutatae conrectae
163 essent: neve quis interced*i*to neve quid facito, quo minus ° ea rata
sint, qove minus municipis fundanos tenea⟨*n*⟩t eisque optemperetur.

19. Lex Falcidia a. 714 (= 40) (*e Dig.*).

(*Paulus l. sing. ad l. Falc.*[6]*:* Lex Falcidia lata est, quae primo capite liberam legandi facultatem dedit his verbis:)

Qui cives Romani sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volet[7], ut eam pecuniam easque res quibusque dare legare volet, ius potestasque esto, ut hac lege sequenti[8] licebit.

---

1) arieis. — 2) agei. — 3) adeam. — 4) quis. — 5) addiderit commutaverit conrexerit *supplet Mazochi.* — 6) *D. 35,2,1.* — 7) *Quaedam videntur excidisse.* — 8) *Delendam esse hanc vocem Mo. censet.*

(Secundo capite modum legatorum constituit his verbis:)

Quicumque civis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique civi Romano pecuniam iure publico dare legare volet, ius potestasque esto, dum ita detur legatum[1], ne minus quam partem quartam hereditatis eo testamento heredes capiant, eis[2], quibus quid ita datum legatumve erit, eam pecuniam sine fraude sua capere liceto isque heres, qui eam pecuniam dare iussus[3] damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est[4].

20. Lex Iulia de vi publica et privata (*e Dig.*).

Utrum Caesaris sit an Augusti non constat. Cf. Rudorff, RG. 1,85. — Coll. 9,2; sententia legis etiam D. 22,5,3,5 relata est e Callistrati l. de cogn.

(*Ulpianus l. VIIII de officio proconsulis sub titulo ad l. Iuliam de vi publica et privata*: Eadem lege quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur invitis. c. LXXXVII et c. LXXXVIII; in haec verba his hominibus:[5]

Hac lege in reum testimonium dicere ne liceto, qui se ab eo parenteve eius, libertove cuius eorum libertive libertave liberaverit[6], quive impubes erit, quive [iudicio publico damnatus erit qui[7]] eorum in integrum restitutus non est, quive in vinculis custodiave publica erit, quive depugnandi causa auctoratus erit, quive ad bestias depugnare se locavit locaverit, praeterquam qui iaculandi causa ad urbem missus est erit, [quaeve] palam[8] corpore quaestum faciet feceritve, quive ob testimonium dicendum [vel non dicendum] pecuniam accepisse iudicatus erit, neve quis eorum hac lege in reum testimonium dicat[9].

(Capite octogesimo septimo his:[10])

Inviti in reum testimonium ne dicunto, qui sobrinus est ei reo propioreve cognatione coniunctus, quive socer gener vitricus privignusve[1] eius erit.

---

[1] *Cuiac.*: detur legetur. — ita detur legatum *delet Gradenwitz.* — [2] eisque *Mo.* — [3] *Delendam esse hanc vocem Mo. censet.* — [4] *Aut scr.* quam dare d. e. *aut haec quattuor verba delenda.* — [5] in haec verba his verbis hominibus *codd.*; in hoc vero his verbis his hominibus *Rudorff über den lib. de off. proc. p. 314.* — [6] libertive libertaue liberaverit] *Mo.*, libertus liberauerit *codd.* — [7] *E Dig. ins.* — [8] quaeve palam *D.*, palamve *Coll.* — [9] nec volens q. e. h. l. in r. t. dicit. — [10] homines *ins. libri, delet Mo.*

21. Lex Iulia de adulteriis a. 736 (= 18). (*e Dig.*).

E cap. I (*Ulpianus l. I de adulteriis*[2]: Haec verba legis:)

. . . ne quis posthac stuprum adulterium facito sciens dolo malo.

E cap. II (*Ulpianus l. I de adulteriis*[3]: Quod ait lex:)

[Pater si] in filia [sua quam in potestate habet, aut in ea, quae ⟨*eo*⟩[4] auctore cum in potestate esset, viro in manum convenerit,] adulterum [domi suae generive sui] deprehenderit, [isque in[5] eam rem socerum adhibuerit, [*lex permittit*] ut is pater eum adulterum sine fraude occidat, ita ut] in continenti filiam occidat.

E cap. V (*Ulpianus l. II ad l. Iuliam de adulteriis*[6]: Capite quinto legis Iuliae ita cavetur ut:

. . [viro adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere horas diurnas nocturnasque continuas non plus quam XX] testandae eius rei gratia [sine fraude sua iure liceto . .]

E cap. VII (*Ulpianus l. II de adulteriis*[7]: Legis Iuliae de adulteriis capite septimo ita cavetur:)

. . ne quis inter reos referat eum, qui tum sine detrectatione rei publicae causa aberit . .

E cap. inc. (*Ulpianus l. IV de adulteriis*[8]: — lex ita locuta est:)

. . . [qui uxorem in adulterio deprehensam retinuerit], adulterum in domo deprehensum dimiserit, . .

---

1) privignusque *codd.* — 2) *D. 48,5,13(12). Cf. Paul. in Coll. 4,2:* primum caput legis Iuliae de adulteriis prioribus legibus pluribus obrogat (abrogat *libri*); secundo vero capite permittit patri *cet.* — 3) *D. 48,5,24(23), pr. 4. Verba inclusa Paulus l. l. refert. Cf. Coll. 4,12,1. Paul. sent. 2,26,1.* — 4) *Ins. Pithoeus.* — 5) isque in *Schulting*, isve in *Mo.*, in quem *libri.* — 6) *D. 48,5,26(25), pr. 5 verba uncis inclusa postquam ad sententiam rettulit commentatusque est, pergit sic:* Quod adicitur: 'testandae' *cet.* — 7) *D. 48,5,16(15),1.2.* — 8) *D. 48,5,30(29), pr. Cf. Paul. sent. 2,26,8. Coll. 4,12,7.*

22. Lex Quinctia de aquaeductibus a. 745 (= 9)
(*e Frontino*).

Haec lex a Frontino in librum de aquis urbis Romae c. 129 recepta omnium populi Romani legum una integra cum plena praescriptione tradita est. Textum corruptum emendavit et supplevit Buecheler in ed. Frontini a. 1858, sed usus recognitione libri Casinensis non optima, quam emendavit explevitque Petschenig, Wiener Studien 6 (1884) p. 249 sq. Libri Casinensis imaginem phototypam edidit Clemens Herschel, The two books of the water supply of the city of Rome of Sextus Iulius Frontinus. Boston 1899.

T. Quinctius Crispinus consul[1] populum iure rogavit populusque iure scivit in foro pro rostris aedis divi Iulii p(ridie) k.[2] Iulias. Tribus[3] Sergia principium fuit, pro tribu S. Sex(tius) L. f. Virro[4]

Quicumque post hanc legem rogatam rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem ducuntur, sciens dolo malo foraverit ruperit foranda rumpendave curaverit peioremve[5] fecerit, quo minus eae aquae[6] earumve quae queat[7] in urbem Romam ire cadere fluere[8] pervenire duci[9] quove minus[10] in urbe Roma et in iis locis, quae[11] aedificia urbi continentia sunt erunt, in is hortis praediis locis, quorum hortorum praediorum locorum dominis possessoribus u(su)f(ructuariis)[12] aqua data vel adtributa est vel erit, saliat distribuatur dividatur in castella lacus inmittatur, is populo Romano [HS] centum milia dare damnas esto; et quidquid[13] eorum ita fecerit, id omne sarcire reficere restituere aedificare ponere tollere[14] demoliri[15] damnas esto sine dolo malo; eaque[16] omnia ita, ut coercenda multa dicenda

---

1) *In hiatu codicis trium* (*non octo*) *litterarum potest intercidisse* de s(enatus) s(ententia) *Mo.*; *immo noluit librarius in fine uersus spatium explere* (*Gundermann*). — 2) . P . R . *codex.* — 3) tribui *codex.* — 4) pro- tribus . sex . L . F . uirro . Quicumque *codex, explicavit Gundermann. — Cogitauerant de* Sex . Vibidio Virrone (*Prosopogr. imp. Rom. III p. 418, 373*) *et* primus sciuit *addiderant cum Brissonio.* — 5) *sc.* aquam (*Gundermann*); peioraue *Schultz.* — 6) eae aquae] eaea qua *cod.* — 7) queat *Gundermann*; qua *cod.*; pars *Buecheler*; quaqua *Mommsen ita ut cum edd. post* duci *adderent* possit. — 8) fluis *cod.* — 9) duei *cod.* — 10) manus *cod.* — 11) in iis locis quae] qua *Mommsen*; in iis locis aedificiis quae loca aedificia *Buecheler; sed quod sequitur* urbi continentia *solis aedificiis recte convenit.* — 12) possessoribus . U . F . *codex, explicavit Gundermann;* possessoribusve *edd. cum Pithoeo.* — 13) quidquid] *Mommsen, Röm. Strafrecht 1020,5;* quidāquid *cod.*; qui d(olo) m(alo) quid *Buecheler.* — 14) tollere] *Gundermann*; excidere *Mommsen*; et celere *cod.* — 15) demolire *cod.* — 16) eaque *Mommsen St.-R.* 2^3,*464 n. 2*; aquae *cod.*

sunt[1], quicumque curator aquarum est erit[2], si curator aquarum nemo erit, tum is praetor, qui inter cives et peregrinos ius dicet, multa[3] pignoribus cogito exerceto[4]; eique curatori aut, si curator non erit, tum ei praetori eo[5] nomine cogendi[6] pignoris capiendi ius potestasque esto[7]. Si quid eorum servus fecerit, dominus eius HS centum milia populo[8] d(are) d(amnas) e(sto)[9]. Si quis[10] circa rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem Romam ducuntur et ducentur, terminatus est et erit[11], neve[12] quis in eo loco post hanc legem rogatam quid opponito molito obsaepito figito statuito ponito conlocato arato serito[13] neve in eum quid immittito[14], praeterquam earum[15] faciendarum reponendarum causa, praeterquam quod hac lege licebit oportebit. Qui adversus ea quid fecerit, ei adversus eum[16] siremps lex ius[17] causaque omnium rerum omnibusque esto, atque uti esset esseve oporteret[18], si is adversus hanc legem rivum specum rupisset forassetve. Quo minus in eo loco pascere herbam fenum secare sentes [tollere liceat, e(ius) h(ac) l(ege) n(ihilum) r(ogato)[19]]. Curatores aquarum qui nunc sunt quique erunt [faciunto, ut in eo loco, qui] circa fontes[20] et fornices et muros[21] et rivos et specus terminatus est, arbores vites vepres sentes ripae maceriae[22] salicta

---

1) ita ut quicumque *codex*, *interiecta uerba ab exsilio* (*nota 6*) *revocavit Gundermann;* ita ut [recte factum esse volet], quicumque *Mommsen.* — 2) aut *addiderat Brissonius.* — 3) dicit multā *cod.* — 4) exercito *cod.*; coerceto *edd.* — 5) praetorio eo *cod.* — 6) cogē . Decoercenda . multa dicenda sunt . pignoris *codex, cf. nota 1;* cogendi coercendi multae dicendae sive pignoris *edd.* — 7) est *cod.* — 8) Romano *addiderat Buecheler, quem inconsulto reprehendit Hu.* (*Multa 260 n. 35*), *quod nunquam in legibus haec vox addita sit, quae in l. agr., l. Rubria, l. de Term., l. de imp. Vesp. saepissime occurrit; solam l. Iuliam munic. consuluisse videtur vir doctissimus.* — 9) d. d. e.] *Ursinus*; det *cod.* — 10) qui locus *Buecheler.* — 11) est et erit] *Buecheler*; steterit *cod.* — 12) neve *Gundermann*; neque *cod.* — 13) obponit . molit . obsepit . figit . statuit . ponit . conlocat . arat . serit . *cod.* — 14) immidtit *cod.* — 15) *scilicet* aquarum publicarum (*Gundermann*). — praeterquam rerum faciendarum reponendarum causa quod *Mommsen.* — 16) et adversus eum *cod.; delenda esse censet B.; ego cum Heinrichio* et *solum sustuli, cum* de eo siremps *in l. Rubr. 2,10.40 scriptum sit;* ei adversus eum (*scilicet* locum terminatum) *Gundermann coll. lege Acilia repet. 73.80 et lege Cornelia de XX quaest. I 39. II 2.* — 17) si rem publicam ex iussu *cod.* — 18) esseque oportere *cod.* — 19) *hiatus 15 litt. in cod.* — 20) qui nunc sunt . circa fontes quique erunt . *cod.*, *sententiam suppl. Buecheler.* — 21) et fortuni /// et murorum *cod.* — 22) maceria *cod.*

harundineta tollantur excidantur effodiantur excodicentur, uti quod recte[1] factum esse volet; eoque nomine iis pignoris capio multae dictio coercitioque esto[2], idque iis sine fraude sua facere licet⟨*o*⟩, ius potestasque esto[3]. Quo minus vites arbores, quae villis aedificiis maceriisve inclusae sunt, maceriae[4], quas curatores[5] aquarum causa cognita ne demolirentur dominis permiserunt, quibus inscripta insculptave[6] essent ipsorum qui permisissent curatorum nomina, maneant, hac lege nihilum rogat⟪i⟫o. Quo minus ex iis fontibus rivis specibus fornicibus aquam sumere haurire iis, quibuscumque curatores aquarum permiserunt permiserint, praeterquam rota calice machina licea⟨*t*⟩, dum ne qui puteus neque foramen novum fiat, eius hac lege nihilum rogato.

23. Lex Iulia a. 736 (= 18) et Papia Poppaea a. 8 p. C.

(*e Dig.*).

Harum legum auctore Augusto populo reluctante perlatarum (v. Rud. RG. 1,54) verba legitima pauca tantum nobis servata sunt. Ipsas componere et restituere temptaverunt: Iac. Gothofredus, fontes IV iur. civ. (1653) p. 264—350. Heineccius, ad leg. Iul. et P. P. (1726). den Tex, fontes III iur. civ. (1840) p. 31—40. Demelius, legum quae ad ius civ. spect. fragmenta (1857) p. 45—58. Numeri quos singulis capitibus praeposui sunt editionis Heineccianae.

(I) (*Paulus l. I ad l. Iuliam et Papiam*[7]: Lege Iulia ita cavetur:)

Qui senator est, quive filius, neposve ex filio, proneposve ex [nepote] filio nato cuius eorum est erit, ne quis eorum sponsam uxoremve sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quae ipsa cuiusve pater materve artem ludicram facit fecerit; neve senatoris filia, neptisve ex filio, proneptisve ex nepote filio nato nata[8] libertino eive, qui ipse cuiusve pater materve artem ludicram facit fecerit, sponsa nuptave sciens dolo malo esto, neve quis eorum dolo malo sciens sponsam uxoremve eam habeto.

(VI) (*Paulus l. II ad l. Iuliam et Papiam*[9]:)

Qui libertinos duos pluresve a se genitos[10] natasve in sua potestate habebit, praeter eum, qui artem ludicram fecerit quive operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locaverit: ne quis eorum operas doni muneris aliudve[1] quicquam libertatis causa patrono patronae liberisve eorum, de quibus iuraverit vel promiserit obligatusve erit, dare facere praestare debeto.

---

[1] rectum *cod.* — [2] capto multae dicipo //o//rcitiquesto *cod.* — [3] isto *sequente hiatu 12 litt. cod.* — [4] maceriaeve *Mommsen.* — [5] curatorum *cod.* — [6] ve *Mommsen.* que *cod.* — [7] *D. 23,2,44, pr.* — [8] *Del. Mo.* — [9] *D. 38,1,37, pr.* — [10] *Mo. coni.*: ex se (g)natos.

(XIII) (*Ulpianus l. III ad l. Iuliam et Papiam*[2]: Quod ait lex:)

Divortii faciendi potestas libertae, quae nupta est patrono, ne esto, quamdiu patronus eam uxorem esse volet . . [neve] invito patrono[3] [alii nubere potestas esto].

(XXXIV) (*Ulp. l. VII ad l. Iuliam et Papiam*[4]: Si vero — maritus dotalem servum voluntate eius (mulieris) manumiserit, — ait lex:)

. . . quod ad eum pervenit, et si dolo malo aliquid factum est, quominus ad eum perveniat, . . quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato[5].

24. Lex Iunia Vellaea, a. 28 p. C. (*e Dig.*).

Videtur haec lex novissima esse earum, quae ad populum latae sunt, scilicet imperante Tiberio a. 781 (28 p. C.). Cf. Mo. ad D. 26,2,10,2 et ad CIL V, 517 n. 4921. Restant frustula tantum quaedam in D. 28,2,29,12.14, quibus supplendis operam dederunt: Muehlenbruch (Glueck, 36,202—36), Vangerow (Pand. 2,220), Leist (bon. poss. 2,241), Schmidt (Notherbr. 30—34). Aliter ego e Dig. legem restituere conatus sum.

I. (*Scaevola l. VI quaest.*: Nunc de lege Vellea videamus, — et videtur primum caput eos spectare, qui *cet.* Ita verba sunt:)

Qui [civis Romanus post hanc legem rogatam[6]] testamentum faciet, is omnes virilis sexus, qui ei suus heres futurus erit[7], [heredes instituendi (nominatimve exheredandi) potestatem habeto[8]; quique heredes instituti (exheredative ita)[9] erunt, si nascentur testamentum ne rumpunto[10]] etiamsi parente vivo nascentur[11].

---

[1] aliudve doni muneris *coni. Mo.* — [2] *D. 24,2,11 pr. 1.* — [3] *Haec verba ex eodem Ulp. libro referuntur in D. 23,2,45,5, praemissis verbis:* Deinde ait lex, *quae explicantur principio eius loci.* — [4] *D. 24,3,64, pr. 6.7.10.* — [5] *Perperam editores in exordio citt. omnes hunc locum non de servo manumisso, sed de universa dote intellexerunt.* — [6] *Haec aut similia verba addenda suppeditat lex Falcidia, supra p. 110.* — [7] *In Dig. hic additur* et cetera, *tunc sequuntur capitis verba extrema* etiamsi *cet.* — [8] *L. 29 cit. § 15:* superiore capite ut liceat institui nondum natos, qui cum nascentur sui erunt, permittit (lex). — [9] *D. 28,3,3,1:* qui post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleam rumpere testamentum prohibentur, si nominatim sint exheredati. — [10] *D. 28,5,6,1:* nepotes et deinceps ceteri, qui ex lege Vellea instituti non rumpunt testamenta. — [11] *Flor. corrupte:* vovente patre vivo. *Mo. haec verba ad legem*

II. Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit, liberi eius[1] [vel nepotes pronepotes[2], qui heredes instituti nominatimve exheredati erunt, testamentum ne rumpunto, neve id ob eam rem minus ratum esto, quod] in locum suorum sui heredes succedunt[3].

25. Minora legum incertarum fragmenta.

a) Fragmenti Florentini pars antica.

𝕮 1,207. 208 [1^2,]. *Ri. tab. 3 A et B. Quo loco et tempore repertum sit hoc fragmentum lamminae aheneae ignoratur, hodie Florentiae adservatur. Leges inscriptas aetatis fere Gracchanae esse e scriptura collegit Mo., ad quaestiones perpetuas eas pertinere argumentum ostendit.*

. . *p*]ronontiat[*o* . .
. . scripta sunt an . .
. . eorum, quosve is p . .
. . *p*]equniam ceperit ca . .
. . ceperit, quoive eius, qu . .
. . a erit literaive testium . .
. . *e*]xemptus erit quei ab eo . .
. . *damn*]as esto eiusque pequnia[*e* . .
. . quam ex h. l. sibei deica[*t* . .
. . facito utei is eam pequ[*niam* . .
. . *ut*]ei ex h. l. oportebit quod e . .
. . pr. h. l. a*g*etur[4] non sit a . .
. . *e*]t eum unde petetur e . .
. . *p*]etiverit condemnatu[*r* . .
. . *i*]n iudiciu[*m* . .

b) Fragmenti Florentini pars postica[5].

. . *iudic*]is omnis iur[*are iubeto* . .

---

pertinere negat, at cf. § 11: voluit (lex) vivis nobis natos — non rumpere. *§ 15:* isque nascatur vivo patre suo.

1) *In Dig. hic ut not. 2 additur* et cetera, *tum sequuntur capitis verba extrema:* in locum *cet.* — 2) *L. 29 cit. § 13:* sequenti parte — ita interpretandum est, ut si et filium et nepotem et pronepotem habeas *cet.* — 3) *L. 29 § 15:* posteriore capite non permittit institui, sed vetat rumpi neve ob eam rem minus ratum esset, quod succedit; *D. 28,3,13:* nominatim — nepotem — necesse est — instituere vel exheredare ne — succedendo — rumpat, — idque lege Iunia Vellea provisum est. — 4) acetur. — 5) *Scripsit de hac parte Rudorff, lex Acil. p. 485—487.*

. . esi easque pilas[1] om[*nes* . .
. . ntur aequenturqu[*e* . .
. . pr(aetor) facito ubei pilae o[*mnes aequatae* . .
. . sorticolis singolis sing[*illatim* . .
. . *quoius nomen ibe*]i scriptum erit, eius nom[*en pronontiato* . .
. . *quoius nomen ex h.*] l. pronontiatum erit, eu[*m* . .
tabol]amque, quae in tribun[*ali* . .
pr(*aetor*)] aliter ea nei deleto neiv[*e*
. . *pr. iud*]ices omnia ita sortiri iu[*beto* . .
. . *sentent*]iam tolerint, quom omni[*s iudices adfuerint* . .
. . mat in eam tabolam qu[*ae in eo tribunali* . .
. . *in quibus pileis li*]terae duae aut nulla au[*t* . .
. . e[*r*]unt, in quibus pileis li[1][*terae* . .
. . *iu*]dicis siet h. l. eas pilas om[*nes* . .
. . oportebit tum . .

c) Fragmentum Clusinum.

ℭ 1,209 [*1*²,]. *Lamella ahenea Clusii* (*hodie Chiusi*) *in Etruria reperta, postea deperdita*, *a Gorio* (*inscr. Etrusc.*) *1726 edita indeque a Mo. desumpta.*

. . queis m. ulaium eius[2] . .
. . oque utei ea fima f[2] primo [*quoque die* . .
. . *bo*]neis praedibusve eius ex [*h. l. venditis* . .
. . t quoque uxorei mati . .
. . *quoius o*]pera maxume eum reum [*condemnatum esse* . .
. . t eique eam pequniam p[*ersolvito* . .
. . *q*]uoius h. l. quaestio erit. co[*ndemnato* . .
. . *quoi*]ve ipse parens sit, quove . .
. . *p*]equnia quae de ea re ex n . .
i f d d[2]

---

1) *De pilis iudicum Ascon. in Milon. p. 34* (*Or. 40*) *haec habet:* (Lex Pompeia) iubebat, ut — coram accusatore ac reo pilae, in quibus nomina iudicum inscripta essent, aequarentur; dein — sortito iudicum fieret, — ita ut numerus iudicum LI relinqueretur. *Ad quos LI iudices Klenze* (*Lex Servil. p. IV*) *litteras extremas versus 14 huius fragmenti* LI *referre voluit, quem refellit Mo. In Ritschelii tabula* EI *potius quam* LI *scriptum videtur.* — 2) *Corruptos hos versus ne Mo. quidem temptare voluit.*

d) Fragmentum Mediolanense.

ℭ 1,556 n. 1502 [1^2,]. *Lamella aerea Mediolani in bibliotheca Trivultiana adservata; quae et ubi quandoque reperta sit et cui legi adtribuenda, incertum est.*

. . . .
squei . .
adversus h. l[*egem* . . . . *quod quis-*]
que adversus [*h. l. fecerit . . ei multa esto HS . . eiusque pecuniae*]
qui volet acti[*o esto* . . . . *eamque pecuniam vel*]
populi iudicio [*petere vel*[1] *in sacrum iudicare liceto*].
Quod quisque [*huius rogationis ergo adversus alias rogationes . . .*]
fecerit, du[*m ne* . .
is ro[*gato*.
. . . .

^{VI} 26. Lex convivalis quae dicitur Tappula
(aetatis forte Augusti).

Dess. 8761. E tabula ahenea a. 0,14 m., l. 0,11 m., mutila undique, rep. a. 1882 Vercellis. Edd. Mo. bull. dell' ist. di corr. arch. 1882 p. 186, Kiessling index schol. Gryph. 1884/85 p. IV, Pernice Z.S.St. 7,91. Pais ℭ suppl. Ital. 1 n. 898 [^{VII} *Premerstein, Hermes 39,327; Marx, Lucilius II p. 415*]. — *Leges convivales fictis nominibus iocose imitabantur formas legum publicarum populi Romani; cf. Festus p. 363:* Tappulam legem convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius m[*eminit*] Lucilius hoc modo: Tappulam rident legem conscre opimi. — *Nominibus quoque helluones indicari facile perspicies.*

[*Lex*] Tappula .
. . . ius[2] Tapponis f. Tappo cis[*tella*]
[*posita ad e*]dicta conlegarum eoru[*m ad*
quos e(*a*) *r*(*es*) *p*(*ertinet*)] M. Multivori P. Properoc[*i*[3] . . . .
. . . . *Me*]ronis plebem Romanam [*iure*
rogavit, pl]ebesque Romana iure sciv[*it* . . . .
. . . *in ae*]de Herculis a. d. XI k. Unde[*cembres*
primus pro trib]u Satureia principi[*o scivit*
. . . . .[2] *Ta*]pponis f. pane repeti[*to*]
. . . . e qui quaeve . . . . . .

---

1) petere in — liceto *proponit Seckel.* — 2) [L. Valer]ius *Dess.* — 3) Procerocibi *Hirschfeld.*

CAPUT IV.

LEGES COLONIARUM ET MUNICIPIORUM.

[Leges coloniarum et municipiorum quae supersunt hoc capite proponuntur coniunctae propter argumenti similitudinem. Sunt autem fere ex eo genere legum, quod prope accedit ad edictum praetoris (*cf. Staatsrecht* 2^3, *609*); quales fuerunt Campanis civibus Romanis factis leges datae a L. Furio praetore a. 436 (= 318); (*Liv. 9,20,5*). Nam datam esse legem coloniae Genetivae a dictatore Caesare Antoniove, non latam ipsa ait c. 67, nec dubium est idem obtinere de lege quae sequitur, quam coloniae Narbonensi et simul universae provinciae posuit ut videtur imperator Caesar Augustus. Item leges Flaviae municipiorum Latinorum Hispaniae ad eundem ordinem pertinent. Th. M.] [^{VII} *Cf. Mo. eph. ep. 9 p. 5.*]

^{VII} 27. Lex Tarentina (aetatis Ciceronianae).

Dess. 6086. E tabula ahenea, reperta Tarenti a. 1894, nunc Neapoli in museo asservata. — Fuit tabula nona legis municipio Tarentino datae ab eo qui constituit municipium, cf. Mo. l. c. p. 3; aetatem Ciceronianam indicant et orthographia et sermo; pagina prior ex sex fragmentis integra fere composita est, paginae alterius versuum initia quaedam supersunt. — Descr. qui repp. Viola, edd. Gatti Monum. dell' acc. dei Lincei 6,411 cum comm. Scialojae et J. de Petra; Scialoja repetivit Bull. dell' ist. di dir. Rom. 9,1 sq. 88, deinde Mo. (cum revidisset Hermannus Schoene) Ephem. epigr. 9,1 sqq.

1 . ne[1] esse liceat neive qu[*is*] quod eius municipi pequniae publicae
2 sacrae ° religios⟪s⟫ae est erit fra[*u*]dato neive av[*o*]rtito neive facito
3 quo eorum ° quid fiat, neive per li[*tt*]eras publicas fraudemve[2] publicum
4 peius ° facito d(olo) m(alo). Quei faxit, quant[*i*] ea res erit quadru-
5 plum multae esto, ° eamque pequniam mu[*n*]icipio dare damnas esto
6 eiusque pequniae ° magistratus quei quomque in municipio erit petitio exactioque esto.

7 IIIIvir(ei) aedilesque 3) quei h. l. primei erunt quei eorum Ta-
8 rentum venerit, ° is in diebus XX proxumeis quibus post h. l. datam

---

1) *Capitis de peculatu finis; cf. legem peculatus D. 48,13,1.* — 2) per li[tt]eras . . fraudemve . . facito] fraudemve ⟨*aurum argentum aes*⟩ publicum peius fiat *Scialoja l. c. coll. D. 48,13,1.* — *'Sed cum in lege col. Gen. c. 81 legatur:* neque se fraudem per litteras facturum esse . . *tolerabimus quae traduntur'* (*Mo. l. c.*). *Excidisse quaedam censet Dessau.* — *Fortasse scribendum est:* neive per litteras publicas fraudem ⟨*facito nei*⟩ve publicum peius facito d. m. — 3) *Magistratuum nomina passim mutantur:* IIIIvir IIvir aedilisve *l. 39*; IIvir aed. ve *l. 14*; IIIIvir *l. 9. 12.* *Haec nomina Tarenti vix in usu fuisse putat Dessau l. c.*

primum Tarentum venerit ° facito quei pro se praes stat[1] praedes 9
praediaque ad IIIIvir(os) det quod satis ° sit, ‘quae pequnia public[*a*
sa]cra religiosa eius municipi ad se in suo magistratu’ ° ‘pervenerit, 10 11
eam pequni[*a*]m municipio Tarentino salvam recte esse futur[*a*]m’,
‘eiusque rei rationem r[*ed*]diturum ita utei senatus censuerit’. Is- 12
que IIIIvir, ° quoi ita praes dabitur, ac[*c*]ipito idque in tabu[*leis* 13
p]ubliceis scriptum sit ° facito. Quique quomqu[*e*] comitia duovireis 14
a[*ed*]ilibusve rogandeis ° habebit, is antequam maior pars curiarum 15
quemque eorum quei ° magistratum eis comitieis petent renuntiabit, 16
ab eis quei petent praedes ° quod satis sit accipito, ‘[*q*]uae pequnia 17
publica sacra religiosa eius municipi’ ° ‘[*ad*] quemque eorum in eo 18
magistratu pervenerit, eam pequniam municipio’ ° ‘Tarentino salvam 19
rec[*te*] ess[*e futu*]ra[*m, ei*]usque rei ration[*e*]m redditurum’ ° ‘ita utei 20
senatus ce[*nsu*]erit’, [*i*]dque in [*tabul*]eis publiceis scriptum sit facito, ° quodque [*quoi*]que neg[*oti pub*]lice in m[*unicipi*]o de s(enatus) 21
s(ententia) datum erit negotive ° publicei gesserit pequniamque publicam [*deder*]it exegerit, is quoi ita negotium ° datum erit negotive 22 23
quid publice gesser[*it*] pequniamve publicam dederit ° exegerit, eius 24
rei rationem senatui reddito refertoque in di[*eb*]us X proxume[*is*]
° quibus senatus eius municipi censuer[*i*]t sine d(olo) m(alo). 25

Quei decurio municipi Tarentinei est erit queive in municipio Ta- 26
renti[*no in*] ° senatu sententiam deixerit, is in o[*pp*]ido Tarentei aut 27
intra eius muni[*cipi*] ° fineis aedificium quod non minu[*s*] MD tegu- 28
larum tectum sit habeto [*sine*] ° d(olo) m(alo). Quei eorum ita aedi- 29
ficium suom non habebit seive quis eorum ° aedificium emerit man- 30
cupiove acceperit quo hoic legi fraudem f[*axit*], ° is in annos singulos 31
HS n. IↃↃ municipio Tarentino dare damnas esto.

Nei quis in oppido quod eius municipi e[*r*]it aedificium detegito 32
neive dem[*olito*] ° neive disturbato nisei quod non deterius restitu- 33
turus erit nisei d[*e*] s(enatus) s(ententia). ° Sei quis adversus ea faxit, 34
quant[*i*] id aedificium f[*u*]erit, tantam pequni[*a*]m ° municipio dare 35
damnas esto eiusque pequniae [*qu*]ei vol[*e*]t petiti[*o*] est. ° Magi. 36
quei exegerit dimidium in [*p*]ublicum referto dimidium in l[*u*]deis
quos ° publice in eo magistratu facie[*t*] consumito, seive ad monu- 37
mentum suom ° in publico consumere volet l[*icet*]o, idque ei s(ine) 38
f(raude) s(ua) facere liceto.

Sei quas vias fossas cloacas IIIIvir IIvir aedilisve eius municipi 39 caussa ° publice facere immittere commutare aedificare munire volet, intra ° eos fineis quei eius municipi erun[*t*], quod eius sine iniuria fiat, id ei facere ° liceto.

---

[1] *Mo. confert* manceps, idem praes; *Fest. v.* manceps *p. 151.*

Quei pequniam municipio Tarentin[*o*] non debebit sei quis eorum quei ° municeps erit neque eo sexennio [*p*]roxumo, quo exeire volet, duovirum [2].

28. Lex coloniae Genetivae Iuliae s. Ursonensis a. 710 (= 44).

Œ 2s, 5439. Dess. 6087. Colonia civium Romanorum Genetiva Iulia iussu Caesaris a. 710 a M. Antonio Ursonem (*hodie Osuna*) *deducta est, quam civitatem Hispaniae ulterioris verisimile est sublatam esse, quod in bello civili Pompeii partes secuta pertinaciter adversus Caesarem dimicaverat* (*bell. Hisp. c. 22.26. 28.41.42*). — *Lex ab Antonio coloniae data tabulis non minus octo inscripta fuit, capita plus 134 continens in tabularum margine numeris* [*VII postea adiectis: Dess. Bormannheft p. 11. 14*] *notata. Supersunt legis tabulae quattuor, quarum tertia integra est, licet media diffracta, alta m. 0,62, lata 1,62, quinque paginis scripta, ceterae ternas tantum continent binis ut videtur effractis. Servata sunt in tab. I c. 61—69, in tab. II c. 69—82, in tab. III c. 91—106, in tab. IV c. 123—134. Tab. III et IV repertae a. 1870 adservabantur Malacae in domo marchionis de Casa Loring, tab. I et II repertae a. 1874 Matriti in museo regio archaeologico* [*VII ubi hodie etiam tab. III et IV*]. *Editae et illustratae sunt in Hispania a M. R. de Berlanga, advocato Malacitano, Malacae 1873. 1876; in Germania a Mo. et Huebner in Eph. ep. 2,105.221; 3,87* (*quas editiones equidem repetivi in ZRG. 12,82; 13,383*)*; in Gallia a C. Giraud, Par. 1874. 1877. Disposui et signavi tabulas et paginas ad ordinem capitum; editioni Mo. et Huebneri priori haec mea sic respondet.*

ego	*Mo. et Hue.*
tab. I col. 3	*tab. IV pag. 9*
col. 4	*pag. 10*
col. 5	*pag. 11*
tab. II col. 1	*tab. V pag. 12*
col. 2	*pag. 13*
col, 3	*pag. 14*
tab. III col. 1	*tab. I pag. 1*
col. 2	*pag. 2*
col. 3	*pag. 3*

---

1) privatorum *inserit Scialoja.*

2) *Explicit pagina prior; alterius supersunt versuum initia ex quibus haec ultimorum versuum afferre placet:* | testamento . . | facto mor[*tu* . . .] | oporteret . . | item iei omn[*es*] . . | sei ceivitate . . . | frau[*de*] | a qu[*o*] . . . | eode[*m*] . . . | fine . . . | iuris . . . | de ite.

col. 4	*tab. II pag. 4*
col. 5	*pag. 5*
tab. IV col. 1	*tab. III pag. 6*
col. 2	*pag. 7*
col. 3	*pag. 8*

(desunt tabulae c. quattuor et primae quae hodie est columnae duae.)

c. c. G. I. = c(oloni) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae).

Tab. I. col. 3. [LXI. .... *Cui quis ita ma*]num inicere iussus erit, iudicati iure manus iniectio esto itque ei s(ine) f(raude) s(ua) facere liceto. Vindex arbitratu IIviri qui⟪q⟫ue i(ure) d(icundo) p(raerit) locuples esto. Ni vindicem dabit iudicatum⟪q⟫ue faciet, secum ducito. Iure civili vinctum habeto. Si quis in eo vim faciet, ast eius vincitur [1], dupli damnas esto colonis(que) eius colon(iae) HS ccIↄↄ ccIↄↄ [2] d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae cui volet petitio, IIvir(o) qui⟪q⟫ue i(ure) d(ic.) p(raerit) exactio iudicatioque esto [3].

LXII. IIviri quicumque erunt, ii⟨*s*⟩ IIvir⟨*i*⟩ in eos singulos lictores binos, accensos sing(ulos), scribas binos, viatores binos, librarium, praeconem, haruspicem, tibicinem habere ius potestasque esto. Quique in ea colonia aedil(es) erunt, iis aedil(ibus) in eos aedil(es) sing(ulos) scribas sing(ulos), publicos cum cincto limo IIII, praeconem, haruspicem, tibicinem habere ius potestasq(ue) esto. Ex eo numero, qui eius coloniae coloni erunt, habeto. Iisque IIvir(is) aedilibusque, dum eum mag(istratum) hab(ebunt), togas praetextas, funalia, cereos habere ius potestasq(ue) esto. Quos quisque eorum ita scribas lictores accensos viatorem tibicinem haruspicem praeconem habebit, iis omnibus eo anno, quo anno quisque eorum apparebit, militiae vacatio esto, neve quis eum eo anno, quo ma*g*(istratibus) apparebit, invitum militem facito neve fieri iubeto neve eum

---

1) *Cf.* αἴ ϰα νιϰαϑῇ *legum Gortyniarum I, 22; Buecheler, Rh. Ph. 40,476 sq.* — 2) *i. e. XX milia sestertium.* — 3) *De interpretatione huius capitis cf. Exner, ZRG. 13,392.*

cogito neve ius iurandum adigito neve adigi iubeto neve sacramento rogato neve rogari iubeto, nisi tumultus Italici Gallicive causa. Eisque merces in eos singul(os), qui IIviris apparebunt, tanta esto: in scribas sing(ulos) HS cIↃ cc, in accensos sing(ulos) HS dcc, in lictores sing(ulos) HS dc, in viatores sing(ulos) HS cccc, in librarios sing(ulos) HS ccc, in haruspices sing(ulos) HS d, praeconi HS ccc, qui aedilib(us) appareb(unt): in scribas sing(ulos) HS dccc, in haruspices sing(ulos) HS c[1], in tibicines sing(ulos) HS ccc, in praecones sing(ulos) HS ccc. col. 4 [2]Iis s(ine) f(raude) s(ua) kapere liceto.

LXIII. IIviri, qui primi ad pr. k. Ianuar. mag(istratum) habebunt, apparitores totidem habento, [3]sing(ulis) apparitores ex h. l. habere licet⟪o⟫. Iisque apparitorib(us) merces tanta esto, quantam esse oporteret, si partem IIII anni a*ppar*uissent[4], ut pro portione, quam diu apparuissent[5], mercedem pro eo kaperent, itque iis s. f. s.[6] c(apere) l(iceto).

LXIIII. IIviri quicumque post colon(iam) deductam erunt, ii in diebus X proxumis, quibus eum mag(istratum) gerere coeperint, at decuriones referunto, cum non minus duae partes aderint, quos et quot dies festos esse et quae sacra fieri publice placeat et quos ea sacra facere placeat. Quod ex eis rebus decurionum maior pars, qui tum aderunt, decreverint statuerint, it ius ratumque esto, eaque sacra eique dies festi in ea colon(ia) sunto.

LXV. Quae pecunia poenae nomine ob vectigalia, quae colon. G. Iul. erunt, in publicum redacta erit, eam pecuniam ne quis erogare neve cui dare neve attribuere potestatem habeto nisi at ea sacra, quae in colon(ia) aliove quo loco colonorum nomine fia⟨*n*⟩t, neve quis aliter eam pecuniam s. f. s.[6] kapito, neve[7] quis de ea pecunia ad decuriones referundi neve quis de ea pecunia sententiam dicendi ius potestat(em)-

---

[1] *Mo. corr.* D *ut v. 36.* — [2] *Mo.* Itque iis *ut v. 9.* — [3] quot *ins. Mo.* — [4] arripuissent. — [5] apparuissint. — [6] s(ine) f(raude) s(ua). — [7] nive.

que habeto. Eamque pecuniam ad ea sacra, quae
in ea colon(ia) aliove quo loco colonor*um*[1] nomine
fient, IIviri s(ine) f(raude) s(ua) dato attribuito itque ei facere
ius potestasq(ue) esto. Eique cui ea *p*ecunia dabi-
tur s(ine) f(raude) s(ua) kapere liceto.

LXVI. Quos pontifices quosque augures G. Caesar, quive
iussu eius colon(iam) deduxerit, fecerit ex colon(ia) Ge-
net(iva), ei pontifices eique augures c. G. I. sunto, eiq(ue)
pon*ti*[*fi*]ces[2] auguresque in pontificum augu-
rum conlegio in ea colon(ia) sunto, ita uti qui
optima lege optumo iure in quaque colon(ia)
pontif(ices) augures sunt erunt. Iisque pontificibus
auguribusque, qui in quoque eorum collegio
erunt, liberisque eorum militiae munerisq-
col. 3 ue publi*ci*[3] vacatio sacro sanctius[4] esto uti pon-
tifici Romano est erit, ⟨*a*⟩e⟨*r*⟩aque militaria ei omni-
a merita sunto. De auspiciis quaeque ad eas res per-
tinebunt augurum iuris dictio iudicatio esto. Eis-
que pontificib(us) auguribusque ludis, quot publice ma-
gistratus facient, et cum ei pontific(es) augures sa-
cra publica c. G. I. facient, togas praetextas haben-
di ius potestasq(ue) esto, eisque pontificib(us) augurib(us)-
q(ue) ludos gladiatoresq(ue) inter decuriones specta-
re ius potestasque esto.

LXVII. Quicumque pontif(ex) quique augur⟪es⟫ c. G. I. post h(anc) l(egem) da-
tam in conlegium pontific(um) augurumq(ue) in demor-
tui damnative loco h(ac) l(ege) lectus cooptatusve erit,
is pontif(ex) augurq(ue) in c(olonia) Iul(ia) in conlegium pontifex
augurq(ue) esto, ita uti qui optuma lege in quaque
colon(ia) pontif(ices) auguresq(ue) sunt erunt. Neve quis
quem in conlegium pontificum kapito suble-
gito cooptato nisi tunc cum minus tribus pon-
tificib(us) ex iis, qui c. G. sunt, erunt. Neve quis quem
in conlegium augurum sublegito cooptato ni-
si tum cum minus tribus auguribus ex eis, qui
colon(iae) G(enetivae) I(uliae) sunt, erunt.

---

[1] colonori. — [2] ponii//ces. — [3] publice. — [4] *fortasse* sancta.

LXVII⟨I⟩. IIviri praef(ectus)ve comitia pontific(um) augurumq(ue), quos h(ac) l(ege) habere[1] oportebit, ita habeto, prodicito[2], ita uti IIvir(um) creare facere sufficere h(ac) l(ege) o(portebit).

LXIX. IIviri qui post colon(iam) deduc*t*am[3] primi erunt, iei[4] in suo mag.[5] et quicumq(ue) IIvir(i) in colon(ia) Iul(ia) erunt, ii in diebus LX proxumis, quibus eum mag(istratum) gerere coeperint, ad decuriones referunto, cum non minus XX aderunt, uti redemptori redemptoribusque, qui ea redempta habebunt quae ad sacra res(que) divinas opus erunt, pecunia ex lege locationis adtribuatur solvaturq(ue). Neve quisquam rem aliam at decuriones referunto neve quot decurionum decret(um) faciunto antequam eis redemptoribus pecunia ex lege locationis attribuatur solvaturve d. d.[6], dum ne minus XXX atsint, cum e(a) r(es) consulatur. Quot ita decreverint, ei IIvir(i) redemptori redemptoribus attribuendum solvendumque curato, dum ne ex ea pecunia solvant adtribuant, quam pecuniam ex h(ac) l(ege) [*ad e*]a sacra, quae in colon(ia) aliove quo loco publice fiant, dari adtribui oportebit.

Tab. II. col. 1.

[*L*]XX. IIviri quicu[*m*]que erunt ei[7] praeter eos, qui primi post h. l. [*fa*]cti erunt, ei in suo mag(istratu) munus ludosve scaenicos Iovi Iunoni Minervae deis deabusq(ue) quadriduom m(aiore) p(arte) diei, quot eius fieri *pote*rit[8], arbitratu decurionum faciunto inque eis ludis eoque munere unusquisque eorum de sua pecunia ne minus HS ∞ ∞ consumito et ex pecunia publica in sing(ulos) IIvir(os) d(um) t(axat) HS ∞ ∞ sumere consumere liceto, itque eis s(ine) f(raude) s(ua) facere liceto, dum ne quis ex ea pecun(ia) sumat neve adtributionem faciat, quam pecuniam h(ac) l(ege) ad ea sacra, quae in colon(ia) aliove quo loco public⟪a⟫e fient, dari adtribui oportebit.

---

[1] *Scr.* facere. — [2] prodigito. — [3] deduciam. — [4] iei *del. Witte.* — [5] mag(istratu). — [6] d(ecurionum) d(ecreto). — [7] *del. Dessau.* — [8] oportebit.

LXXI. Aediles quicumq(ue) erunt in suo mag(istratu) munus ludos scaenicos Iovi Iunoni Minervae triduom maiore parte diei, quot eius fieri poterit, et unum diem in circo aut in foro Veneri faciunto, inque eis ludis eoque munere unusquisque eorum de sua pecunia ne minus HS ∞ ∞ consumito deve publico in sing(ulos) aedil(es) HS ∞ sumere liceto, eamq(ue) pecuniam IIvir praef(ectusve) dandam adtribuendam curanto itque iis s(ine) f(raude) s(ua) c(apere) liceto.

LXXII. Quotcumque pecuniae stipis nomine in aedis sacras datum inlatum erit, quot eius pecuniae eis sacri《i》s superfuerit, quae sacra, uti h(ac) l(ege) d(ata) oportebit, ei deo deaeve, cuius ea aedes erit, facta ⟨*fuer*⟩i⟨*n*⟩t[1], ne quis facito neve curato neve intercedito, quo minus in ea aede consumatur, ad quam aedem ea pecunia stipis nomine data conlata erit, neve quis eam pecuniam alio consumito ne[*ve*] quis facito, quo magis in col. 2. alia re consumatur.

LXXIII. Ne quis intra fines oppidi colon(iae)ve, qua aratro circumductum erit, hominem mortuom inferto neve ibi humato neve urito neve hominis mortui monimentum aedificato. Si quis adversus ea fecerit, is c. c. G. Iul. HS Iↄↄ d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae cui volet petitio persecutio exactioq. esto. Itque quot inaedificatum erit IIvir aedil(is)ve dimoliendum curanto. Si adversus ea mortuus inlatus positusve erit, expianto uti oportebit.

LXXIV. Ne quis ustrinam novam, ubi homo mortuus combustus non erit, prop《r》ius oppidum passus D facito. Qui adversus ea fecerit, HS Iↄↄ c. c. G. Iul. d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae cui volet petitio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXV. Ne quis in oppido colon(ia) Iul(ia) aedificium detegito neve demolito neve disturbato, nisi si praedes

---

[1] *Supplet Dessau.*

IIvir(um) arbitratu dederit *se* re*da*edificaturum[1], aut nisi decuriones decreverint, dum ne minus L adsint, cum e(a) r(es) consulatur. Si quis adversus ea fece⟨*rit*⟩, q. e. r. e., t. p. c. c. G. Iul. d. d. e., eiusq.[2] pecuniae qui volet petitio persecutioq(ue) ex h. l. esto.

LXXVI. Figlinas teglarias maiores[3] tegularum CCC tegulariumq(ue) in oppido colon(ia) Iul(ia) ne quis habeto. Qui habuerit it⟪a⟫ aedificium isque locus publicus colon. Iul(iae) esto, eiusq(ue) aedificii[4] quicumque in c(olonia) G. Iul. i. d. p., s. d. m.[5] eam pecuniam in publicum redi*gi*to[6].

LXXVII. Si quis vias fossas cloacas IIvir aedil(is)ve publice facere inmittere commutare aedificare munire intra eos fines, qui colon(iae) Iul(iae) erunt, volet, quot eius sine iniuria privatorum fiet, it is facere liceto.

LXXIIX. Quae viae publicae itinerave publica sunt ⟪fu⟫erunt intra eos fines, qui colon(iae) dati erunt, quicumq(ue) limites quaeque viae quaeque itinera per eos agros sunt erunt fueruntve[7], eae viae eique limites eaque itinera publica sunto.

LXXIX. Qui fluvi rivi fontes lacus aquae stagna paludes sunt in agro, qui colon(is) h[*ui*]usc(e) colon(iae) divisus erit, ad eos rivos fontes lacus aquasque stagna paludes itus actus aquae haustus iis item esto, qui eum agrum habebunt possidebunt, uti iis fuit, qui eum agrum habuerunt possederunt. Itemque iis, qui eum agrum habent possident habebunt possidebunt, itineris aquarum lex iusque esto.

col. 3.

LXXX. Quot cuique negotii publice in colon(ia) de decur(ionum) sententia datum erit, is cui negotium datum erit eius rei rationem decurionib(us) reddito referto que in dieb(us) CL proximis ⟨*quibus*⟩ it negotium confecerit quibusve it negotium gerere desierit, quot eius fieri poterit s(ine) d(olo) m(alo).

---

[1] reraedificaturum. — [2] q(uanti) e(a) r(es) e(rit) t(antam) p(ecuniam) c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Iul(iae) d(are) d(amnas) e(sto) eiusq(ue). — [3] maioris. — [4] *Excidisse talia:* qui volet petitio esto, quantique ea res erit, *proponit Mo. l. l. p. 112.* — [5] i(ure) d(icundo) p(raeerit), s(ine) d(olo) m(alo). — [6] redicito. — [7] *Pro verbis* quicumq(ue) — fueruntve *Mo. proponit:* quique limites per eos agros sunt erunt (*cf. p. 97*).

LXXXI. Quicumque IIvir(i) aed(iles)ve colon(iae) Iul(iae) erunt, ii scribis suis, qui pecuniam publicam colonorumque rationes scripturus erit, antequam tabulas publicas scribet tractetve in contione palam luci nundinis in forum ius iurandum adigito per Iovem deosque Penates ‘sese pecuniam pu‘blicam eius colon(iae) concustoditurum rationes‘que veras habiturum esse, u. q. r. f. e. v.[1] s(ine) d(olo) m(alo), ne‘que se fraudem per litteras facturum esse sc(ientem) ‘d(olo) m(alo)’. Uti quisque scriba ita iuraverit, in tabulas publicas referatur facito. Qui ita non iuraverit, is tabulas publicas ne scribito neve aes apparitorium mercedemque ob e(am) r(em) kapito. Qui ius iurandum non adegerit, ei HS Iↄↄ multa⟪e⟫ esto, eiusq(ue) pecuniae cui volet petitio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXXII. Qui agri quaeque silvae quae(que) aedificia c(olonis) c. G. I. quibus publice utantur, data adtributa erunt, ne quis eos agros neve eas silvas vendito neve locato longius quam in quinquennium, neve ad decuriones referto neve decurionum consultum facito, quo ei agri eaeve silvae veneant aliterve locentur. Neve si venierint, itcirco minus c. G. Iul. sunto. Quique iis rebus fructus erit, quot se emisse dicat, is in iuga sing(ula) inque annos sing(ulos) HS. C c(olonis) c. G. Iul. d(are) d(amnas) [*esto, eiusque pecuniae cui volet petitio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.*

(*Desunt tabulae hodie secundae columnae duae.*)

XCI. [*Si quis ex hac lege decurio augur pontifex coloniae G(enetivae) Iul(iae) factus creatusve*]

tab. III. col. 1. erit, tum quicumque decurio augur pontifex huiusque col. domicilium in ea col. oppido propiusve it oppidum p(assus) ∞ non habebit annis V proxumis, unde pignus eius quot satis sit capi possit, is in ea col(onia) augur pontif(ex) decurio ne esto qui⟨*q*⟩ue IIviri in ea col(onia) erunt, eius nomen de decurionibus sacerdotibusque de tabulis publicis eximendum curanto, u. q. r. f. e. v.[1], idq(ue) eos IIvir(os) s. f. s. f. l.[2]

---

[1] u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet).

XCII. IIviri quicumque in ea colon. mag.[3] habebunt, ei de legationibus publice mittendis ad decuriones referunto, cum m. p. decurion.[4] eius colon(iae) aderit, quotque de his rebus maior pars eorum qui tum aderunt constituerit, it ius ratumque esto. Quamque legationem ex h. l. exve d(ecurionum) d(ecreto), quot ex h. l. factum erit, obire oportuerit neque obierit qui lectus erit, is pro se vicarium ex eo ordine, uti hac lege de.ve ⟨*d.*⟩ d. o.[5], dato. Ni ita dederit, in res sing(ulas), quotiens ita non fecerit, HS ccIɔɔ colon(is) huiusque colon(iae) d. d. e.[6], eiusque pecuniae cui volet petitio persecutioque esto.

XCIII. Quicumque IIvir post colon. deductam factus creatusve erit quive praef(ectus) qui ab IIvir(o) e lege huius coloniae relictus erit, is de loco publico neve pro loco publico neve ab redemptor*e*[7] mancipe praed(e)ve donum munus mercedem aliutve quid kapito neve accipito neve facito, quo quid ex ea re at se suorumve quem perveniat. Qui atversus ea fecerit, is HS ccIɔɔ ccIɔɔ c(olonis) c. G. Iul. d. d. e.[6], eiusque pecuniae cui volet petitio persecutioque esto.

XCIIII. Ne quis in hac colon(ia) ius dicito neve cuius in ea colon(ia) iuris dictio esto nisi IIvir(i) aut quem IIvir⟪i⟫ praef(ectum) reliquerit aut aedil(is), uti h. l. o(portebit). Neve quis pro eo imper(io) potestat(e)ve facito, quo quis in ea colonia ius dicat, nisi quem ex h. l. dicere oporte*bit*[8].

col. 2. XCV. Qui reciperatores dati erunt, si eo die quo iussi erunt non iudicabunt, IIvir praef.ve[9] ubi e. r. a.[10] eos rec.[11] eumque cuius res a(gitur) adesse iubeto diemque certum dicito, quo die atsint, usque ateo, dum e(a) r(es) iudicata erit, facitoque, uti e(a) r(es) in diebus XX proxumis, quibus d(e) e(a) r(e) rec.[11] dati iussive erunt iudicare, iudic(etur), u. q. r. f. e. v.[1] Testibusque in eam rem publice dumtaxat h(ominibus) XX, qui colon(i) incolaeve erunt, quibus ⟪h⟫is qui rem quaere*t*[2] volet, denuntietur facito. Quibusq(ue) ita testimonium *d*enuntiatum[3] erit quique in testimonio dicendo nominati erunt, curato uti at it iudicium atsint. Testimoniumq(ue) si quis quit earum rer(um) quae res tum agetur, sciet aut audierit, iuratus dicat facito, uti q. r. f. e. v.[1], dum ne omnino amplius h(omines) XX in iudicia singula testimonium dicere cogantur. Neve quem invitum testimonium dicere cogito, *q*ui ei, *cuia*[4] r(es) tum agetur, gener socer, vitricus privignus, patron(us) lib(ertus), consobrinus ⟨*sit*⟩ propiusve eum ea cognatione atfinitate⟪m⟫ve contingat. Si IIvir praef(ectus)ve qui ea re colon(is)[5] petet, non aderit[6], ob eam rem, quot ei morbus sonticus, vadimonium, iudicium, sacrificium, funus familiare feriaeve de*n*icales[7] erunt, quo minus adesse possit sive is propter magistratus potestatemve p(opuli) R(omani) minus atesse poterit: quo magis eo absente de eo cui i⟪i⟫s negotium facesset recip(eratores) sortiantur reiciantur res iudicetur, ex h. l. n(ihilum) r(ogatur). Si privatus petet et is, cum de ea re iudicium fieri oportebit, non aderit neque arbitratu IIvir(i) praef(ecti)ve ubi e(a) r(es) a(getur) excusabitur *ei*[8] harum quam causam esse, quo minus atesse possit, morbum sonticum, vadimonium, iudicium, sacrificium, funus familiare, feria*s*[9] de*n*icales[7] eumve propter mag(istratus) potestatemve p. R.[10] atesse non poss*e*[11]: post ei earum r*erum,* quarum[12]

---

[1] u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olent). — [2] s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto). — [3] col(onia) mag(istratum). — [4] m(aior) p(ars) decurion(um). — [5] de(curionum)ve d(ecreto) d(ari) o(portet). — [6] d(are) d(amnas) e(sto). — [7] redemptori. — [8] oporteri. — [9] praef(ectus)ve. — [10] e(a) r(es) a(gitur). — [11] rec(iperatores).

---

1) *Cf. p. 130 not. 1.* — 2) quaere/re. — 3) renuntiatum. — 4) cui ei quae; *cf. Cic. Verr. 1,54,142:* cuia res est. — 5) *Mo. ex coni. Dernburgii:* ex re colon(iae). — 6) *Mo. putat excidisse quaedam, quibus significaretur IIviro absente litem fieri eius propter culpam, deinde pergi* si non aderit. — 7) dedicales. — 8) et. — 9) feriae. — 10) p(opuli) R(omani). — 11) possit. — 12) rerum quarum] quarum r. r.

h. l. quaestio erit, actio ne esto. Deq(ue) e(a) r(e) sirempS lex resque esto, qu*asi*[1] si neque iudices relecti[2] neq(ue) recip. col. 3. in eam rem dati essent.

XCVI. Si quis decurio eius colon(iae) ab IIvir. praef(ecto)ve postulabit u*ti*[3] ad decuriones referatur, de pecunia publica deque multis poenisque deque locis agris aedificis publicis quo facto qu⟨*a*⟩eri iudicarive oporteat: tum IIvir⟪i⟫ qui⟪q⟫ue iuri dicundo praerit d(e) e(a) r(e) primo quoque die decuriones consulito decurionumque consultum facito fiat, cum non minus m(aior) p(ars) decurionum atsit, cum ea re⟨*s*⟩[4] consuletur. Uti m(aior) p(ars) decurionum, qui tum aderint censuer(int), ita ius ratumque esto.

XCVII. Ne quis IIvir neve quis pro potestate in ea colon(ia) facito neve ad decur(iones) referto neve d. d.[5] facito fiat, quo quis colon(is) colon(iae) patron(us) sit atopteturve praeter eum, *cui*[6] c(olonis) a. d. a.[7] i(us) ex lege Iulia est, eumque, qui eam colon(iam) deduxerit, liberos posteros⟨*q*⟩ue eorum, nisi de m(aioris) p(artis) decurion(um)[8] erunt per tabellam sententia⟪m⟫, cum non minus L aderunt, cum e(a) r(es) consuletur. Qui atversus ea feceri⟨*t*⟩, HS Iↄↄ colon(is) eius colon(iae) d. d.[9] esto, eiusque pecuniae colon(is) eius colon(iae) cui volet petitio esto.

XCVIII. Quamcumque munitionem decuriones huiusce coloniae decreverint, si m(aior) p(ars)[10] decurionum atfuerit, cum e(a) r(es) consuletur, eam munitionem fieri liceto, dum ne amplius in annos sing(ulos) inque homines singulos puberes operas quinas et in iumenta plaustraria iuga sing(ula) operas ternas decernant. Eique munitioni aed(iles) qui tum erunt ex d(ecurionum) d(ecreto) praesunto. Uti decuriones censuerint, ita muniendum curanto, dum ne invito eius opera exigatur, qui minor annor(um) XIIII

---

[1] quos. — [2] *Mo.:* delecti, *Hu.:* reiecti. — [3] vii. — [4] *Formula redit praeter hanc legem* [*VII e. g. l. 19.*] *etiam in SC. de Bacchan. v. 7.9 et in l. Iul. mun. v. 150.* — [5] d(ecurionum) d(ecretum). — [6] que. — [7] a(grorum) d(andorum) a(tsignandorum). — [8] *ins.* qui tum ad-. — [9] d(are) d(amnas). — [10] *post* m. p. *in aere erasae sunt litterae duae, fortasse* d. d.

aut maior annor(um) LX natus erit. Qui in ea colon(ia)
intrave eius colon(iae) fines[1] domicilium praedi-
umve habebit neque eius colon(iae) colon(us) erit, is ei-
dem munitioni uti colon(us) pare⟪n⟫to.

Quae aquae publicae in oppido colon(iae) Gen(etivae)
col. 4. XCVIIII. adducentur, IIvir, qui tum erunt, ad decuriones,
cum duae partes aderunt, referto, per quos agros
aquam ducere liceat. Qua p*ars*[2] maior decurion(um),
qui tum aderunt, duci decreverint, dum ne
per it aedificium, quot non eius rei causa factum
sit, aqua ducatur, per eos agros aquam ducere
i(us) p(otestas)que esto, neve quis facito, quo minus ita
aqua ducatur.

Si quis colon(us) aquam in privatum caducam ducere
C. volet isque at IIvir(um) adierit postulabit-
⟨*q*⟩ue, uti ad decurion(es) referat, tum is IIvir, a quo
ita postulatum erit, ad decuriones, cum non mi-
nus XXXX aderunt, referto. Si decuriones m(aior) p(ars) qui
tum atfuerint, aquam caducam in privatum duci
censuerint, ita ea aqua utatur[3], quot sine priva-
ti⟫m⟫ iniuria fiat, i(us) potest(as)que e(sto).

Quicumque comitia magistrat⟨*ib*⟩us creandis subrogan-
CI. dis habebit, is ne qu*em*[4] eis comitis pro tribu acci-
pito neve renuntiato neve renuntiari iubeto,
qui ⟨*in*⟩ e*a*rum qu⟪ae⟫[5] causa erit, ⟨*e*⟩ qua ⟪et⟫um h. l. in colon(ia)
decurionem nominari creari inve decurionibus
esse non oporteat non liceat.

IIvir qui h. l. quaeret iud.[6] exercebit, quod iudicium
CII. uti uno die fiat h(ac) l(ege) praestitu⟨*tu*⟩m non est, ne quis
eorum ante h(oram) *I*[7] neve post horam XI diei quaerito
neve iudicium exerceto. Isque IIvir in singul(os)
accusatores, qui eorum delator erit, ei h(oras) IIII, qui
subscriptor erit, h(oras) II accusandi potest(atem) facito. Si
quis accusator de suo tempore alteri concesserit,
quot eius cuique concessum erit, eo amplius cui

---

1) finis. — 2) pras. — 3) *sic aes.* — 4) qua. — 5) qui eorum quae; *cf. l. Mal. 54.* — 6) iud(icium)*ve leg.* — 7) L.

concessum erit dicendi potest(atem) facito. Qui de suo tempore alteri concesserit, quot eius cuique concesserit, eo minus ei dicendi potest(atem) facito. Quot horas omnino omnib(us) accusatorib(us) in sing(ulas) actiones dicendi potest(atem) fieri oporteb(it), totidem horas et alterum tantum reo quive pro eo dicet in sing(ulas) actiones dicendi potest(atem) facito. col. 5.

CIII. Quicumque in col. Genet. IIvir praef.ve i. d.[1] praerit, is[2] colon(os) incolasque contributos⟨*que*⟩ quocumque tempore coloniae fin(ium) *defen*dendorum[3] causa armatos educere decuriones cen(suerint), quot m(aior) p(ars) qui tum aderunt decreverint, id e(i) s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto). Isque IIvir[4] aut quem IIvir armatis praefecerit idem ius eademque anim⟪a⟫adversio esto, uti tr(ibuno) mil(itum) p(opuli) R(omani) in exercitu p(opuli) R(omani) est, itque e(i) s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto) i(us) p(otestas)que e(sto), dum it, quot m(aior) p(ars) decurionum decreverit, qui tum aderunt, fiat.

CIIII.[6] Qui limites decumaniqu*e*[5] intra fines c. G. deducti factique erunt, quaecumq(ue) fossae limitales in eo agro erunt qui iussu C. Caesaris dict(atoris) imp(eratoris) et lege Antonia senat(us)que c(onsultis) pl(ebi)que s(citis) ager datus atsignatus erit, ne quis limites decumanosque opsaeptos neve quit immolitum neve quit ibi opsaeptum habeto, neve eos arato, neve eis fossas opturato neve opsaepito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis atversus ea quit fecerit, is in res sing(ulas), quotienscumq(ue) fecerit, HS ∞ c(olonis) c. G. I. d(are) d(amnas) esto, eiusq(ue) pecun(iae) cui volet petitio p(ersecutio)q(ue) esto.

CV. Si quis quem decurion(um) indignum loci aut ordinis decurionatus esse dicet, praeterquam quot libertinus erit, et ab IIvir(o) postulabitur, uti de ea re iudicium reddatur, IIvir quo de ea re in ius aditum erit, ius dicito iudiciaque reddito. Isque decurio, qui iudicio condemnatus erit, postea decurio ne esto neve in decurionibus sententiam dicito neve IIvir(atum) neve aedilitatem petito neve quis IIvir comitis suffragio eius rationem habeto neve IIvir(um) neve aedilem renuntiato neve renuntiari sinito.

---

[1] praef(ectus)ve i(ure) d(icundo). — [2] *scr.* eum. — [3] *sic aut* tuendorum *Mo.*, dividendorum *aes.* — [4] *scr. E*ique IIvir(o). — [5] decumaniqui. — [6] *Hoc caput desumptum est ex c. 54 legis Iuliae agrariae supra p. 95, ubi vide. ZRG. 12.99.*

CVI. Quicumque c(olonus) c. G. erit, quae iussu C. Caesaris dict(atoris) ded(ucta) est, ne que*m*[1] in ea col(onia) coetum conventum coniu[*rationem*]...

(*Deest tabula continens CVI fin. CVII—CXXXII. CXXXIII princ.*)

[*CXXIII.*[2] *IIvir ad quem d(e) e(a) r(e) in ius aditum erit, ubi iudicibus, apud quos e(a) r(es) agetur, maiori parti planum factum non erit, eum de quo iudicium datum est decurionis loco indignum esse, eum*]

Tab. IV. col. 1.

qui accusabitur ab his iudicibus eo iudicio absolvi iubeto. Qui ita absolutus erit, quod iudicium [*pr*]aevaricat*i*on(is)[3] causa *f*actum[4] non sit, is eo iudicio h(ac) l(ege) absolutus esto.

CXXIIII. Si quis decurio c. G. decurionem c. G. h. l. de indignitate accusabit, eum quem accusabit[5] eo iudicio h. l. condemnarit, is qui quem eo iudicio ex h(ac) l(ege) condemnarit, si volet, in eius locum qui condemnatus erit sententiam dicere, ex h. l. liceto itque eum s. f. s.[6] iure lege recteq(ue) facere liceto, eiusque is locus in decurionibus sententiae dicendae rogandae h(ac) l(ege) esto.

---

[1] neque. — [2] *Haec tabula quarta mire a ceteris differt: litteris exarata est minoribus et magis pressis; capp. 129—31 litteris minutis scripta post tempus adiecta esse videntur; praeterea formulae fusius conceptae sunt, totaque tabula interpolationibus aut inanibus aut ineptis abundat. Posteriore igitur tempore eam scriptam esse necesse est, in locum fortasse tabulae deperditae substituta, licet ratio interpolandi ne sic quidem satis intellegatur.* [^{VII} *Interpolationes illas M. Antonio triumviro deberi, qui post C. Caesaris dictatoris mortem ideo senatores cum imperio patronos fieri vetuerit (c. 130, cf. 97), quia non pauca municipia Brutum et Cassium patronos sumpserint putat Fabricius in Herma 35, p. 205. 215. Sed Dessau (Bormannheft p. 244) iudicat; quae c. 128, l. 5. 6 leguntur* 'Baeticae praeerit' *non potuisse inseri ab Antonio quippe cum Baeticam provinciam constituerit Augustus.*] — *Ipse Dessau mavult legem totam Domitiani temporibus aeri inscriptam esse, praesertim cum et litterae, id quod iam monuit Mo., aetati Caesaris minime conveniant.*] — [3] aevaricanon. — [4] iaitum. — [5] accusabit eum quem accusabit] *requiritur* accusarit eum⟨*que*⟩ quem accusarit. — [6] s(ine) f(raude) s(ua).

CXXV. Quicumque locus ludis decurionibus datus *at*signatus[1] relictusve erit, ex quo loco decuriones ludos spectare o(portebit), ne quis in eo loco nisi qui tum decurio c. G. erit, quive tum magist[*r*]atus imperium potestatemve colono*r(um)*[2] suffragio geret iussuque C. Caesaris dict(atoris) co(n)s(ulis) prove co(n)s(ule) habebit, quive pro quo imperio potestateve tum in col. Gen. erit, quibusque loc*os*[3] in decurionum loco ex d(ecreto) d(ecurionum) col(oniae) Gen(etivae) d(ari) o(portebit), quod decuriones de⟨*c*⟩r(everint), cum non minus dimidia pars decurionum adfuerit cum e(a) r(es) consulta erit, ne quis praeter eos, qui s(upra) s(cripti) s(unt), qui locus decurionibus datus atsignatus relictusve erit, in eo loco sedeto neve quis alium in ea loca sessum ducito neve sessum [*d*]uci iubeto s⟨*c*⟩*(iens)* d. m.[4] Si quis adversu*s*[5] ea sederit sc. d. m. [*siv*]e quis atversus ea sessum duxerit ducive iusserit sc. d. m.[4], is in res sing(ulas), quotienscumque quit d(e) e(a) r(e) at*ver*sus[6] ea fecerit, HS Iↄↄ c. c. G. I. d. d.[7] esto, eiusque pecunia⟨*e*⟩ cui eorum[8] volet rec(iperatorio) iudicio aput IIvir(um) praef(ectum)ve actio petitio persecutio ex [*h(ac) l(ege)*] i(us) potest(as)que e(sto).

CXXVI. IIvir, aed(ilis), praef(ectus) quicumque c. G. I. ludos scaenicos faciet, sive quis alius c. G. I. ludos scaenicos faciet, colonos Genetivos incolasque hospites⟨*que*⟩ atventoresque ita sessum ducito, ita locum dato distribuito atsignato, uti d(e) e(a) r(e) de eo loco dando atsignando decuriones, cum non min(us) L decuriones, cum e(a) r(es) c(onsuletur), in decurionibus adfuerint, decreverint statuerint s. d. m.[9] Quot ita ab decurionib(us) de loco dando atsignando statu*tum*[10] decretum erit, it h. l. i. r.q.[11] esto. Neve is qui ludos faciet aliter aliove modo sessum ducito neve duci iubeto neve locum dato ne⟨*ve*⟩ dari iubeto neve locum attribuito neve attribui iubeto neve locum atsignato neve atsignari iubeto neve quit facito, quo⟪d⟫ aliter aliove modo, adque uti locus datus atsignatus attributusve erit, sedeant, neve facito, quo quis alieno loco sedeat, sc. d. m.[1] Qui atversus ea fecerit, is in res singulas, quotien[*sc*]umque quit atversus ea fecerit, HS Iↄↄ c. c. G. I. d. d.[2] e(sto), eiu[*squ*]e pecuniae cui volet rec(iperatorio) iudicio a*p*ut[3] IIvir(um) pr⟨*a*⟩ef(ectum)ve actio petitio persecutioque h(ac) l(ege) ius potestasque esto.

---

[1] designatus. — [2] colonos. — [3] locus. — [4] sc(iens) d(olo) m(alo). — [5] adversue. — [6] atuifsus. — [7] d(are) d(amnas). — [8] [*requiritur* qui: *confudit qui aes scripsit locutiones duas vetustam* qui eorum volet *et recentiorem* cui volet. Th. M.] — [9] s(ine) d(olo) m(alo). — [10] statuendo *aes*; attribuendo statutum *Huebner*. — [11] i(us) r(atum)que.

col. 2. CXXVII. Quicumque ludi scaenici c. G. I. fient, ne quis in orchestra⟪m⟫ ludorum spectandor(um) causa praeter mag(istratum) prove mag(istratu) p(opuli) R(omani), quive i(ure) d(icundo) p(raerit) [*e*]t si quis senator p(opuli) R(omani) est erit fuerit, et si quis senatoris f(ilius) p. R.[4] est erit fuerit, et si quis praef(ectus) fabrum eius mag(istratus) prove magistrat*u*[5], qui provinc(iarum) Hispaniar(um) ulteriorem Baeticae praerit optinebit, er*it*[6], et quos ex h. l. decurion(um) loco decurionem sedere oportet oportebit, praeter eos qui s(upra) s(cripti) s(unt) ne quis in orchestram ludorum spectandorum causa sedeto, neve quisque mag(istratus) prove mag(istratu) p(opuli) R(omani) q(ui) i(ure) d(icundo) p(raerit) ducito, neve quem quis sessum ducito, neve in eo loco sedere sinito, uti q. r. f. e. [*v.*] s. d. m.[7]

CXXVIII. II(vir) aed(ilis) pra⟨*e*⟩f(ectus) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) quicumque erit, is suo quoque anno[8] mag(istratu) imperioq(ue) facito curato, quod eius fieri poterit, u. q. r. f. i. v. s. d. m.[7] mag(istri) ad fana templa delubra, que⟨*m*⟩ ad modum decuriones censuerin[*t*], suo quoque[9] anno fiant e*i*qu[*e*][10] d(ecurionum) d(ecreto) suo quoque anno ludos circenses, sacr*i*ficia pulvinariaque facienda curent, que⟨*m*⟩ [*a*]d modum quitquit de iis rebus, mag(istris) creandis, [*lu*]dis circensibus facien-

---

[1] sc(iens) d(olo) m(alo). — [2] d(are) d(amnas). — [3] aiut. — [4] p(opuli) R(omani). — [5] magistrato. — [6] erunt. — [7] u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) (*sic etiam l.* 14 *leg.*) v(olet) s(ine) d(olo) m(alo). — [8] *Cf. v. 15 et 16*; sui quoiusque anni *est in L. Iul. mun. v. 92.101.* — [9] quem/que. — [10] eaqu . .

dis, sacrificiis procu[*r*]andis, pulvinaribus fa-
ciendis decuriones statuerint decreverint,
ea omnia ita fiant. Deque iis omnibus rebus
quae s(upra) s(criptae) s(unt) quotcumque decuriones statuerint
decreverint, it ius ratumque esto, eiq(ue) omnes,
at quos ea res pertinebit, quot quemque eorum
ex h. l. facere oportebit, faciunto s(ine) d(olo) m(alo). Si quis
atversus ea fecerit quotiens⟨*cum*⟩que quit adver-
sus ea fecerit, HS ccIↃↃ c. c. G. I. d. d. e(sto), eiusque pecun(iae)
cui[1] eorum volet rec(iperatorio) iudic(io) aput IIvir(um)
praef(ectum)⟨*ve*⟩ actio petitio persecutioq(ue) e(x) h. l.
ius pot(estas) esto.

IIvir(i) aediles praef(ectus) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) quicumqu⟨*e*⟩ erunt
CXXXIX.[2] decurionesq(ue) c. G. I. qui-
cumq⟨*u*⟩e erunt, ii omnes d(ecurionum) d(ecretis) diligenter parento optemperanto s(ine) d(olo) m(alo) fa-
ciuntoque uti quot *que*mq(ue)[3] eor(um) decurionum d(ecreto) agere facere o(portebit) ea om-
nia agant faciant, u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olent) s(ine) d(olo) m(alo). Si quis ita non fecerit sive quit atver-
sus ea fecerit sc(iens) d(olo) m(alo), is in res sing(ulas) HS ccIↃↃ ⟨*c*(*olonis*)⟩ c. G. I. d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae cui[1]
[*e*]or(um) volet rec(iperatorio) iudic(io) aput IIvir(um) praef(ectum)-ve actio petitio persecutioque ex h. l.
ius potestasque e(sto).

Ne quis IIvir aed(ilis) praef(ectus) c. G. I. quicunque erit ad decurion(es)
CXXX. c. G. referto neve decurion(es)
consulito neve d(ecretum) d(ecurionum) facito neve d(e) e(a) r(e) in tabulas p(ublicas) referto neve referri iubeto
neve quis decur(io) d(e) e(a) r(e), q(ua) d(e) r(e) a(getur), in decurionib(us) sententiam dicito neve d(ecretum) d(ecurionum) scri-
bito, neve in tabulas pu[*b*]licas referto, neve referundum curato, quo quis
senator senatorisve f(ilius) p(opuli) R(omani) c(oloniae) G(enetivae) patronus atoptetur sumatur fiat nisi de tri
um partium d(ecurionum) d(ecreto) senten[*t*(*ia*)] per tabellam facito[4] et nisi de eo homine, de quo
tum referetur consuletu[*r*, *d*(*ecretum*)] d(ecurionum) fiat, qui cum e(a) r(es) a(getur), in Italiam sine imperio[5] privatus
erit. Si quis adversus ea ad [*dec*]urion(es) rettulerit d(ecurionum)-ve d(ecretum) fecerit faciendumv[*e*]

---

[1] *v. p. 136 n. 8.* — [2] *De tribus capp. sequentibus cf. p. 135 n. 2.* — [3] cnmq. — [4] facta *Fabricius; cf. col. 3 l. 5.* — [5] impeeio.

curaverit inve tabulas p[*ublicas*] rettulerit referrive iusserit sive quis in decurionib(us)
sententiam di[*x*]erit d(ecurionum)ve [*d*(*ecretum*) *scrips*]erit in⟨*ve*⟩ tabulas publicas rettulerit referendumve
curaverit, in res sing(ulas), quo[*tienscu*]mque quit atversus ea fecerit, *is*[1] HS cccIɔɔɔ c(olonis) c(oloniae) *G*(enetivae) I(uliae)[2]
d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae cui [*eor*(*um*)[3] *vole*]t rec(iperat.) iudi(cio) aput IIvir(um) interregem praef(ectum) actio
petitio persecutioqu[*e ex h*(*ac*) *l*(*ege*) *i*(*us*) *pot*]est(as)que e(sto).

CXXXI. Neve quis IIvir aed(ilis) praef(ectus) [*c*(*oloniae*) (*G*(*enetivae*) *I*(*uliae*) *quicu*]mque erit ad decuriones c. G. referto neve d(ecuriones) con-
col. 3 sulito neve d(ecretum) d(ecurionum) facito neve d(e) e(a) r(e) in tabulas publicas referto neve referri iubeto
neve quis decurio d(e) e(a) r(e) in decurionib(us) sententiam dicito neve d(ecretum) d(ecurionum) scribito ne-
ve in tabulas publicas referto neve referundum curato, quo quis senator
senatori[*s*]ve f(ilius) p(opuli) R(omani) c(oloniae) G. I. hospes atoptetur, hospitium tessera⟨⟨s⟩⟩ve hospi*talis*[4] cum
quo fi[*at, n*]isi de maio*r*is[5] p(artis) decurionum sententia per tabellam facito[6] et nisi
de eo [*h*]omine, de quo tum referetur consuletur, d(ecretum) d(ecurionum) fiat, qui cum e(a) r(es) a(getur), in Italiam
sine imperio privatus erit. Si quis adversus ea ad decuriones rettulerit d(ecretum)ve
d(ecurionum) fe[*c*]erit faciendumve curaverit inve tabulas publicas rettulerit re-
f[*e*]rrive iusserit sive quis in decurionibus sententiam dixerit d(ecretum)ve d(ecurionum)
scripserit in⟨*ve*⟩ tabul(as) public(as) rettulerit referendumve curaverit,
[*i*]s in res sing(ulas) quotienscumque quit adversus ea fecerit. HS ccIɔɔ c(olonis) c(oloniae)
G(enetivae) Iuliae d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae cui eorum[3] volet recu(peratorio) iudic(io)
aput IIvir(um) pr⟨*a*⟩ef(ectum)ve actio petitio persecutioque h(ac) l(ege) ius potest(as)que esto.

Ne quis in c. G. post h(anc) l(egem) datam petitor kandidatus,
CXXXII. quicumque in c. G. I. mag(istratum) petet, [*m*]agistratus⟨ve⟩ peten-
di causa in eo anno, quo quisque anno petitor
kandidatus mag(istratum) petet petiturusve erit, mag(istratus) pe-

---

1) /x. — 2) CCI. — 3) *v. p. 136 n. 8.* — 4) hospiiaies. — 5) maiosis. — 6) *Cf. p. 136 n. 8.*

tendi convivia facito neve at cenam quem⟨ve⟩ vocato neve convivium habeto neve facito s(ciens) *d(olo)*[1] m(alo), quo qui*s*[2] suae petitionis causa convi⟨*vi*⟩um habeat ad cenamve quem⟪ve⟫ vocet, praeter dum quod ipse kandidatus petitor in eo anno, ⟨*quo*⟩ mag(istratum) petat, vocar[*it*] dum taxat ⟨*in*⟩ dies sing(ulos) h(ominum) VIIII convi⟨*vi*⟩um habeto, si volet, s(ine) d(olo) m(alo). Neve quis petitor kandidatus donum munus aliudve quit det largiatur petitionis causa sc(iens) d(olo) m(alo). Neve quis alterius petitionis causa convivia facito neve quem ad cenam vocato neve convivium habeto, neve quis alterius petitionis causa cui quit d[*on*]um munus aliutve qu[*it*] dato donato largito sc(iens) d(olo) m(alo). Si quis atversus ea fecerit, HS Iↄↄ c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae, cui[3] eor(um) volet rec(iperatorio) iudic(io) aput IIvir(um) praef(ectum)⟨*ve*⟩ actio petitio persec(utio)que ex h(ac) l(ege) i(us) potest(as)que esto.

CXXXIII. Qui col(oni) Gen(etivi) Iul(ienses) h(ac) l(ege) sunt erunt, eorum omnium uxores, quae in c(olonia) G(enetiva) I(ulia) h(ac) l(ege) sunt, eae mulieres legibus c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) virique parento iuraque ex h(ac) l(ege), quaecumque in hac lege scripta sunt, omnium rerum ex h(ac) l(ege) hab[*en*]to s(ine) d(olo) m(alo).

CXXXIV. Ne quis IIvir aedil(is) praefectus c(oloniae) G(enetivae), quicumque erit, post h(anc) l(egem) ad decuriones c(oloniae) G(enetivae) referto neve decuriones consulito neve d(ecretum) d(ecurionum) facito neve[4] d(e) e(a) r(e) in tabulas publicas referto neve referri iubeto neve quis decurio, cum e(a) r(es) a(getur), in decurionibus sententiam dicito neve d(ecretum) d(ecurionum) scribito neve in tabulas publicas referto neve[*e*

---

1) p. — 2) quit. — 3) *Vide ad p. 136 n. 8.* — 4) nive.

re]ferundum curato, quo cui pecunia publica a[*liutve*] 45
quid honoris habendi causa munerisve d[*andi pol*]
licendi ⟨*prove*⟩ statua danda ponenda detur do[*netur*] . . .

VI 29. Lex civitatis Narbonensis de flamonio provinciae. (aetatis Augusti).

𝔈 12.6038. Dess. 6964. E tabula ahenea fracta alta m. 0,22 crassa m. 0,014, rep. anno 1888 Narbone inter rudera balnei antiqui. Descr. Barthomieu Narbonensis. Repetivit Alibrandi bull. dell' ist. di dir. Rom. I, 173 sq. — Lex de officiis flaminis Augustalis data videtur esse ab Augusto fortasse tum cum coloniae Narbonensi cognomina Iuliae Paternae attribuit, flaminem provinciae instituens ad similitudinem flaminis Dialis urbis Romae. Legem civitatis esse inde intellegitur, quod v. 17 ad civitatem nomen non enuntiatur; flamen tamen sine dubio pertinuit ad provinciam universam.

[*De hominibus flaminis.*]

. . . . [*Na*]rbone [. . . . *flamen*
cum rem divinam faciet sacrificab]itque, lictores [*qui magistratibus apparent, ei apparento*
secundum lege]m iusque eius provinciae . . .
. ei in decurionibus senatuve [*sentientiae dicendae signandique*[1]
. *item . . . inter decuriones s*]enatoresve subsellio primo spectan[*di ludos publicos eius provinciae ius esto* 5
. *uxor fla*]minis veste alba aut purpurea vestita f[*estis diebus* .
. neve invita iurato[2] neve corpus hominis mor[*tui attingito neve*[3] .
nisi necessa]rii hominis erit eique spectaculis publicis eius [*provinciae loco . . interesse liceto*].

De honoribus eius qui flamen f[*uerit*].

[*Si qui flamen fue*]rit adversus hanc legem nihil fecerit, tum 10
is qui flamen erit c[*urato per duoviros ut . . . .* ° *per tabell*]as iurati[4] 11

---

[1] Signandi (cf. l. 15) *vocabulum obscurum fortasse referendum est ad sententiam in curia latam per tabellam, scilicet signo notatam.* — [2] *Cf. Gell. 10, 15, 31:* Sacerdotem Vestalem et flaminem Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam. — [3] funus exequitor nisi necessa] *Hirschfeld;* convivio interesto nisi id in domo necessa] *Mo.* — [4] iurati *sunt aut decuriones eius civitatis, unde flamen oriundus fuit, aut qui sunt in concilio provinciae. Illa opinio eo commendatur quod honores (v. 14) non ad solum concilium spectant, sed item ad singulas curias; nihilominus altera fortasse praeferenda.* [*VII* decurione]s *priores editiones;* per tabell]as *Mispoulet Bull. critique 1898 p. 254.*]

decernant placeatne ei qui flamonio abierit permitti sta[*tuam sibi*
12 *ponere. Cui ita decreverint* ° *ius esse sta*]tuae ponendae nomenque
suum patrisque et unde sit et quo anno fla[*men fuerit inscribendi,*
13 *ei* ° *Narbo*]ne intra fines eius templi statuae ponendae ius esto, nisi
14 cui imperator [*Caesar Augustus interdixerit. Eidem* ° *i*[n curia sua
et concilio provinciae Narbonensis inter sui ordinis secundum le-
15 [*gem* . . . . .] ° sententiae dicendae signandique[1] ius esto, item specta-
culo publico in provincia [*edendo inter decuriones interesse prae*]°
16 textato eisque diebus quibus cum flamen esset, sacrificium fecerit,
ea veste pu[*blice uti, qua in eo faciendo usus est*].

17 Si flamen in civitate esse des[*ierit*][2].

18 Si flamen in civitate esse desierit[2] neque ei subrogatus erit,
19 tum uti quis[*que flamen?* . . . . *Narbone erit*] ° in triduo quo
certior factus erit et poterit, Narbone[3] sacra facito [*eaque omnia*
20 *secundum hanc legem per reliquam*] ° partem eius anni eo ordine
habeto quo annuorum flamin[*um sacra habentur, eique si ea habuerit*
21 *per dies non minus*] ° XXXsiremps lex ius causaque esto quae fla-
mini Augus[*tali ex hac lege facto erit*].

23 Quo loco conciliu[*m provinciae habendum sit*].

24 Qui in concilium provinciae convenerint N[*arbonem, ibi id*
25 *habento. Si quid extra Narbonem finesve Narbone*]°sium concilio
habito actum erit, it ius ra[*tumque ne esto*].

26 De pecu[*nia sacris destinata*].

Qui flamonio abierit, is ex ea pecunia [*quae sacris destinata*
27 *erit quod eius superfuerit statu*]°as imaginesve imperatoris Caes[*aris*
28 *Augusti* . . *arbitratu eius qui eo anno pro*]°vinciae praeerit intra
idem t[*emplum dedicato* . . . . *seque omnia sic, ut hac lege cautum*
29 *est de*] ° ea re, fecisse apud eum qui ra[*tiones provinciae putabit*
30 *probato*] . . . ° . . . . templ . . .

30. Lex Salpensana a. 81—84.

CIL 2,1963. Dess. 6088. — Anno 1861 in Hispania prope urbem Malagam duae tabulae ahenae effossae sunt, altera l. m. 0,93. a. m. 0,76, duabus columnis inscripta, altera l. m. 1,29, a. m. 0,94, quinque columnis inscripta. Consilio, non casu, in terra conditae esse videntur, cum eruderatae sint tegulis substructis impositae telaeque linteae reliquiis involutae; unde contigit, ut prorsus integrae optimeque servatae in lucem prodierint. Nec tamen leges integras tabulae exhibent, sed capita tantum aliquot, minor c. 21

---

1) *Cf p. 141 n. 1.* — 2) *Cf. Hirschfeld, Z.S.St. 9,403.* — 3) narboni.

—29, maior c. 51—69, quae capita numerorum notis adiectis rubricisque superscriptis distincta sunt. Singulis rubricis littera R *praescripta est. Esse partes legum municipalium Salpensae et Malacae municipiorum ipsae ostendunt, quas leges a Domitiano imperatore inter a. 81 et 84 datas esse cum ex cognomine munipiorum* Flavii Salp. *et* Flavii Mal. *(S. 26. 28. 29. M. 8. 61. 62. 64) intellegitur tum ex formula iuris iurandi aliisque indiciis. (S. 25. 26 et 22—24. M. 59.) Cum autem Domitiano cognomen 'Germanici', quod 84 p. C. accepit, nondum additum sit, intra a. 81 et 84 scriptae sint necesse est. Editae et illustratae sunt primum in Hispania a. 1853 a R. de Berlanga, advocato Malacitano, in Germania 1855 a Mommseno (Die Stadtrechte der lat. Gem. Sal. u. Mal.), novissime ab Huebnero in ℭ cit. Eduardum Laboulaye de fide tabularum dubitantem (Les tables de M. et S. 1856) refutarunt C. Giraud (Les tables de S. et M. 1856. La Lex Malac. 1868) et L. Arndts, ZRG. 6,393. Commentarii novissimi sunt: van Lier, de aere S. et M. 1865, van Swinderen, de aere S. et M. 1866. — Salpensa oppidum est prope Hispalim.*

[*R(ubrica.) Ut magistratus civitatem Romanam consequantur.*

[XXI. . . *Qui IIvir aedilis quaestor ex hac lege factus erit, cives Romani sunto, cum post annum magistratu*] ° abierint, cum parentibus coniugibusque ⟪h⟫ac liberi⟨*s*⟩, qui legitumis nuptis quae°siti in potestatem parentium fuer*i*nt[1], item nepotibus ac neptibus filio ° na⟪tal⟫is ⟨*natabus*⟩, qui quaeque in potestate parentium fuerint; dum ne plures c(ives) R(omani) ° sint, qua⟨*m*⟩ quod ex h(ac) l(ege). magistratus creare oportet. ∾

R. Ut qui civitat(em) Roman(am) consequantur, maneant in eorundem m(unicipi)o m(anu) ° potestate. ∾

XXII. ° Qui quae⟪q⟫ve ex h. l. exve ⟪ex⟫ edicto imp(eratoris) Caesaris Aug(usti) Vespasiani, imp(eratoris)ve Titi ° Caesaris Aug(usti), aut imp(eratoris) Caesaris Aug(usti) Domitiani p(atris) p(atriae) civitatem Roman(am) ° consecutus consecuta erit, is ea in eius, qui c(ivis) R(omanus) h(ac) l(ege) factus erit, potestate ° manu mancipio, cuius esse deberet, si civitate Romana[2] mutatus ° mutata non esset, esto idque ius tutoris optandi habeto, quod ° haberet, si a cive Romano ortus orta neq(ue) civitate mutatus mu°tata esset.

---

1) fuerunt. — 2) Romana *del.; v. 12.18.*

R. Ut qui c(ivitatem) R(omanam) consequentur, iura libertorum retineant.

14 XXIII. Qui quaeve ⟨*ex*⟩ h(ac) l(ege) exve edicto imp(eratoris) Caes(aris) Vesp(asiani) Aug(usti), imp(eratoris)ve Titi Caes(aris)
15 Vespasian(i) Au(gusti) ° aut imp(eratoris) Caes(aris) Domitiani Au-g(usti) c(ivitatem) R(omanam) consecutus consecuta erit: is in °
16 libertos libertasve suos suas paternos paternas, qui quae in c(ivitatem)
17 R(omanam) non ° venerit, deque bonis eorum earum et is, quae liber-
18 tatis causa inposita ° sunt, idem ius eademque condicio esto, quae
19 esset, si civitate mutat*us*[1] ° mutata⟪e⟫ non esset.

R. De praefecto imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti).

20 XXIIII. Si eius municipi decuriones conscriptive municipesve
21 imp(eratori) Caesari⟪s⟫ Domitian(o) ° Aug(usto) p(atri) p(atriae)
22 IIviratum communi nomine municipum eius municipi de°tuler*i*nt[2] imp(erator)⟨*q*⟩ue Domitian*us*[3] Casar⟪is⟫ Aug(ustus) p(ater) p(atriae)
23 eum IIviratum receperit ° et loco suo praefectum quem esse iusserit:
24 is praefectus eo ⟨*i*⟩u⟨*r*⟩e esto, quo ° esset si eum IIvir(um) i(ure) d(icundo) ex h(ac) l(ege) solum creari oportuisset isque ex h(ac)
25 l(ege) solus ° IIvir i(ure) d[icundo) creatus esset.

R. De iure praef(ecti), qui a IIvir(o) relictus sit.

26 XXV. Ex IIviris qui in eo municipio i(ure) d(icundo) p(rae-
27 erunt), uter postea ex eo municipio proficiscetur ° neque eo die in
28 id municip⟨*i*⟩um esse se rediturum arbitrabitur, quem ° praefectum
29 municipi non minorem quam annorum XXXV ex ° decurionibus con-
30 scriptisque relinquere volet, facito ut is iuret per ° Iovem et divom Aug(ustum) et div⟨*o*⟩m Claudium et divom Vesp(asianum) Aug(u-
31 stum) et divom ° Titum Aug(ustum) et Genium imp(eratoris) Caesaris
32 Domitiani Au(gusti) deosque Penates; ° quae IIvir(*um*)[4], qui i(ure) d(icundo) p(raeest), h(ac) l(ege) facere oporteat, se, dum praefectus
33 erit, d(um) *t*(*axat*)[5] quae eo ° tempore fieri possint facturum, neque
34 adversus ea ⟨*f*⟩acturum scientem ° d(olo) m(alo); et cum ita iura-
35 verit, praefectum eum eius municipi relinquito. *E*i[6] ° qui ita praefectus relictus erit, donec in id municipium alteruter ex IIviris °
36 adierit, in omnibus rebus id ius e*a*que[7] potestas esto, praeterquam

---

1) mutatis — 2) de/tulerant. — 3) Domitiani Caesaris. — 4) IIviri. — 5) d. p. — 6) ii. — 7) erque.

de praefect°to relinquendo et de c(ivitate) R(omana) consequenda, quod ius quaeque potestas h(ac) l(ege) ° IIviri⟨*s qu*⟩i⟪n⟫ iure dicundo praeerunt datur. Isque dum praefectus erit quo°tiensque municipium egressus erit, ne plus quam singulis diebus abesto.

R. De iure iurando IIvir(um) et aedil(ium) et q(uaestorum).

XXVI. Duovir(i) qui in eo municipio i(*ure*) d(icundo) p(raesunt)[1], item aediles ⟨*qui*⟩ in eo municipio sunt, item ° quaestores qui in eo municipio sunt, eorum quisque in diebus quinq(ue) ° proxumis post h(anc) l(egem) datam; quique IIvir(i) aediles quaestoresve postea ex h(ac) l(ege) ° creati erunt, eorum quisque in diebus quinque proxumis, ex quo IIvir ° aedil*i*s[2] quaestor esse coeperit, priusquam decuriones conscriptive ° habeantur, iuranto pro· contione per Iovem et div⟨*o*⟩m Aug(ustum) et divom Claudi°um et divom Vespasianum Aug(ustum) et divom Titum Aug(ustum) et Genium Domitiani ° Aug(usti) deosque Penates: se, quodqu*o*mque ex h. l. exqu*e* re[3] communi m(unicipum) m(unicipi) Flavi ° Salpensani censeat, recte esse facturum, ne*q*ue[4] adversus h(anc) l(egem) remve commu°ne[*m*] municipum eius municipi facturum scientem d(olo) m(alo), quosque prohi°bere possit prohibiturum; neque se aliter consilium habiturum neq(ue) aliter ° daturum neque sent*e*ntiam[5] dicturum, quam ut *ex* h(ac) l(ege) exqu*e*[6] re communi ° municipum eius municipi censeat fore. Qui ita non iuraverit, is HS X (milia) ° municipibus eius municipi d(are) d(amnas) esto, eiusque pecuniae deque ea pecunia mu°nicipum eius municipi cui volet, cuique per hanc legem licebit, actio peti°tio persecutio esto.

R. De intercessione IIvir(um) et aedil(ium) ⟨*et*⟩ q(aestorum).

XXVII. Qui IIvir(i) aut aediles aut quaestores eius municipi erunt, his IIvir(is) inter ° se et cum aliquis alterutrum eorum aut utrumque ab aedile ¯aedilibus ° aut quaestore⟪s⟫ quaestoribus appellabit, item aedilibus inter se[7], inter°cedendi, in triduo proxumo quam appellatio facta erit poteritque ° intercedi, quod eius adversus

---

[1] f. d. p. — [2] aediles. — [3] quod quemque ex h. l. ex quod re. — [4] necve. — [5] sentintiam. — [6] quam ut (*vel* vi *vel* ve) h. l. ex qua re. — [7] item quaestoribus inter se *ins.*

17 h(anc) l(egem) non fiat, et dum ne amplius quam semel ° quisque
18 eorum in eadem re appelletur, ius potestasque esto, neve quis ° adversus ea qui*d*, qu*om*[1] intercessum erit, facito.

19 R. De servis apud IIvir(um) manumittendis.

20 XXVIII. Si quis municeps municipi Flavi Salpensani, qui
21 Latinus erit, aput IIvir(os), ° qui iure dicundo praeerunt eius muni-
22 cipi, servom suom servamve suam ° ex servitute in libertate⟨*m*⟩
23 manumiserit, liberum liberamve esse iusserit, ° dum ne quis pu-
24 pillus neve quae virgo mulierve sine tutore auctore ° quem quamve
25 manumittat, liberum liberamve esse iubeat: qui ita ° manumissus
26 liberve esse iussus erit, liber esto, quaeque ita manumissa ° liberave ⟨*esse*⟩ iussa erit, libera esto, uti qui optum*o*[2] iure Latini
27 libertini li°beri sunt erunt; *d*um[3] is qui minor XX annorum erit
28 ita manumittat, ° si causam manumittendi iusta⟨*m*⟩ esse is nume-
29 rus decurionum, per quem ° decreta h(ac) l(ege) facta rata sunt, censuerit.

R. De tutorum datione.

30 XXIX. Cui tutor non erit incertusve erit, si is e*a*ve[4] muni-
31 ceps municipi Flavi Salpensani ° erit, et pupilli pupillaeve non erunt, et ab IIviris, qui i(ure) d(icundo) p(raeerunt) eius municipi,
32 postu°laverit, uti sibi tutorem det, ⟨*et*⟩ eum, quem dar*e*[5] volet, no-
33 minaverit: *t*um[6] is, ° a quo postulatum erit, sive unum sive plures
34 collegas habebit, de omnium colle°garum sententia, qui tum in eo
35 municipio intrave fines municipi eius erit, ° causa cognita, si ei
36 videbitur, eum qui nominatus erit tutorem dato. Sive ° is eave, cuius nomine ita postulatum erit, pupil(lus) pupillave erit, sive is,
37 a quo ° postulatum erit, non habebit collegam, ⟨*collega*⟩⟪q⟫ue eius
38 in eo municipio intrave ° fines eius municipi nemo erit: *t*um[7] is, a
39 quo ita postulatum erit, causa co°gnita in diebus X proxumis, ex
40 decreto decurionum, quod cum duae partes ° decurionum non minus
41 adfuerint, factum erit, eum, qui nominatus ° erit, quo ne ab iusto tutore tutela ⟪h⟫abeat ei tutorem dato. Qui tutor h(ac) l(ege) °
42 datus erit, is ei, cui datus erit, quo ne ab iusto tutore tutela ⟪h⟫a-
43 beat, tam iustus ° tutor esto, quam si is c(ivis) R(omanus) et[8] adgnatus proxumus c(ivis) R(omanus) tutor esset.

---

[1] quicquam. — [2] optume. — [3] tum. — [4] ereve. — [5] dari *Gradenwitz*. — [6] dum. — [7] cum. — [8] ei *ins. Hu.*

30. Lex Malacitana a. 81—84.

𝔈 2,1964 (cf. p. 876). Dess. 6089. Cf. quae praemisimus Legi Salpensanae supra Nr. 29.

[*R. De nominatione candidatorum.*

col. 1 *LI. Si ad quem diem professionem*] fieri oportebit, nullius nomine aut pauciorum, quam tot quod creari oportebit, professio facta eri*t*, sive ex his, quorum nomine pr*o*fessio[1] facta erit, pauciores erunt quorum h(ac) l(ege) comitiis rationem habere oporteat, quam tot ⟨*quot*⟩ creari oportebit: tum is qui comitia habere debebit proscribito, ita u(t) d(e) p(lano) r. l. p.[2], tot nomina eorum, quibus per h(anc) l(egem) eum honorem petere licebit, quod derunt ad eum numerum, ad quem creari ex h(ac) l(ege) oportebit. Qui ita proscripti erunt ii, si volent, aput eum, qui ea comitia habiturus erit, singuli singulos eiiusdem condicion*i*s[3] nominato, ique item, qui tum ab is nominati erunt, si volent, singuli singulos aput eundem ea⟪n⟫demque condicione nominato; isque, aput quem ea nominatio facta erit, eorum omnium nomina proponito, ita ut ⟪u(nde)⟫[4] d(e) p(lano) r. l. p.[2], deque is omnibus item comitia habeto, perinde ac si eorum quoque nomine ex h(ac) l(ege) de petendo honore professio facta esset intra praestitutum diem petereque eum honorem sua sponte c⟨*o*⟩epissent neque eo proposito destitissent.

R. De comitiis habendis.

Ex IIviris qui nunc sunt, item ex is, qui
LII. deinceps in eo municipio IIviri erunt,

---

[1] prqfessio. — [2] r(ecte) l(egi) p(ossint). — [3] condiciones. — [4] ⟪ut⟫ u(t) *Dess. coll. l. 8.*

uter maior natu erit, aut si ei causa quae inciderit q(uo) m(inus) comitia habere, possit, tum alter ex his comitia IIvir(is), item aedilibus, item quaestoribus rogandis subrogandis h(ac) l(ege) habeto; utique ea distributione curiarum, de qua supra conprehensum est, suffragia ferri debebunt, ita per tabellam ferantur facito. Quique ita creati erunt, ii annum unum aut, si in alterius locum creati erunt, reliqua parte eiius anni in eo honore sunto, quem suffragis erunt consecuti.

R. In qua curia incolae suffragia ferant.

LIII. Quicumque in eo municipio comitia IIviris, item aedilibus, item quaestoribus rogandis habebit, ex curiis sorte ducito unam, in qua incolae, qui cives R(omani) Latinive cives erunt, suffragi*um*[1] ferant, eisque in ea curia suffragi latio esto.

R. Quorum comitis rationem haberi oporteat.

LIIII. Qui comitia habere debebit, is primum IIvir(os) qui iure dicundo praesit ex eo genere ingenuorum hominum, de quo h(ac) l(ege) cautum conprehensumque est, deinde proximo quoque tempore aediles, item quaestores ex eo genere ingenuorum hominum, de quo h(ac) l(ege) cautum conprehensumque est, creando⟨*s*⟩ curato; dum ne cuiius comitis rationem habeat, qui IIviratum petet ⟪et⟫, qui minor annorum XXV erit, quive intra quinquennium in eo honore fuerint; item qui aedilitatem quaesturamve petet, qui minor quam annor(um) XXV erit, quive in earum qua causa erit, propter col. 2 quam, si c(ivis) R(omanus) esset, in numero decurionum conscriptorumve eum esse non liceret.

---

[1] suffragio.

R. De suffragio ferendo.

LV. Qui comitia ex h(ac) l(ege) habebit, is municipes curiatim ad suffragium ferendum vocato ita, ut uno vocatu omnes curias in suffragium vocet, eaeque singulae in singulis consaeptis suffragium per tabellam ferant. Itemque curato, ut ad cistam cuiiusque curiae ex municipibus eiius municipi terni sint, qui eiius curiae non sint, qui suffragia custodiant, diribeant, et uti ante quam id faciant quisque eorum iurent: se rationem suffragiorum fide bona habiturum relaturumque. Neve prohibito, q(uo) m(inus) et qui honorem petent singulos custodes ad singulas cistas ponant. Iique custodes ab eo qui comitia habebit, item ab his positi qui honorem petent, in ea curia quisque e*o*rum suffragi*um*[1] ferto, ad cuiius curiae cistam custos positus erit, eorumque suffragia perinde iusta rataque sunto ac si in sua quisque curia suffragium tulisset.

R. Quid de his fieri oporteat, qui suffragiorum numero pares erunt.

LVI. Is qui ea comitia habebit, uti quisque curiae cuiius plura quam alii suffragia habuerit, ita priorem ceteris eum pro ea curia factum creatumque esse renuntiat*o*[2], donec is numerus, ad quem creari oportebit, expletus sit. Qua⟪m⟫ in curia totidem suffragia duo pluresve habuerint, maritum, quive maritorum numero erit,

---

1) eqrum suffragio. — 2) renuntiatq.

caelibi liberos non habenti, qui maritorum numero non erit; habentem liberos non habenti; plures liberos habentem pauciores[1] habenti praeferto prioremque nuntiato ita, ut bini liberi post nomen inpositum aut singuli puberes amis$\overset{\circ}{_}$si u*i*rive[2] potentes amissae pro singulis sospitibus numerentur. Si duo pluresve totidem suffragia habebunt et eiiusdem condicionis erunt, nomina eorum in sortem coicito, et uti *c*uiiusque[3] nomen sorti ductum erit, ita eum priorem alis renuntiat⟨*o*⟩.

R. De sortitione curiarum et is, qui curiarum numero par⟪t⟫es erunt.

LVII. Qui comitia h(ac) l(ege) habebit, is relatis omnium curiarum tabulis nomina curiarum in sortem coicito, singularumque curiarum nomina sorte ducito, et ut cuiiusque curiae nomen sorte exierit, quos ea curia fecerit, pronuntiari iubeto; et uti quisque prior maiorem partem numeri curiarum confecerit, eum, cum h(ac) l(ege) iuraverit caveritque de pecunia communi, factum creatumque renuntiato, donec tot magistratus sint quod h(ac) l(ege) creari oportebit. Si totidem curias duo pluresve habebunt, uti supra conprehensum est de is qui suffragiorum numero pares essent, ita de is qui totidem curias habebunt facito, eademque ratione priorem quemque creatum esse renuntiato.

R. Ne quid fiat, quo minus comitia habeantur.

LVIII. Ne quis intercedito neve quit aliut facito, quo minus in eo mun⟨*i*⟩cipio h(ac) l(ege)

---

1) pauoiores. — 2) utrive. — 3) quiiusque.

comitia habeantur perficiantur.

col. 3 Qui aliter adversus ea fecerit sciens d(olo) m(alo), is in res singulas HS X(milia) municipibus munic*i*pii[1] Flavi Malacitani d(are) d(amnas) e(sto), eiiusque pecuniae deque ea pecun(ia) municipi eius municipii qui volet, cuique per h(anc) l(egem) licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De iure iurando eorum, qui maiorem partem numeri curiarum expleverit.

LIX. Qui ea comitia habebit, uti quisque eorum, qui IIviratum aedilitatem quaesturamve petet, maiiorem partem numeri curiarum expleverit, priusquam eum factum creatumque renuntiet, iusiurandum adigito in contionem palam per Iovem et divom Augustum et divom Claudium et divom Vespasianum Aug(ustum) et divom Titum Aug(ustum) et Genium imp(eratoris) Caesaris D⟨*omitia*⟩ni Aug(usti) deosque Penates se ⟪eum⟫ qu⟨*a*⟩e ex h(ac) l(ege) facere oportebit facturum, neque adversus h(anc) l(egem) fecisse aut facturum esse scientem d(olo) m(alo).

R. Ut de pecunia communi municipum caveatur ab is, qui IIviratum quaesturamve petet.

LX. Qui in eo municipio IIviratum quaesturamve petent quique propterea, quod pauciorum nomine quam oportet professio facta esset, nominatim in eam condicionem rediguntur, ut de his quoque suffragium ex h(ac) l(ege) ferri oporteat: quisque eorum, quo die comitia habebuntur, ante quam suffragium feratur arbitratu eius qui ea comitia habebit praedes in commune municipum dato pecuniam communem eorum, quam in honore suo tractaverit, salvam is fore. Si d(e) e(a) r(e) is praedibus minus cautum esse videbitur, praedia subsignato arbitratu eiiusdem. Isque ab iis praedes praediaque sine d(olo) m(alo) accipito, quoad recte cautum sit, uti quod recte factum esse volet. Per quem eorum, de quibus IIvirorum quaestorumve comitiis suffragium ferri oportebit, steterit, q(uo) m(inus) recte caveatur, eius qu*i*[1] comitia habebit rationem ne habeto.

---

[1] municepii.

R. De patrono cooptando.

Ne quis LXI. patronum publice municipibus municipii Flavi Malacitani cooptato patrociniumve cui deferto, nisi ex maioris partis decurionum decreto, quod decretum factum erit, cum duae partes non minus adfuerint et iurati per tabellam sententiam tulerint. Qui aliter adversus ea patronum publice municipibus municipii Flavi Malacitani cooptaverit patrociniumve cui detulerit, is HS X (milia) n(ummum) in *p*ublicum[2] municipibus municipii Flavi Malacitani d(are) d(amnas) e(sto); e*t* is, qu*i*[3] adversus h(anc) l(egem) patronus cooptatus cui*ve*[4] patrocinium delatum erit, ne magis ob eam rem patronus municip⟪i⟫um municipii Flavi Malacitani⟪tanii⟫ esto.

R. Ne quis aedificia, quae restitutu$\overset{\text{non}}{\text{rus}}$ erit, destruat.

Ne quis LXII. in oppido municipii Flavi Malacitani quaeque ei oppido continentia aedificia erunt, aedificium detegito destruito demoliundumve curato, nisi[5] decurionum conscriptorumve sententia, cum maior pars eorum adfuerit, quod restitu⟨*tu*⟩rus intra proximum annum non erit. Qui adversus ea fecerit, is quanti e(a) r(es) e(rit), t(antam) p(ecuniam) municipibus municipi Flavi Malacitani d(are) d(amnas) e(sto), eiusque pecuniae deque ea pecunia municipi eius municipii, qui volet cuique per h(anc) l(egem) lice*bit*[1], actio petitio col. 4 persecutio esto.

---

[1] eiusque. — [2] dublicum. — [3] eisque. *Excidisse videtur formula sollemnis* eiusque pecuniae — esto, *ut in c. 58.62.67. Salp. 26. ZRG. 3,364 n. 80.* — [4] cu/ius. — [5] *inserendum fortasse* de.

R. De locationibus legibusque locationum proponendis et in tabulas municipi referendis.

LXIII. Qui IIvir i(ure) d(icundo) p(raeerit), vectigalia ultroque tributa, sive quid aliut communi nomine municipum eiius municipi locari oportebit, locato. Quasque locationes fecerit quasque leges dixerit, quanti quit locatum sit et ⟨*qui*⟩ praedes accepti sint quaeque praedia subdita subsignata obligatave sint quique praediorum cognitores accepti sint, in tabulas communes municipum eius municipi referantur facito et proposita habeto per omne reliquom tempus honoris sui, ita ut d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint), quo loco decuriones conscriptive proponenda esse censuerint.

R. De obligatione praedum praediorum cognitorumque.

LXIV. Quicumque in municipio Flavio Malacitano in commune municipum eiius municipi praedes facti sunt erunt quaeque praedia accepta sunt erunt, quique eorum praediorum cognitores facti sunt erunt: ii omnes et quae cuiiusque eorum tum ⟨*fuerunt*⟩ erunt, cum praees cognitorve factus est erit, quaeque postea esse, cum ii obligati esse coeper*unt* c⟨*o*⟩eperint[2], qui eorum soluti liberatique non sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, eaque omnia, quae⟪que⟫ eorum soluta liberata-

---

1) licerit. — 2) coeperiint ceperint. [*Adde praeterea* ii omnes. Th. M.]

que non sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, in commune municipum eiius municipii item obligati obligata⟪e⟫que sunto, uti ii ea⟪e⟫ve p(opulo) R(omano) obligati obligatave essent, si aput eos, qui Romae aerario praeessent, ii praedes i*i*que[1] cognitores facti eaque praedia subdita subsignata obligatave essent. Eosque praedes eaque praedia eosque cognitores, si quit eorum, in quae cognitores facti erunt, ita non erit, qui quaeve soluti liberati soluta liberataque non sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, IIviris, qui ibi i(ure) d(icundo) praerunt, ambobus alteri⟪us⟫ve eorum ex decurionum conscriptorumque decreto, quod decretum cum eorum partes tertiae non minus quam duae adessent factum erit, vendere[2] legemque his vendundis dicere ius potestasque esto; dum ea⟨m⟩ legem is rebus vendundis dicant, quam legem eos, qui Romae aerario praeerunt, e lege praediatoria praedibus praedisque vendundis dicere oporteret, aut si lege praediatoria emptorem non inveniet, quam legem in vacuom vendendis dicere oporteret; et dum ita legem dicant, uti pecunia in fore[3] municipi Flavi Malacitani referatur luatur solvatur. Quaeque lex ita dicta ⟨e⟩rit, iusta rataque esto.

R. Ut ius dicatur e lege dicta praedibus et praedis vendundis.

LXV. Quos praedes quaeque praedia quosque cognitores IIviri municipii Flavi Malacitani h(ac) l(ege) vendiderint, de iis quicumque i(ure) d(icundo) p(raeerit), ad quem de ea re in ius aditum erit ita ius dicito iudiciaque dato, ut ei, qui eos praedes cognitores ea praedia mercati erunt, praedes socii[1] heredesque eorum i*i*que[2], ad quos ea res pertinebit, de is rebus agere easque res petere persequi recte possit.

---

[1] inque. — [2] vendere *additum supra lineam.* — [3] *Sic aes. Mo.:* pecunia inde redacta in commune. *Lab.:* in foro. *Dernb.:* in pobl. *Secundum col. V v. 12 et 20 emendandum est:* pecunia in publicum municipum.

R. De multa, quae dicta erit.

col. 5 LXVI. Multas in eo municipio ab IIviris praefectove dictas, item ab aedilibus quas aediles dixisse se aput IIviros ambo alterve ex iis professi erunt, IIvir, qui i(ure) d(icundo) p(raeerit), in tabulas communes municipum eiius municipi referri iubeto. Si cui ea multa dicta erit aut nomine eiius alius postulabit, ut de ea ad decuriones conscriptosve referatur, de ea decurionum conscriptorumve iudicium esto. Quaeque multae non erunt iniustae a decurionibus conscriptisve iudicatae, eas multas IIviri in publicum municipum eiius municipii redigunto.

R. De pecunia communi municipum deque rationibus eorundem.

χαλκοῦν φιλίας ἐν τῷ Καπετωλίῳ ἀναθεῖναι θυσίαν τε ποιῆ̣σαι
ἐξῆ̣ι[5], ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάτα°γμα τόπον παροχή̣ν τε τὸν 26
ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι ἀποστεῖλαί[6] τε κελεύσω-
σιν· ἐάν τε περὶ τῶν ἰδίων πραγμάτων πρεσβευτὰς πρὸς τὴν σύγ- 27
κλητον ἀποστέλλειν αὐτοί τε παραγίνεσθαι προαιρῶνται, ὅπως

---

antiquitate additamenti dubitare me vetuit Huelsenus aere inspecto) inserta est littera H, *perperam si quid video; nam iudicium apud magistratus Romanos et iudicium iudicum Italicorum tantum abest, ut recte sibi opponantur, ut Italici iudices dari nequeant nisi a magistratu Romano.* Th. M.]
— 1) κρητηριον. — 2) αυτατιος. — 3) αοτοις. — 4) πινα. — 5) επηι. — 6) αποστουλαι.

9 *rebus legatos ad senatum* ° *mitt*]ere lega[*teive*] veneire vellent, uti eis leibereis postereisque eorum legatos venire mittereque liceret. 10 Uteiq[*ue Q. Lutatius, M. Aemilius cos. a(lter) a(mbove),*] ° sei (videatur) e(is), litteras ad magistratus nostros, quei Asiam Macedoniam provincias optinent, et ad magistratus eorum mitta[*nt, senatum* 11 *velle et*] ° aequom censere ea ita fierei ∾ ita u(tei) e(is) e r(e) p(ublica) f(ideque) s(ua) v(ideatur). C(ensuere).

28 αὐτοῖς τέκνοις ἐκγόνοις τε αὐτῶν ° πρεσβευταῖς παραγίνεσθαι καὶ ἀποστέλλειν τε ἐξῇ· ὅπως τε Κόιντος Λυτάτιος, Μάρκος Αἰμίλιος 29 ὕπατοι, ὁ ἕτερος ἢ ἀμφότεροι, ° ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται, γράμματα πρὸς τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους, οἵτινες Ἀσίαν Μακεδονίαν 30 ἐπαρχείας διακατέχουσίν[1], ° καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἀποστείλωσιν τὴν σύνκλητον[2] θέλειν καὶ δίκαιον ἡγεῖσθαι ταῦτα οὕτω 31 γίνεσθαι, ° οὕτως ὡς ἂν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται[3]. ∾ Ἔδοξεν. —

32 Ἀσκληπιάδου τοῦ Φιλίνου Κλαζομενίο[υ]. Πολυστράτου τοῦ 33 Πολυάρχου ° Καρυστίου. Μενίσκου τοῦ Εἰρηναί[ου Μ]ιλησίου.

V 42. SC. de Oropiis a. 681 (= 73).

Magna tabula marmorea reperta m. Iulio a. 1884 in oppido Boeotiae Oropo ubi oraculum Amphiarai fuisse notum est. Edidit eam primus S. Bases Graecus Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *1884 p. 98, cf. 1886 p. 46, deinde Mo. Hermae vol. 20 p. 268 sq.; uterque editor versionem Latinam adiecit et commentarium. Habent item Viereck sermo Graecus (Gottingae 1889) n. XVIII et Dittenberger inscr. Graec. VII 413. — Continet tabula epistulam consulum a. 681 ad Oropios datam (v. 1—16), per quam iis transmittunt cum decretum ex iussu senatus anno praecedente facto de consilii sententia redditum inter Oropios et publicanos (v. 16—59) tum senatus consultum quo decretum confirmatur (v. 59—69). Nomina eorum qui in consilio fuerunt cur epistulae subiuncta sint, infra p. 184 n. 6 explicatum est. Decreto adiuncta sunt instrumenta a partibus in actione illa prolata, scilicet a publicanis caput ex lege censoria (cf. p. 183 n. 1) locationis (v. 35—42) ab Oropiis pars decreti Sullani et quo id confirmabatur senatus consulti (v. 42—57). Sumptum autem est decretum ex commentariis consulum, quorum mentio fit v. 31.58, senatus consultum ex volumine actorum senatus.*

---

1) αιακατεχουσιν. — 2) συνκαητον. — 3) φανηται.

(*A. Epistula consulum a. 681 decretum ex consilii sententia continens.*)

Μ[άαρ]κος Τερέντιος Μαάρκου υἱὸς Οὐάρρων Λεύκολλος, Γάιος
Κάσιος Λευκ[ίου υἱὸς ° Λόγ]γινος ὕπατοι ∾ Ὠρωπίων ἄρχουσιν 2
βουλῇ δήμωι χαίρειν.

Εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχ[οι]. ° Ὑμᾶς εἰδέναι βουλόμεθα, ἡμᾶς 3
κατὰ τὸ τῆς συνκλήτου δόγμα τὸ γενόμενον ἐ[πὶ Λευκί]°ου Λικινίου 4
Μαάρκου Αὐρηλίου ὑπάτων ἐπεγνωκέναι[1] περὶ ἀντιλογιῶν τῶν αναμ....
° θεῶι Ἀμφιαράωι καὶ τῶν δημοσιωνῶν γεγονότων ἐπεγνωκέναι ∾ 5
πρὸ μιᾶς εἰ[δυῶν] ° Ὀκτωμβρίων ἐμ βασιλικῇ Πορκίᾳ. 6

Ἐν συνβουλίωι ∾ παρ̣ῆσαν Μάαρκος Κλαύδιος Μαάρκ[ου] °
υἱὸς Ἀρνήσσης Μαάρκελλος ∾ (*et quattuordecim alii, in his octavo loco* ° 7
Μάαρκος Τύλλιος Μαάρκου υἱὸς Κορνηλία Κικέρων). 8—16

Περὶ ὧν Ἑρμόδωρος Ὀλυνπίχου υἱὸς ἱερεὺς ° Ἀνφιαράου, ὅστις 17
πρότερον ὑπὸ τῆς συνκλήτου σύνμαχος προσηγορευμέ°νος ἐστίν, 18
καὶ Ἀλεξίδημος Θεοδώρου υἱὸς ⟨καὶ⟩ Δημαίνετος Θεοτέλου υἱὸς
πρεσβευ°ταὶ Ὠρωπίων λόγους ἐποιήσαντο, ∾ 19

ἐπ⟨ε⟩ὶ ἐν τῷ τῆς μισθώσεως νόμῳ αὗται αἱ ° χῶραι ὑπεξειρημέναι 20
εἰσίν[4], ἃς Λεύκιος Σύλλας θεῶν ἀθανάτων ἱερῶν τεμενῶν ° φυλακῆς 21
ἕνεκεν συνεχώρησεν, ὑπεξειρημέναι εἰσίν ∾ ταύτας τε τὰς προσ°
όδους, περὶ ὧν ἄγεται τὸ πρᾶγμα, Λεύκιος Σύλλας τῶι θεῶι Ἀμ- 22

(A.) *M. Terentius M. f. Varro Lucullus, C. Cassius L. f. Longinus cos. Oropiorum magistratibus ordini populoque salutem.*

Si valetis, bene est. Scire vos volumus, nos ex senatus consulto facto L. Licinio M. Aurelio cos.[1] *de controversiis eorum qui [res curant?] dei Amphiarai et publicanorum qui fuerunt cognovisse pridie idus Octobres in basilica Porcia.*

In consilio adfuerunt M. Claudius M. f. Arn(ensi) Marcellus (et quattuordecim alii, in his octavo loco M. Tullius M. f. Cor. Cicero).

Quod Hermodorus Olympichi f. sacerdos Amphiarai, qui antea a senatu socius appellatus est, et Alexidemus Theodori f. [et] Demaenetus Theotelis f., legati Oropiorum, verba fecerunt,

cum in lege locationis ii agri, quos L. Sulla deorum immortalium aedium sacrarum tuendarum causa concessit, excepti sint, eosque reditus, qua de re agitur, L. Sulla deo

---

1) ἐπεγνωκέναι *verbum cum v. 5 redeat, hoc loco delendum censet Mo. — Consules sunt a. 680 (= 74).* — 4) ὑπεξειρημέναι εἰσίν *verba v. 21 repetita hoc loco delet Mo.*

23 φιαράωι προσ⟪ύ⟫ιρι°_σεν, ὅπως ὑπὲρ τούτων τῶν χωρῶν πρόσοδον τῶι δημοσιώνῃ μὴ τελῶσιν· ~

24 καὶ περὶ ὧν Λεύκιος Δομέτιος Ἀϊνόβαλβος[1] ~ ὑπὲρ δημοσιωνῶν εἶπεν ~

25 ἐπεὶ ἐν τῶι τῆς μισθώσεως νόμωι αὗται αἱ χῶραι ὑπεξειρη-
26 μέναι εἰσίν, ° ἃς Λεύκιος Σύλλας θεῶν ἀθανάτων ἱερῶν τεμενῶν
27 φυλακῆς ἕνεκεν ° συνεχώρησεν, ~ οὔτε ὁ Ἀμφιάραος, ὧι αὗται
28 αἱ χῶραι συνκεχωρημέναι ° λέγονται, θεός ἐστιν[2], ὅπως ταύτας
29 τὰς χώρας καρπίζεσθαι[3] ἐξῇ ° τοὺς δημοσιώνας. ~

30 ἀπὸ συνβουλίου γνώμης γνώμην ἀπεφηνά°_μεθα· ὃ ἐπέγνωμεν, τῆι
31 συνκλήτωι προσανοίσομεν ~, τοῦτο ὃ καὶ ° εἰς τὴν τῶν ὑπομνημάτων δέλτον[4] κατεχωρίσαμεν· ~

32 περὶ χώρας ° Ὠρωπίας, περὶ ἧς ἀντιλογία ἦν πρὸς τοὺς δη-
33 μοσιώνας, κατὰ τὸν τῆς ° μισθώσεως νόμον αὕτη ὑπεξειρη-
34 μένη ἐστίν, ἵνα μὴ ὁ δημοσιώ°_νης αὐτὴν καρπίζηται.

Κατὰ τὸ τῆς συνκλήτου δόγμα ἐπέγνωμεν.

Amphiarao attribuerit, ut pro iis agris reditum publicano ne pendant;

et quod L. Domitius Ahenobarbus[1] *pro publicanis dixit,*

cum in lege locationis ei agri excepti sint, quos L. Sulla deorum immortalium aedium sacrarum tuendarum causa concessit, neque Amphiaraus, cui ei agri concessi esse dicuntur, deus sit[3], *ut eis agris frui liceat publicanis;*

de consilii sententia sententiam tulimus; quod cognovimus ad senatum referemus, id quod etiam in commentariorum tabulam rettulimus:

de agro Oropio, de quo controversia erat adversus publicanos, ex lege locationis is exceptus est, ut ne publicanus eo fruatur.

Ex senatus consulto cognovimus.

---

1) *Consul postea a. u. c. 700 (= 54).* — 2) *Cf. Cicero de deorum nat. 3,18,49:* an Amphiaraus erit deus et Trophonius? nostri quidem publicani cum essent agri in Boeotia excepti lege censoria, negabant immortales esse ullos, qui aliquando homines fuissent. — 3) καρπισζεσθαι. — 4) *Vocabulum* δέλτος *hoc loco commentarios consulum significat, qualis est* codex ansatus *proconsulis Sardiniae (cf. decretum eius infra cap. VI).*

(*B. Instrumenta in actione prolata.*)

(I.[1]) ° Ἐν τῷ τῆς μισθώσεως νόμῳ ὑπεξειρημένον[2] δοκεῖ[3] εἶναι 35
οὕτως· ∾
° ἐκτός τε τούτων ἢ εἴ τι δόγμα[4] συνκλήτου αὐτοκράτωρ 36
αὐτοκράτορές τ[ε] ° ἡ̣μέτεροι καταλογῆ̣ς θεῶν ἀθανάτων ἱε- 37
ρῶν τεμενῶν τε φυλακῆς ⟨ἕνεκεν[5]⟩ ° καρπίζεσθαι ἔδωκαν κατ- 38
έλιπον, ∾ ἐκτός τε τούτων, ἃ Λεύκιος ° Κορνήλιος Σύλλας 39
αὐτοκράτωρ ἀπὸ συνβουλίου γνώμης θεῶν ° ἀθανάτων ἱε- 40
ρῶν τεμενῶν τε[6] φυλακῆς ἕνεκεν καρπίζεσθαι ἔδωκεν, ° ὃ τὸ 41
αὐτὸ ἡ σύνκλητος ἐπεκύρωσεν οὔτε μετὰ ταῦτα δόγματι
° συνκλήτου ἄκυρον ἐγενή̣θη. ∾ 42
(II.) Λεύκιος Κορνήλιος Σύλλας ἀπὸ συν°βουλίου γνώμης γνώμην 43
εἰρηκέναι δοκεῖ[7]. ∾
τῆς εὐχῆ̣ς ἀποδόσεως ° ἕνεκεν τῶι ἱερῷ Ἀμφιαράου χώραν 44
προστίθημι πάντη πάντοθεν πόδας ° χιλίους, ἵνα καὶ αὕτη ἡ 45
χώρα ὑπάρχῃ ἄσυλος·
ὡσαύτως τῶι θεῷ Ἀμφιαράωι ° καθιερωκέναι 46

(B. I.[1]) *In lege locationis sic videtur*[3] *exceptum esse:*

et extra quam (?) si quid senatus consultum imperator imperatoresque nostri honoris deorum immortalium aediumque sacrarum tuendarum ⟨*causa*⟩[5] *fruendum dederunt reliquerunt, extraque ea quae L. Cornelius Sulla imperator de consilii sententia deorum immortalium aediumque sacrarum tuendarum causa fruenda dedit, quod idem senatus confirmavit neque postea senatus consulto irritum factum est.*

(II.) *L. Cornelius Sulla de consilii sententia sententiam videtur*[6] *dixisse:*

voti reddendi causa aedi Amphiarai agrum tribuo undequaque pedum mille, ut hic quoque ager sacer sit.

item deo Amphiarao consecrasse

---

[1] *Ex lege locationis citata supra v. 20. 25. 33. duo capita afferuntur, prius (v. 36—38) tralaticium ut videtur, alterum (v. 38—42) Sullanis temporibus additum.* — [2] υπεξειρημενην. — [3] *Scilicet consulibus consilioque eorum constabat haec sic scripta esse in lege censoria.* — [4] δόγματι *emendat Bases parum recte, nam utrumque genus decretorum hoc loco requiritur tam urbanum quam imperatorium, et obstat praeterea ordo verborum.* — [5] ἕνεκεν *addidit Pick.* — [6] τε *v. 21 et 26 omissum videtur irrepsisse ex v. 37; cf. lex Iulia munic. v. 8:* aedium sacrarum deorum immortalium caussa aedificandarum. — [7] *Cf. p. 183 n. 3.*

47 τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας λιμένων τε τῶν Ὠρωπίων ° τὰς
προσόδους ἁπάσας εἰς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς θυσίας, ἃς Ὠρώ-
48 πιοι ° συντελοῦσιν θεῷ Ἀμφιαράωι ὁμοίως δὲ καὶ ἃς ἂν
49 μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ° νίκης καὶ τῆς ἡγεμονίας τοῦ δήμου
50 τοῦ Ῥωμαίων συντελέσουσιν, ∾ ° ἐκτὸς ἀγρῶν τῶν Ἑρμοδώ-
51 ρου Ὀλυνπίχου υἱοῦ ἱερέως Ἀμφιαράου τοῦ ° διὰ τέλους ἐν
τῇ φιλίᾳ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων μεμενηκότος.

52 Περὶ τού°του τοῦ πράγματος δόγμα συνκλήτου ∾ ἐπὶ Λευκίου
53 Σύλλα Ἐπαφροδίτου[1], ° Κοΐντου Μετέλλου Εὐσεβοῦς ὑπάτων[2] ∾
54 ἐπικεκυρωμένον δοκεῖ[3] εἶναι, ∾ ° ὅπερ ἡ σύνκλητος ἐδογμάτισεν
καὶ[4] εἰς τούτους τοὺς λόγους·
55 ὅσα τε θεῶι ° Ἀμφιαράωι καὶ τῶι ἱερῷ αὐτοῦ ∽ Λεύκιος
56 Κορνήλιος Σύλλας ἀπὸ συ⟨ν⟩βουλίου ° γνώμης προσώρισεν συνε-
57 χώρησεν, τὰ αὐτὰ ἡ σύνκλητος τούτῳ τῶι θεῶι ° δοθῆναι
συνχωρηθῆναι ἡγήσατο.

58 Ἐν τῶι συμβουλίωι παρῆσαν ° οἱ αὐτοὶ οἱ ἐμ πραγμάτων συμ-
59 βεβουλευμένων δέλτωι πρώτηι ° κηρώματι τεσσαρεσκαιδεκάτωι[5].

urbis et agri portuumque Oropiorum reditus omnes in ludos et sacrificia, quae Oropii deo Amphiarao faciunt, item quae posthac ob victoriam imperiumque populi Romani facient, extra agros Hermodori Olympichi f. sacerdotis Amphiarai, qui perpetuo in amicitia populi Romani mansit.

De ea re senatus consultum L. Sulla Epaphrodito, Q. Metello Pio cos. factum videtur esse, quod senatus decrevit et in haec verba:

quaeque deo Amphiarao et aedi eius L. Cornelius Sulla de consilii sententia attribuit concessit, eadem senatus ei data concessa esse existimavit.

In consilio fuerunt iidem qui in rerum consultarum tabula prima, cera quarta decima.

---

1) *Sulla eodem tempore a senatu appellatus est et Felix et Epaphroditus, ut in actis publicis populi Romani Graece conceptis hoc vocabulo uteretur pariter ut illo in Latinis.* — 2) *a. 674 (= 80).* — 3) *Cf. p. 183 n. 3.* — 4) καὶ *Bases delendum censet, recte ut videtur.* — 5) *Verba* ἐν τῷ συμβ. — τεσσαρεσκαιδεκάτωι *extrema sunt decreti consulum (nam instrumenta quae proxime praecedunt partem eius decreti efficiunt) et ad id ipsum referenda. Nomina eorum qui in consilio sunt cum praescribantur in sententia de Adramytenis (Staatsr. 3,967 n. 3), subscribantur in decreto Sardo (infra cap. VI), plenaria forma huiusce decreti bis ea exhibet tam in principio quam in fine, quamquam hic non indicantur nisi remissione.*

(C. SC. confirmans decretum consulum a. 681 (= 73).)

Δόγμα συνκλήτου τοῦτο γενόμενόν ° ἐστιν· 60
Πρὸ ἡμερῶν δεκαεπτὰ καλανδῶν Νοενβρίων ἐν κομετίωι.
° Γραφομένου παρῆσαν ∾ Τίτος Μαίνιος Τίτου υἱὸς Λεμωνία 61
(*et duo alii*). ° 62. 63
Περὶ ὧν Μάαρκος Λεύκολλος, Γάιος Κάσιος ὕπατοι ° ἐπιγνόντες 64
ἀπήγγειλαν·
περὶ Ὠρωπίας χώρας καὶ τῶν ° δημοσιωνῶν ἑαυτοὺς ἐπεγνω- 65
κέναι· ὡσαύτως τὴν Ὠρωπίων ° χώραν ὑπεξειρημένην δοκεῖν 66
εἶναι κατὰ τὸν τῆς μισθώσεως νόμον, ° μὴ δοκεῖν τοὺς δημο- 67
σιώνας ταῦτα καρπίζεσθαι,
οὕτως, ∾ ° καθὼς αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς 68
τε τῆς ° ἰδίας ἐφαίνετο, ἔδοξεν[1]. 69

(C.) *Senatus consultum hoc factum est:*
A. d. XVII kal. Nov. in comitio.
Scribendo adfuerunt T. Maenius T. f. Lem(onia) (et duo alii).
Quod M. Lucullus C. Cassius cos. causa cognita rettulerunt de agro Oropio et publicanis cognovisse se: Oropiorum quoque agrum exceptum videri esse ex lege locationis, non videri publicanos eis frui,
ita, ut eis e re publica fideque sua visum esset, censuere[1].

V 43. SC. de Aphrodisiensibus c. a. 712 (= 42).

C. I. G. 2,2737 inde; Viereck sermo Graecus cet. p. 5. — Aphrodisias, Cariae oppidum, vel ut plene dicuntur in nummis Ἀφροδισιεῖς Πλαρασεῖς *sive, ut in hoc marmore,* Πλαρασεῖς καὶ Ἀφροδισιεῖς, *libertatem accepit non tam a Caesare dictatore quam ex actis eius quae dicebantur a M. Antonio a. 710 (= 44) una cum confirmatione iuris asyli, quam memorat Tacitus ann. 3,62:* Aphrodisienses posthac et Stratonicenses dictatoris Caesaris ob vetusta in partes merita et recens divi Augusti decretum attulere ....

Antiquissima igitur est consuetudo actorum synhodalium aetatis Christianae, quae item ubi plene servata sunt incipiunt a recensu praesentium, finiunt in subscriptionibus eorundem.

[1] *Extrema pars decreti perturbata omissis formulis tralaticiis qualis esse debuerit, intellegitur ex senatusconsulto de Asclepiade; scilicet post relationem magistratuum, quae finit v.* καρπίζεσθαι, *ponendum fuit* περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· τὴν σύνκλητον θελειν ταῦτα οὕτως γίνεσθαι ὡς ἂν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται. Ἔδοξεν.

Aphrodisiensium civitas Veneris, Stratonicensium Iovis et Triviae religionem tuebantur. *Eius decreti in lapide non superest nisi inscriptio* γράμματα Καίσαρος *et argumentum relatum in senatus consulto; ex decreto IIIvirum r. p. c., quo id confirmabatur, quod videtur esse* ἐπίκριμα *adlegatum in epistula Antonii, non superest nisi argumentum solum in idem senatusconsultum receptum. Quod secundo loco in epistula nominatur* δόγμα, *eius bona pars superest; tertium iusiurandum quarta lex, quibus foedus sanciebatur, perierunt. Tempore extrema, in ordine solito more prima est epistula M. Antonii triumviri r. p. c. et cos, des. II et III, id est scripta inter a. 715 et 719, per quam haec instrumenta omnia Aphrodisiensibus misit; ea integra superest. — Lapidem semel tantum descriptum a Sherardo edidit primus Chishull in antiquitatibus Asiaticis (1738) deinde Boeckhius, C. I. Gr. l. l.* [*VII Dittenberger Or. Gr. inscr. sel. 453—455*]. *Supplementa eo minus certa sunt, quod de hiatuum ambitu parum constat; sunt autem alia priorum, alia mea, alia Viereckiana* [*VII et Dittenbergeriana. In versione Latina quaedam mutata sunt*].

[Μᾶρκος Ἀντώνιος Μάρκου υἱὸς
αὐτοκράτωρ, ὕπατος ἀποδεδει]-
γμένος τὸ β′ καὶ [τὸ γ′]
[τῶν] τριῶν ἀνδρῶν τῆ[ς]
τῶν δημοσίων πρα-
γμάτων διατάξεως
Πλαρασέων καὶ Ἀφρο-
δεισιέων ἄρχουσιν
βουλῇ δήμῳ χαίρειν·
Εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔ-
χοι· ὑγιαίνω δὲ καὶ
αὐτὸς μετὰ τοῦ στρα-
τεύματος. — Σόλων
Δημητρίου ὑμέτερος
πρεσβευτής, ἐπι-
μελέστατα πεφρον-
τικὼς τῶν τῆς πό-
λεως ὑμῶν πραγ-
μάτων, οὐ μόνον
ἠρκέσθη ἐπὶ τοῖς
γεγονόσιν οἰκονο-
[μή]μασιν, ἀλλὰ καὶ
ἡμᾶς παρεκάλεσ-
εν εἰς τὸ τοῦ γεγο-
νότος ὑμεῖν ἐπι-
κρίματος καὶ δόγμα-
τος καὶ ὁρκίου καὶ νό-
μου ἀντιπεφωνημέ-
να ἐκ τῶν δημοσίων
δέλτων ἐξαποστεῖ-
λαι ὑμεῖν τὰ ἀντίγρα-
φα· ἐφ οἷς ἐπαινέ-

[*M. Antonius M. f. imperator, cos.*] *designatus iterum et* [*tertium*], *trium virum rei publicae constituendae Plarasensium et Aphrodisiensium magistratibus ordini populo salutem.*

Si valetis bene est; valeo equidem cum exercitu. Solo Demetrii f. legatus vester, qui diligentissime res publicas vestras curavit, non contentus constitutionibus anterioribus, etiam nos hortatus est, ut decreti vobis redditi et senatus consulti et iuris iurandi et legis expressa e tabulis publicis vobis mitteremus

σας τὸν Σόλωνα μᾶλλον ἀπεδεξάμην ἔσχον τε ἐν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ γεινωσκομένοις, ᾧ καὶ τὰ καθήκοντα ἀπεμέρισα φιλάνθρωπα, ἄξιον ἡγησάμενος τὸν ἄνδρα τῆς ἐξ ἡμῶν τειμῆς, ὑμεῖν τε συνήδομαι ἐπὶ τῷ ἔχειν τοιοῦτον πολείτην. Ἔστιν δὲ ἀντίγραφα τῶν γεγονότων ὑμεῖν φιλανθρώπων τὰ ὑπογεγραμμένα· ἃ ὑμᾶς βούλομαι ἐν τοῖς δημοσίοις τοῖς παρ' ὑμεῖν γράμμασιν ἐντάξαι.

Γράμματα Καίσαρος [1].

. . . . , . . .

[Περὶ ὧν . . . . λόγους ἐποιήσαντο . . . .

περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ Πλαρασεῖς καὶ Ἀφροδεισιεῖς, ὡς ἔκρινε Γάιος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ κατὰ τὰ [2] ° δί]καια ἐσθλά τε [πολλ]ὰ ἐλευθέρους εἶναι. τῷ [τε] δικαίῳ καὶ ταῖς [κρίσεσιν ταῖς ἰδίαις τὴν πό°λιν] τὴν Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων χρῆσθαι μήτε ἐγγύην ε[ἰς Ῥώμην αὐτοὺς κατὰ δόγμα τι ° κ]αὶ κέλευσιν ὁμολογεῖν [3]· ἅ τέ τινα

exempla; ideo collaudatus a me Solo acceptior mihi factus est eumque in notis mihi habui, eidemque beneficia quae par erat tribui, dignum iudicans virum qui a nobis honoraretur. Vobis autem gratulor quod talem habetis civem. Sunt autem exempla beneficiorum vobis tributorum infra scripta: quae vos in tabulas vestras publicas referre volo.

Epistula Caesaris.

. . . .

[*Quod . . . . verba fecerunt . . . .*

de ea re ita censuerunt: placere senatui Plarasenses et Aphrodisienses, sicut decrevit C. Caesar imp., ex] aequo et bono posthac liberos esse, et iure [iudiciisque (?) suis civitatem] Plarasensium et Aphrodisiensium uti, neque vadimonium [Romam eos ad decretum quodvis] et iussum promittere [3]; quaeque praemia honores beneficia

---

1) *Epistula Caesaris ipsa et quae sequebantur perierunt.* — 2) [VII Περὶ ὧν — τα *suppl. Mo.; non probat Dittenberger.*] — 3) *Supplementa Chishulliana a Boeckhio fere retenta* μήτε ἐγγύην ε[ἰσφέρειν τούτοις κατὰ τόδε τὸ δόγμα κ]αὶ κέλευσιν ὁμολογεῖν *cum defendi nequeant, magis crediderim hoc loco caveri, Aphrodisiensis civis ne iussu magistratus Romani Romam evocetur*

4 ἔπαθλα τειμὰς φιλάνθρω[πα . . . . . . τρεῖς ἄνδρες ° ο]ἱ τῆς τῶν
δημοσίων πραγμάτων διατάξεως τῷ ἰδίῳ ἐπικρίματι Πλ[αρασεῦσι
5 καὶ Ἀφροδισιεῦ°σι] προσεμέρισαν προσμεριοῦσιν, συνεχώρησαν συν-
6 χωρήσουσιν, τα[ῦτα πάντα κύρια εἶναι ° γ]ενέσθαι.

ὁμοίως τε ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ, τὸν δῆμον τὸν Πλα[ρασέων
7 καὶ Ἀφροδεισιέ]°ων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν αὐτοὺς πάν-
8 των τῶν πραγ[μάτων ἔχειν καρπίζεσθαι ° καθ]άπερ καί τις πολιτεία
τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν, [ἥτις παρὰ τοῦ
9 ° δήμο]υ τοῦ Ῥωμαίων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν ἔχει φίλη
10 τε καὶ σύ[μμαχος γεγέ°νηται.

ὅ τε] τέμενος θεᾶς Ἀφροδίτης ἐν πόλει Πλαρασέων καὶ Ἀφρο-
11 δεισιέω[ν καθιέρωται, τοῦτο ° ἄσυλον ἔ]στω ταὐτῷ τῷ[1] δικαίῳ ταὐτῇ
12 τε δεισιδαιμονίᾳ, ᾧ δικαίῳ καὶ ᾗ δεισ[ιδαιμονίᾳ Ἀρτέμι°δος Ἐφε]-
σίας ἐστὶν ἐν Ἐφέσῳ. κύκλῳ τε ἐκείνου τοῦ ἱεροῦ εἴτε τέμενος εἴτ[ε
13 ἄλσος ἐστίν, οὗ°τος ὁ] τόπος ἄσυλος ἔστω[2].

ὅπως τε ἡ πόλις καὶ οἱ πολεῖται οἱ Πλαρασέων [καὶ Ἀφρο-
14 δεισιέων ° μεθ' ὧ]ν κωμῶν χωρίων ὀχυρωμάτων ὀρῶν προσόδων

[. . . . . tresviri] rei publicae constituendae suo decreto Pl[arasensibus et Aphrodisiensibus] attribuerunt attribuerint concesserunt concesserint, ea [omnia rata esse] fieri;

item placere senatui populum Plarasensium [et Aphrodisiensi]um libertatem et immunitatem ipsos omnium rerum [habere] . . . . . uti quae civitas optimo iure optimaque lege est, [quae civitas a] populo Romano libertatem et immunitatem habet, amica et socia [eius facta est];

*templum autem deae Veneris in civitate Plarasensium et Aphrodisiensium [*ἄσυλον*] esto eodem iure eademque religione, quo iure quaque religione [templum deae] Ephesiae est Ephesi, et in ambitu eius sacrarii si quod templum sive [sacrum est, is] locus* ἄσυλος *esto:*

utique civitas et cives Plarasenses [et Aphrodisienses cum quibus] vicis agris castellis saltibns reditibus in amicitiam [po-

---

et propterea vadimonium facere cogatur. Similiter (quem locum debemus Kaibelio) Dionysius 11,32: τὴν ἐγγύην ὁμολογεῖτε εἰς τὴν αὔριον ἡμέραν.

1) τῷ *delet Boeckhius.* — 2) *Cf. Tacitus ann. 3,62:* non modo templum, sed duobus milibus passuum eandem sanctitatem tribuerunt; *decretum de Oropiis (p. 180) v. 44. Spatium omitti potuit, quoniam agitur non de loco consecrando, sed de loci sacrati iure asyli confirmando.*

πρὸς τὴν φιλίαν το[ῦ δήμου προσῆλθον[1], ταῦτα ° ἔχωσ]ιν κρατῶσιν 15
χρωνται καρπίζωνταί τε πάντων πραγμάτων ἀτε[λεῖς ὄντες. μηδέ
τινα ° φόρον δ]ιά τινα αἰτίαν ἐκείνων[2] διδόναι μηδὲ [σ]υνεισφέρειν 16
ὀφείλωσιν, [ἀλλ' αὐτοὶ πᾶ°σι τούτ]οις, κατ' οὖσαν μετὰ ταῦτα ἐν 17
ἑαυτοῖς κύρωσιν, χρῶν[ται καρπίζωνται κρατῶσιν· Ἔδοξεν.]

puli Romani venerunt, ea habeant] *possideant utantur fruantur omnium rerum immunes*, [*neve quod tributum*] *ex quacumque causa illarum rerum dare inferreve debeant*, [*sed ipsi omnibus in rebus secundum*] *futuram posthac de suis rebus potestatem utantur* [*fruantur habeant. Censuere*].

44. Senatus consulta et edicta de campo Esquilino.

V A. SC. de pago Montano.

C 6,3823. 31577. Dess. 6082. — E cippo opisthographo (a. 1,54, l. 0,74) Romae a. 1875 reperto, qui est in aedibus conservatorum. SCti, non legis esse reliquias inde efficitur, quod decreta enuntiantur non imperativo, sed coniunctivo modo. De decretis ipsis v. Mommseni commentarium in C. Cf. infra legem Lucerinam.

. . . eisque curarent tu[*erenturque* I.
ar]bitratu aedilium pleibeium, [*quei*]-
comque essent, neive ustrinae in
eis loceis regionibusve nive foci ustri-
nae《ve》 caussa fierent, nive stercus terra[*m*]ve intra ea loca fecisse 5
coniecisseve veli[*t*]
quei haec loca ab paago Montano
[*redempta habebit; et uti, si qui stercus in eis loceis fecerit terramve* II.
in ea] loca iecerit, in [*eum HS . ma*]nus iniectio pignorisq. ca[*pio siet*]. 2

B. Edictum praetoris.

Cippi duo lapidis Tiburtini idem edictum continentes reperti Romae locis antiquis, scilicet extra muros Servianos, alter metr. 176 = ped. Rom. c. 600 ab aggere, quo is proximus est, ante portam Viminalem prope castra praetoria; alter metr. 185 = ped. Rom. c. 625 ab aggere ante portam Esquilinam prope S. Eusebii; inscriptiones ita collocatae sunt, ut ad urbem respiciant. Terminant cippi hi (itemque decretum edictumve quod sequitur eodem fere quo alter ex his cippis loco eruderatum) eam partem campi Esquilini, quo aetate liberae rei publicae licebat conicere et alia omnia et ipsa

---

[1] *Supplementa suggessit Pickius sumpta ex SC. Narthaciensi (Bull. de corr. hell. 6,356) v. 21.* — [2] *iunge* φόρον ἐκείνων.

cadavera (cf. Becker, Topogr. der Stadt Rom p. 554). Edidit eos Lanciani, bull. della comm. arch. comun. 1882 p. 159 et 1884 p. 58. — Praetor potest esse aut is cuius extant denarii inscripti L. Senti C. f. *cusi aetate Sullana (röm. Münzwesen p. 579) aut potius filius eius praeterea ignotus. — Edictum praetoris urbani hoc esse verisimile est cum propter praescriptionem tum propter verba Tertulliani de pudic. 1:* o edictum cui adscribi non poterit: bonum factum, *imitanturque edicta magistratuum ludicra popularia relata apud Suetonium Caes. 80 et Vitell. 14. Retinui tamen hoc loco, ne separarem a titulo eo qui praecedit, cum praesertim edictum magistratus et senatus consultum saepe ita sibi respondeant, ut vidimus fieri in tabula de Bacchanalibus (p. 160 in exordio). — Dess. 8208.*

L. Sentius C. f. p(raetor)
de sen(atus) sent(entia) loca
terminanda coer(avit).
B. f. 1) — Nei quis intra
5 terminos propius
urbem ustrinam

fecisse velit neive
stercus cadaver
iniecisse velit.

In altero cippo subscriptum est litteris non incisis, sed pictis tantum:

Stercus longe
aufer,
ne malum habeas.

45. Senatus auctoritas a. 703 (= 51) (*e Cic.*).

Ad illustrandam formam senatus consulti vel potius senatus auctoritatis cum intercessione subscripta unam elegi ex notis illis, quae pr. kal. Oct. a. 703 factae initium quodammodo erant belli inter Pompeium et Caesarem. Cf. Cic. l. c. Mo. röm. Gesch. 3,365.

(Caelius apud Cic. ad fam. 8,8,6: saepe re dilata et graviter acta — SC., quod tibi misi, factum est, auctoritatesque perscriptae: 2)

Prid. kal. Octobr. in aede Apollinis.

Scrib. adfuerunt L. Domitius Cn. f. Fab. Ahenobarbus *(et sex alii).*

Quod M. Marcellus cos. v(erba) f(ecit) de provinciis,

d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi impediendi, moram adferre oportere, quominus de r(e) p(ublica) p(opuli) R(omani) q(uam) p(rimum)[3] ad senatum referri senatique consultum fieri possit[4];

---

1) B(onum) f(actum). *Cf. Cic. ad fam. 1,2,4:* De his rebus — senatus auctoritas gravissima intercessit, cui cum Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta. *Dio 55,3,4:* ἡ γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλὰ ἀουκτώριτας ἐγίγνετο. — ἑλληνίσαι αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. — 2) [de republ. q. p. *quod traditur ita solvendum est.* Th. M.] — 3) posse *traditur.*

qui impedierit prohibuerit, eum senatum existimare[1] contra rem publicam fecisse.

Si quis huic SC. intercesserit, senatui placere auctoritatem perscribi et de ea re ad senatum populumque[2] referri[3].

Huic SC. intercessit C. Caelius, L. Vinicius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa [tribuni plebis[4]].

VI 46. SCC. de ludis saecularibus a. 737 (= 17) et 800.

XVvirum sacris faciendis commentarium ludorum saecularium quintorum editorum a. u. c. 737, cuius pars non exigua nuper Romae eruderata est edita cura mea primum iussu academiae Romanae regiae Lynceorum in eius monumentis antiquis vol. 1 (1891) p. 617 sqq., deinde Eph. epigr. 8, 225 sqq., inter alia (v. 50—64 partis recuperatae) continet senatusconsulta duo ad eos ludos pertinentia facta a. 737 Mai. 23, ea quae infra sequuntur sub numeris I. II. Eorundem senatus consultorum pars iam saec. XVI Romae inventa et ab Ursino primum edita, servata autem hodie in museo Vaticano (C VI, 877 b) acta nuper inventa aliquatenus explet. — Praeterea ex actis ludorum saecularium aut Claudianorum aut Domitianorum fragmentum ad nos pervenit inventum saec. XVI cum eo quod modo memoravimus, hodie deperditum (C VI, 877 a), continens senatus consultum anni incerti, cui insertum est principium senatusconsulti facti de ludis saecularibus a. 737 Febr. 17, quod in actis eius anni cum eorum parte priore desideratur neque in decreto hoc posteriore progreditur ultra exordium. Nos haec duo senatusconsultorum fragmenta rettulimus sub n. III. IV. [C VI, 4,2. 32323. 32324.]

(I.) A. d. X k. Iun. in saeptis [*Iulis . . . . scribundo ad-* 50
fuerunt] . . . ° Aemilius Lep[*id*]us, L. Cestius, L. Petronius 51
Rufus.
° Quod C. Silanus [*co(n)*]s(ul) v(erba) f(ecit) ludos saecularis 52
post complur[*es annos eo qui nunc est facientibus (?) imp. Caesare*]
° August(o) et M. A[*gripp*]a[5] tribunic(ia) potestate futuros, quos 53
[*quod spectare quam plurimos convenit*] ° propter rel[*igione*]m at- 54
que[6] etiam quod tali spectaculo[7] [*nemo iterum intererit*[8], *permit-
tendum videri . . . lu*]dorum eo[*ru*]m [*diebu*]s qui nondum sunt

---

[1] tum s. existimari *traditur.* — [2] *Del. Mo. Forsch. 1,77 n. 2.* — [3] referre *traditur.* — [4] tr. pl. *hic deest, adest in auctoritatibus simul relatis.* — [5] *Censorinus de d. nat. 17,11:* Quintos ludos (saeculares) C. Furnio C. Iunio Silano cos. a. 737 Caesar Augustus et Agrippa fecerunt. *Cf. Monum. Ancyr. 4,36.* — [6] atqui. — [7] *Horat. carm. saec. 23:* ludos ter die claro totiesque grata nocte frequentes. — [8] [*VII suppl. Mo. collato v. 56.*]

55 maritati[1], sin[*e fraude sua ut adsint,* ° *q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri)*
p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt), ut quoniam ludi iei]
56 ° religio[*nis*] causa sun[*t in*]stituti neque ultra quam semel ulli
57 mor[*talium eos spectare licet, . . ., ludos*] ° quos [*m*]ag(istri) XVvir(um)
s(acris) f(aciundis) [*ed*]ent, s(ine) f(raude) s(ua) spectare liceat
ieis qui lege de marita[*ndis ordinibus*[2] *tenentur.*
58 (II.) ° Eodemque die ibidem sc(ribundo) [*id*]em adfuer(unt) et senatusconsultum factum est.
59 ° Quod C. Silanus co(n)s(ul) v(erba) f(ecit) pe[*rti*]nere ad conservandam
memoriam tantae b[*enevolentiae deorum commentarium*
60 *ludorum*] ° saecularium in colum[*n*]am aheneam et marmoream in-
61 scribi st[*atuique ad futuram rei memoriam utramque*] ° eo loco,
ubi ludi futu[*ri s*]int, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e)e(a)
r(e) i(ta) c(ensuerunt).
uti co(n)s(ules) a(lter) a(mbo)ve ad fu[*turam rei memoriam columnam*]
62 ° aheneam et alteram [*m*]armoream, in quibus commentari[*um*
ludorum eorum inscriptum sit, eo loco statuant et id opus
63 *eidem*] ° locent praetoribusque, q(ui) [*aerario*] p(raesunt), inperent,
uti redemptoribus ea[*m summam qua locaverint solvant*].

(III.) (*Praescriptio deest.*)

1 [*Quod*] . . . . cos. v(erba) f(ecerunt) de lucari[3]
2 ludorum sa[*ecularium*[4], *qui senatus* ° *decrevit . . . uti*] fierent, q(uid)
d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuere): uti,
3 quoniam ant[*e . . annos,* ° *cum item decreti essent ludi*] saeculares,
4 XVir(is) sacr(is) faciund(is)[5] in summa constitu[*enda senatus* ° *secutus*
est sacerdotibus pro ludis], quos pro salute Caesaris fecerunt[6],
5 lucaris nomine cons[*titutam,* ° *co(n)s(ules) iis qui aerario praesun*]t
inperent, uti eam pecuniam dandam adtribuendam [*ludorum*
6 ° *redemptoribus curent, qua eo*] anno C. Silano C. Furnio cos.[7] a.
7 d. XIII k. Mart. senat[*us decrevit* ° *uti ludi tum edendi propter*

---

[1] *Suet. Oct. 31:* saecularibus ludis iuvenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. — [2] *Lex Iulia de maritandis ordinibus rogata est a. 736 (= 18).* — [3] *Fest.:* Lucar appellatur aes, quod ex lucis captatur. *Plut. qu. Rom. 88:* Λοῦχαρ καλοῦσιν, — ὅτι πολλά ἐστιν ἄλση (luci) περὶ τὴν πόλιν ἀνειμένα ϑεοῖς, — καὶ τὴν ἀπὸ τούτων πρόσοδον εἰς τὰς ϑέας ἀνήλισκον. — [4] *De notione saeculi v. Mo. Chronol. 172—194, de ludis saecularibus Marquardt, röm. Staatsverw. 3,385 sqq.* — [5] *De his v. Marquardt, n. 3 cit. 3,379—397. Decretum eorum habemus infra cap. VI.* — [6] *Cf. Monum. Ancyranum 2,15.* — [7] *a. u. c. 737 (= 17).*

sac]rificium saeculare locarentur in ea verba, q[*uae i(nfra) s(cripta) sunt:*]
(IV.) ° [*A. d. XIII k. Mart. in curia I*]ulia. Scribundo ad- 8
fuerunt M. Iunius M. Si[*lanus*], ° . . . rinus, C. Asinius Cn. f. 9
[*Pollio*].

47. SC. de aquaeductibus a. 743 (= 11) (*e Frontino*).

(*Frontinus, de aquis urbis Romae*[1] *c. 127:* Quae omnia SCto., quod subieci, provisa sunt:)

Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius Maximus cos. v(erba) f(ecerunt), aquarum quae in urbem venirent itinera occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri, q(uid) f(ieri) p(laceret),

d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): cum ad reficiendos rivos specusque *iter aquae*[2] et opera publica corrumpantur, placere, circa fontes et fornices et muros utraque ex parte quinos denos pedes patere, et circa rivos qui sub terra essent et specus intra urbem et extra urbem continentia aedificia utraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui ita, ut neque monumentum in is locis neque aedificium post hoc tempus ponere neque conserere arbores liceret: si quae nunc essent arbores intra id spatium, exci*d*erentur[3], praeterquam si quae villae continentes et inclusae aedificiis essent. Si quis adversus ea commiserit, in singulas res poena HS dena milia essent, ex quibus pars dimidia praemium accusatori daretur, cuius opera maxime convictus esset qui adversus hoc SC. commisisset, pars autem dimidia in aerarium redigeretur; deque ea re iudicarent cognoscerentque curatores aquarum.

48. SC. de mense Augusto a. 746 (= 8) (*e Macrobio*).

(*Macrobius, Sat. 1,12,35:* Augustus deinde (mensis) est, qui Sextilis antea vocabatur, donec honori Augusti daretur ex SC.[4], cuius verba subieci:)

Cum imperator Caesar Augustus mense Sextili et primum consulatum inierit et triumphos tres in urbem intulerit et ex Ianiculo legiones deductae secutaeque sint eius auspicia ac fidem, sed et

---

[1] *Frontinus (ed. Buecheler 1858) c. 100.104.106.108.125.127 sex SCC a. 743 (11 a. C.) de aquaeductibus refert, quorum unum recepi.* — [2] iter aquae *Gundermann*, per que *cod.* — [3] exciperentur *cod.* — [4] *Anni 746 esse SC. Cens. de d. nat. 22 dicit. Cf. Suet. Oct. 31, Dio 55,6,6.7.*

Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit finisque hoc mense bellis civilibus inpositus sit, atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit, placere senatui, ut hic mensis Augustus appelletur[1].

49. SC. de collegiis.

(Caput ex SC. de collegiis titulo collegii Lanuvini insertum est, quem integrum v. inter Negotia cap. XIII. Augusto hoc SC. adtribuit Mo. de collegiis p. 81.)

50. SC. Vellaeanum a. 46 (*e Dig.*).

(*Ulpianus XXIX ad edictum*[2]*:* Postea factum est SC., — cuius SCti verba haec sunt:)

Quod M. Silanus et Vell(a)eus Tutor cos.[3] verba fecerunt de obligationibus feminarum, quae pro aliis reae fierent, quid de ea re fieri oportet,

de ea re ita censuere: quod ad fideiussiones et mutui dationes pro aliis, quibus intercesserint feminae, pertinet: tametsi ante videtur ita ius dictum esse, ne eo nomine ab his petitio ⟨*sit*⟩ neve in eas actio detur, cum eas virilibus officiis fungi et eius generis obligationibus obstringi non sit aequum, arbitrari senatum, recte atque ordine facturos, ad quos de ea re in iure aditum erit, si dederint operam, ut in ea re senatus voluntas servetur.

51. SC. Ostorianum, ante a. 47 (*e Dig.*).

[*Consulum, sub quibus consultum factum est, prior quo nomine fuerit, parum liquet. Cum in I. 3,8,3 scriptum sit:* SCto, quod Claudianis temporibus factum est Suillo Rufo et Ostorio Scapula cos., *dubium est, utro loco erratum sit. Solet praeferri quo institutiones ducunt Suillii nomen crediturque esse is qui saepius commemoratur apud Tacitum sub nomine P. Suillii, Suillius Rufus appellatus apud Plinium h. n. 7,5,39, P. Suillius Rufus consul loco secundo (prior deficit lapide rupto) in titulo urbano Mur. 304,4 = ℭ VI 24729. Sed res prorsus incerta.* Th. M.] *Contra Osto-*

---

[1] *Macr. addit:* Item plebiscitum factum ob eandem rem Sex. Pacuvio tr. pl. rogante. — [2] *D. 16,1,2,1.* — [3] *Valerium Asiaticum, qui cum M. Silano a. 46 consul fuit, mox se abdicasse Dio 60,27 narrat. Cui suffectum esse Q. Sulpicium Camerinum apparet ex edicto Claudii infra cap. VII relato. Huius in locum kal. Iuliis successisse videtur Vellaeus (ita enim hoc nomen scribendum est) is, a quo derivatum est vocabulum senatusconsulti ab auctoribus receptum.*

rius Scapula sine dubio is est qui Britanniam rexit a. 47 saepe commemoratus apud Tacitum; itaque SC. ad certum alterius consulis nomen appellare malui, cum etiam alia SCta a secundo consule nomen traxerint, ut Vell. Trebell. Iuvent. Quo anno consules ii fasces gesserint, ignoratur, nisi quod ex supra dictis intellegitur factos esse ante a. 47.

(*Ulpianus l. XIV ad Sabinum*[1]*:* SCto, quod factum est Claudianis temporibus Vell(a)eo Rufo et Osterio Scapula cos. de adsignandis libertis in haec verba cavetur:)

Si[2], qui duos pluresve liberos iustis nuptiis quaesitos in potestate haberet, de liberto libertave sua significasset, cuius ex liberis suis eum libertum eamve libertam esse vellet, is eave, quandoque is, qui eum eamve manumisit inter vivos vel testamento, in civitate esse desisset, solus ei patronus solave patrona esset, perinde atque si ab eo eave libertatem consecutus consecutave es⟨*se*⟩t. Utique, si ex liberis quis in civitate esse desisset neque ei liberi ulli essent, ceteris eius liberis, qui manumisit, perinde omnia iura serv⟨*ar*⟩entur, ac si nihil de eo liberto eave liberta is parens significasset.

52. SC. Claudianum (oratio Claudii) de iure honorum Gallis dando a. 48.

ℭ 13,1668. Dess. 212. E tabula aenea, a. 1528 Lugduni reperta, ubi in museo urbano adservatur. Tabula tam alta quam lata est 1,95 m.: pars superior periit, inferior servata est fracta media ita, ut paucae tantum perierint litterae. Inscripta est duabus columnis, capita distincta sunt ut supra (p. 90.121 d). Continet orationem Claudii in senatu de iure honorum Gallis dando habitam, qua de re v. Tac. Ann. 11,23—25. Edita est a multis [*VII cf. ℭ l. c. p. 232 sqq.*], *in his secundum ipsam tabulam ab A. Boissieu, inscriptions de Lyon, 1846—54, pag. 136; nos damus recognitam ad aes ab Ottone Hirschfeld.*

. . . mae rerum no[*straru*]m sit u . . (26) I.

Equidem primam omnium illam cogitationem hominum, quam maxime primam occursuram mihi provideo, deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescatis, sed illa potius cogitetis, quam multa in hac civitate novata sint, et quidem statim ab origine urbis nostrae in quo*t*[3] formas statusque res p(ublica) nostra diducta sit.

Quondam reges hanc tenuere urbem, nec tamen domesticis successoribus eam tradere contigit. Supervenere alieni et quidam externi, ut Numa Romulo successerit ex Sabinis veniens, vicinus quidem sed tunc externus; ut Anco Marcio Priscus Tarquinius. [*Is*] propter temeratum sanguinem, quod patre Demaratho C[*o*]rinthio natus erat et Tarquiniensi matre, generosa sed inopi, ut quae tali marito necesse habuerit succumbere, cum domi repelleretur a gerendis honoribus, postquam Romam migravit, regnum adeptus est. Huic quoque et filio nepotive eius, nam et hoc inter auctores discrepat, insertus Servius Tullius, si nostros sequimur, captiva natus Ocresia, si Tuscos, Caeli quondam Vivennae sodalis fidelissimus omnisque eius casus comes, postquam varia fortuna exactus cum omnibus reliquis Caeliani exercitus Etruria excessit, montem Caelium occupavit et a duce suo Caelio ita appellita⟨*vi*⟩t⟪us⟫, mutatoque nomine, nam Tusce Mastarna ei nomen erat, ita appellatus est, ut dixi, et regnum summa cum rei p.[1] utilitate optinuit. Deinde postquam Tarquini Superbi mores invisi civitati nostrae esse coeperunt, qua ipsius qua filiorum ei[*us*], nempe pertaesum est mentes regni et ad consules, annuos magistratus, administratio rei p.[1] translata est.

---

[1] *D. 38,4,1 pr.* — [2] Uti si *scr.* — [3] quod.

Quid nunc commemorem dictaturae hoc ipso consulari imperium valentius repertum apud maiores nostros, quo in a[*s*]perioribus bellis aut in civili motu difficiliore uterentur? aut in auxilium plebis creatos tribunos plebei? quid a consulibus ad decemviros translatum imperium, solutoque postea decemvirali regno ad consules rusus reditum? quid in [*pl*]uris distributum consulare imperium tribunosque mil[*itu*]m consulari imperio appellatos, qui seni et saepe octoni crearentur? quid communicatos postremo cum plebe honores, non imperi solum sed sacerdotiorum quoque? Iam si narrem bella, a quibus coeperint maiores nostri, et quo processerimus, vereor ne nimio insolentior esse videar et quaesisse iactationem gloriae prolati imperi ultra oceanum. Sed illoc potius revertar. Civitatem ....

II. . . (40) . . [*po*]test. Sane novo m[*ore*] et divus Aug[*ustus av*]onc[*ulus m*]eus[2] et patruus Ti. Caesar omnem florem ubique coloniarum ac municipiorum, bonorum scilicet virorum et locupletium, in hac curia esse voluit. Quid ergo? non Italicus senator provinciali potior est? Iam vobis, cum hanc partem censurae meae adprobare coepero, quid

---

1) p(ublicae). — 2) *Explevit O. Hirschfeld, Wiener Stud. 1881 p. 268.*

de ea re sentiam, rebus ostendam. Sed ne provinciales quidem, si modo ornare curiam poterint, reiciendos puto.

Ornatissima ecce colonia valentissimaque Viennensium, quam longo iam tempore senatores huic curiae confert! Ex qua colonia inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissime diligo et hodieque in rebus meis detineo, cuius liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu, postmodo cum annis promoturi dignitatis suae incrementa; ut dirum nomen latronis taceam, et odi illud palaestricum prodigium, quod ante in domum consulatum intulit, quam colonia sua solidum civitatis Romanae beneficium consecuta est [1]. Idem de fratre eius possum dicere, miserabili quidem indignissimoque hoc casu, ut vobis utilis senator esse non possit.

"Tempus est iam, Ti. Caesar Germanice, detegere te patribus conscriptis "quo tendat oratio tua; iam enim ad extremos fines Galliae Nar"bonensis venisti" [2].

Tot ecce insignes iuvenes, quot intueor, non magis sunt paenitendi senatores, quam paenitet Persicum [3] nobilissimum virum, amicum meum, inter imagines maiorum suorum Allobrogici nomen legere. Quod si haec ita esse consentitis, quid ultra desideratis, quam ut vobis digito demonstrem, solum ipsum ultra fines provinciae Narbonensis iam vobis senatores mittere, quando ex Luguduno habere nos nostri ordinis viros non paenitet. Timide quidem, p. c. [4], egressus adsuetos familiaresque vobis provinciarum terminos sum, sed destricte iam Comatae Galliae causa agenda est, in qua si quis hoc intuetur, quod bello per decem annos exercuerunt divom Iulium, idem opponat centum annorum immobilem fidem obsequiumque multis trepidis rebus nostris plus quam expertum. Illi patri meo Druso Germaniam subigenti tutam quiete sua securamque a tergo pacem praestiterunt, et quidem cum a⟪d⟫ census novo tum opere [5] et inadsueto Gallis ad bellum advocatus esset; quod opus quam arduum sit nobis, nunc cum maxime, quamvis nihil ultra, quam ut publice notae sint facultates nostrae, exquiratur, nimis magno experimento cognoscimus.

---

[1] *De Valerio Asiatico dicit, de quo v. Tac. ann. 11,2.3.* — [2] 'Haec verba non sunt imperatoris qui ipse se interpellet, sed senatorum acclamantium et simul oratorem prolixum irridentium, perscripta, ut fit in acclamationibus, loquentium nominibus nullis adiectis'. *Mo. Eph. ep. 7,394.* — [3] [*VII* '*Paullus Fabius Persicus cos. a. 34, de quo cf. Henzen act. Arv. p. 186*'. *Dess. l. c.*] — [4] p(atres) c(onscripti). — [5] *Cf. Livius ep. 139 ad a. 742:* civitates Germaniae .... oppugnantur a Druso et tumultus qui ob censum exortus in Galliis erat componitur.

VII 53. Orationes Claudii de decuriis iudicum et de accusatoribus coërcendis.

E papyro Aegyptiaca, BU 611. Descr. Gradenwitz et Krebs. Commentarios scrips. Blass Litt. Centralblatt 1897, p. 687; Mitteis Hermes 32,639; Dareste, Nouv. Revue historique, 22,687; Cuq ibid. 23,110. Brasloff, ZSSt. 22,169. — Claudium indicat sermo (cf. e.g III, 50 cum no. 52 I, 2).

Col. I.[1]

A. . . .]ave . videtur . [*q*]uinque . decuriis . in . iungi .
. . .]d . certe . face[*r*]e . ut . caveátis . nequis .
qu]attuor . et . vi[*gi*]nti . annorúm . reciperator
. . .] neque . enim . [*i*]nicum . est . ut . puto . hos
. . .] servitútis . [*li*]bertatisque . iudicare
. . .]tes suas ag[*en*]das . nihil . legis . Laetoriae
. . *a*]uxilió .

B. . . *p*]uto . p . c . saepe . quidem . et . alias . sed . hóc .
tem]pore . ani[*m*]a⟪a⟫dvertisse . me . mirificas
. . .]artes . qu[*i* . *s*]ubscriptó . iúdició . cum

sequuntur fines undecim linearum 11—21.[2]

Col. II.

tenuisse . caussam . petitóri . expediat
Hae . ne . procedant . artes . male . agentibus . si
vobis . videtur . p(atres) . c(onscripti) . decernámus . ut . etiam
prólátis . rebus . iis . iúdicibus . necessitas . indicandi
imponátur . qui . intrá . rerum [.] agendárum . dies
incohata . iud[*i*]cia . non . peregerint . nec
defuturas . ignoro . fraudes . monstrose . agentibus
multas . adversus . quas . excogitávimus . sp[*e*]ro

---

[1] *In initiis col. I suppl. Gradenwitz et Krebs: l. 4* detur; *l. 5* prohiberi causas; *l. 6* qui vel ad li]tes; *l. 7* iuventur a]uxilio; *l. 9* maxime tem]pore; *l. 10* accusatorum]. — *Supplementa Brasloffii sunt: l. 2* i]d; *l. 4* sumatur; *l. 5* caussas; *l. 6* qui ad li]tes; *l. 7* egeant a]uxilio. — [2] *Legi possunt linearum ultimae litterae:* ^{11} . . .]m . iudicem . ^{12} et nec . ^{13} s. inter . ^{14} stet . ^{15} ori . profi . ^{16} cite . ^{17} giunt . ^{18} órem . est . ^{19} antur . ^{20} ae . ^{21} ore . ne.

remedia . interim . hanc . praeclúsisse
nimium . volgatam . omnibus . malas . lites
habentibus . satis . est; nam . quidem . accusatórum . regnum . ferre . nulló . modó . possum
cum
qui . apud . curiosum . consilium . inimicos . suos
reos . fecerunt . relincunt . eós . in . albó . pendentes
et . ipsi . tanquam . nihil . egerint . peregrinantur
cum re[*r*]um . magis . natura . quam . leges . t[*am*]
accusatorem . quam . reum . [. .]culatum[1] . constr[*ic*]tumque[2] . h[*a*]beat . adiuvam[. .] . quidem . hoc
[*vox erasa*] pro[*pó*]situm . accusa[*to*]rum . et . reórum
del[*i*]ciae . q[*ui*]a . min[*u*]s . invidio[*s*]um . sit . eórum
tále . factum . qui . iam . sq[*ua*]lórem . sumere
barbam[*qu*]e . et . capillum . [*su*]mmittere[3]

Col. III.

suá . caussá . quó . magis . miserab[*i*]lis . [*sit*][4]
fastidiunt . sed . vide[*an*]t . . [. . . . . . .] bia [. . .]
data . inst[*r*]umen[*tu*]m . . [. . . . .]
ạ[. . . .]c̣at [*vo*]bis qu . [. . . . .] am[. . .]
hanc . [. . . .]ni . impot[. . . . .] . . . . . [. .] [*potestatem*][4]
faciam[*u*]s . praetori . p[*raeteriti*]s . inquisiti[*onis*]
di[*e*]bus [*voc*]andi . acc[*usatores*] . et . si . neq[*ue a*]deru[*nt*][4] . neque . excusa[*buntur*] . [*pro*]nontiet . c[*ognita*]
caussa . negótium . r[*eliquis*]se . . videri [*eos*].
Haec . p . c . si . vobis . placen[*t . pal*]am signi[*ficate*][4]
simpliciter . et . exanim[*i· vestri*][4] . sentent[*ia . sin*]
displicent . aliam . reper[*it*]e [.] sed . hic . in[*tra*]
templum . remedia . au[*t . si . a*]d cogitandum
voltis . s[*um*]ere . tem[*p*]us [. *sumit*]e . laxsi . s[*patii*]
dum qu[*ocu*]mque . loci [. . . . . .] fueritis[. . . .]
mem[*iner*]itis . vobis . di[*cendam*] . esse . sen[*tentiam*]
min[*uere . id*] enim . de[*bet*] . [. . . . .]t . p . c . m[*aiestatem*]
huius . [*o*]r[*di*]nis/ . /hic . un[*um ta*]ntum modo
consule[*m*] . designatum [. .] scriptam .
relatio[*n*]e[5] . consulum . a[*d ver*]bum[4] . dicere

---

1) iug. *Mitteis*, vin]c? ma]c? — 2) constr[*ic*]tumque *Hirschfeld*. — 3) *Cf. Mo. Strafr. p. 391.* — 4) *Dareste.* — 5) [con]scriptam [ex] relatio[n]e *Dareste*.

senten[*tia*]m . ceteros . unum . verbum . dic[*ere*] ʻadsentiorʼ; deinde . c[. . . .] . ierint [1] . ʻdix[*i*].ʼ

αϱν

54. SCC. de aedificiis non diruendis, a. 44—56.

C 10,1401. Dess. 6043. Haec SCC., quorum alterum intra a. 44—46, alterum a. 56 factum est, uni tabulae inscripta Herculanei circa a. 1600 reperta sunt. Tabula ipsa periit, edita autem est a. 1607 a Capaccio (*hist. Neap. 2,9*)*; alterum exemplar idque diligentius descriptum a Mommseno Parisiis investigatum a. 1850 editum est Leipz. Berichte 4,272; tertium est in epistulario Reinesii* (*Lips. 1660*) *p. 202; sed pendent exempla tria ab eodem archetypo habentque mendas communes non paucas. Utriusque SC. interpretationem dedit: Bachofen, ausgew. Lehren des röm. Civ. R. p. 187, textu Capaccii usus.* [*Hadrianus in epistula scripta a. 127 ad Hadrianopolitas Stratonicenses nuper in civitatis formam redactos* (*Bulletin de corr. hell. 11 a. 1887 p. 111*) *quod scribit:* τὴν οἰκίαν Τι[β.] Κλαυδίου Σωκράτους τὴν οὖσαν ἐν τῇ [πό]λει ἢ ἐπισκευαζέτω Σωκράτης ἢ ἀποδό[τ]ω τινὶ τῶν ἐπιχωρίων, ὡς μὴ χρόνῳ θεμελίᾳ (*sic*) καταριφθείη, *ostendit eatenus imperatores curam aedificiorum extendisse, ut etiam in provinciis domini aedes suas collabentes cogerentur aut reficere aut vendere.* Th. M.]

I. Cn. Hosidio Geta, L. Vagellio cos.
X k. Octobr., S(enatus) C(onsultum).

Cum providentia optumi principis tectis quoque urbis nostrae et totius Italiae aeternitati prospexerit, quibus ipse non solum praecepto augustissimo set etiam exsemplo suo prodesset, conveniretq(ue) felicitati saeculi instantis pro portione publicorum operum etiam privatorum custodi*re* [2], deberentque apstinere se omnes cruentissimo genere negotiationis, ne⟨*que*⟩ inimicissimam pace faciem inducere ruinis domum villarumque, placere; si quis negotiandi causa emisset quod [3] aedificium, ut diruendo plus adquireret quam quanti emisset, tum duplam pecuniam, qua mercatus eam rem esset, in aerarium inferri, utique de eo nihilo minus ad senatum referretur. Cumque aeque non oportere⟨*t*⟩ malo exsemplo vendere quam emer*e*, *ut* [4] venditores quoque coercerentur, qui scientes dolo malo *con*tra [5] hanc senatus voluntatem vendidissent, placere: tales venditiones inritas fieri. Ceterum testari senatum, dominis ⟨*nihil*⟩ [6]

---

[1] [cum ab]ierint *Dareste.* — [2] custodiac *vel* custodia. — [3] quodquod *proposuit Mo.* — [4] emerint. — [5] intra. — [6] dominio.

constitui, qui rerum suarum possessores futuri aliquas ⟨*partes*⟩
earum mutaverint, dum non negotiationis causa id factum ⟨*sit*⟩.

Censuere. In senatu fuerunt CCCLXXIII. 20

II. [*Q.*] Volusio, P. Cornelio cos. VI non. Mart., S(en.) C(onsultum). 21

Quod Q. Volusius, P. Cornelius verba fecerunt de postulatione 22
necessari[*orum*] ° Alliatoriae Celsil[*l*]ae, q. d. e. r. f. p., 23
d. e. r. i. c.:

° Cum SC., quod factum est Hosidio Geta et L. Vagellio cos. 24
clarissimis viris, ante d*ie*m[1] ⟨*X*⟩ k. ° Oct. auctore divo Claudio, 25
cautum esset, ne[2] quis domum villamve dirueret, quo *plus*[3] ° sibi 26
adquireret, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve, ° poenaq(ue) in emptorem, qui adversus id S.C. fecisset, con- 27
stituta esset, [*ut*] ° qui quid emisset duplum eius quanti emisset in 28
aerarium inferre cogere°tur et eius qui vendidisset inrita fieret 29
venditio, de iis autem, qui rerum ° suarum possessores futuri ali- 30
quas partes earum mutassent, dum modo ° non negotiationis causa 31
mutassent, nihil esset novatum; et necessari ° Alliatoriae Celsil[*l*]ae, 32
uxoris Atilii Luperci ornatissimi viri, exposuis°sent huic ordini, 33
patrem eius Alliatorium Celsum emisse fundos cum aedificis in °
regione Mu*ti*nensi[4], qui vocarentur campi Macri, in quibus locis mer- 34
catus a*gi*[5] supe°rioribus solitus esset temporibus, iam per aliquod 35
annos desisset haberi, eaque ° aedificia longa vetustate dilaberentur 36
neque refecta usui essent futura, quia neque ° habitaret in iis 37
quisquam nec vellet in deserta ⟨*a*⟩c ruentia commigrare: ne quid
° fraudi multae poenaeq(ue) esset Celsil[*l*]ae, si ea aedificia, de qui- 38
bus in hoc ordine actum ° esset, aut demolita fuissent, aut ea con- 39
di*c*ione[6] sive per se sive cum agris vendi°disset, ut emptori sine 40
fraude sua ea destruere tollereque liceret; ° in futurum autem ad- 41
monendos ceteros esse, ut apstinerent se a tam foedo genere negotiation[*is*], ° hoc praecipue saeculo, quo excitari nova et ornari ⟪in⟫ 42
universa, quibus felicitas orbis terra°rum splenderet, magis conve- 43
veniret, quam ruinis aedificiorum ullam partem deform[*are*][7] ° Italiae 44
et adhuc retinere priorum temporum [*incuriam quae universa affecisset*],
° ita ut diceretur senectute ac tum[*ulo iam rem Romanam perire*[8]]. 45

° Censuere. In senatu [*fuerunt*] 46

---

[1] ante decim [*VII* decim⟨*um diem*⟩?] — [2] *Ab hoc verbo usque ad vocem* venditio (*v. 29*) *SC. ad verbum fere relatum est a Paulo in D. 18,1,52.* — [3] quam *vel* quod *exempla*, quo plus *Dig.* — [4] Muliniensi. — [5] aci. — [6] conditione. — [7] deformem. — [8] *Suppl. Mo.*

55. SC. Trebellianum a. 56 (*e Dig.*).

(*D. 36,1,1,1.2. Consules qui nominantur suffecti sunt anni ut videtur 56. Ulpianus l. III fideicommissorum:* Factum est SC. temporibus Neronis, VIII. kal. Sept., Annaeo Seneca et Trebellio Maximo cos., cuius verba haec sunt:)

Cum esset aequissimum in omnibus fideicommissariis hereditatibus si qua de his bonis iudicia penderent, ex his[1] eos subire, in quos ius fructusque transferretur, potius quam cuique periculos*am*[2] esse fidem suam: placet, ut actiones, quae in heredem heredibusque dari solent, eas neque in eos neque his dari, qui fidei suae commissum sic, uti rogati essent, restituissent, sed his et in eos, quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset: quo magis in reliquum confirmentur supremae defunctorum voluntates.

56. SC. de imperio Vespasiani a. 69.

ℭ 6,930. Dess. 244. E tabula ahenea Romae saec. XIIII reperta, hodie in museo Capitolino adservata. Capita more solito distincta sunt. De quaestione, utrum lex haec fuerit an SC., v. Mo. Staatsr. 2^3, *876—9.*

.... foedusve cum quibus volet facere liceat ita, uti licuit divo Aug.[3], Ti. Iulio Caesari Aug., Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico;

utique ei senatum habere, relationem facere, remittere, senatus consulta per relationem discessionemque facere liceat ita, uti licuit divo Aug., Ti. Iulio Caesari Aug., Ti. Claudio Caesari Augusto Germanico;

utique cum ex voluntate auctoritateve iussu mandatuve eius praesenteve eo senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque;

utique quos magistratum potestatem imperium curationemve cuius rei petentes senatui populoque Romano commendaverit quibusque suffragationem suam dederit promiserit, eorum comitis quibusque extra ordinem ratio habeatur;

utique ei fines pomerii proferre promovere cum ex re publica censebit esse, liceat ita, uti licuit Ti. Claudio Caesari Aug. Germanico;

utique quaecunque ex usu rei publicae maiestate⟨*que*⟩ divinarum huma⟨*na*⟩rum publicarum privatarumque rerum esse ⟪e⟫ censebit, ei agere facere ius potestasque sit, ita uti divo Aug.,

---

1) *Mo. coni.* eas lites. — 2) periculosum *cod.* — 3) Aug(usto).

Tiberioque Iulio Caesari Aug., Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico fuit;

utique quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit, ne divus Aug., Tiberiusve Iulius Caesar Aug., Tiberiusque Claudius Caesar Aug. Germanicus tenerentur, iis legibus plebisque scitis imp. Caesar Vespasianus solutus sit; quaeque ex quaque lege rogatione divum Aug., Tiberiumve Iulium Caesarem Aug., Tiberiumve Claudium Caesarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia imp(eratori) Caesari Vespasiano Aug. facere liceat; —

utique quae ante hanc legem rogatam acta gesta decreta imperata ab imperatore Caesare Vespasiano Aug. iussu mandatuve eius a quoque sunt, ea perinde iusta rataq. sint, ac si populi plebisve iussu acta essent.

Sanctio.

Si quis huiusce legis ergo adversus leges rogationes plebisve scita senatusve consulta fecit fecerit, sive quod eum ex lege rogatione plebisve scito s(en.)ve c(ons.) facere oportebit, non fecerit huius legis ergo, id ei ne fraudi esto, neve quit ob eam rem populo dare debeto neve cui de ea re actio neve iudicatio esto, neve quis de ea re apud [*s*]e agi sinito.

57. SC. Macedonianum a. 69—79 (*e Dig.*).

(*D. 14,6,1. De aetate SCti hoc loco nil dictum est: sed quod ait Suetonius Vesp. 11:* Auctor senatui fuit (Vesp.) decernendi, ne filiorum familiarum feneratoribus exigendi crediti ius unquam esset, *videtur de hoc SC. intellegendum esse, quamquam similia iam antea auctore Claudio decreta sunt (Tacitus ann. 11, 13). Ulp. l. XXIX ad ed.:* Verba SCti Macedoniani haec sunt:)

Cum inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset et saepe materiam peccandi malis moribus praestaret, qui pecuniam ne quid amplius diceretur incertis nominibus crederet: placere, ne cui, qui filio familias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius, cuius in potestate fuisset, actio petitioque daretur: ut scirent qui pessimo exemplo faenerarent, nullius posse filii familias bonum nomen exspectata patris morte fieri.

58. SC. Rubrianum a. 103 (?) (*e Dig.*).

(*D. 40,5,26,7. Annus incertus est, cum consules nominati suffecti sint; a. 103 proposuit Mo. Forsch. 1,51. Ulpianus l. V fideicommissorum:* Subventum libertatibus est SCto, quod factum est temporibus divi Traiani Rubrio Gallo et Caelio Hispone[1] cos. in haec verba:)

Si hi, a quibus libertatem praestari oportet, evocati a praetore adesse noluissent, si causa cognita praetor pronuntiasset libertatem his deberi, eodem iure statum servari, ac si directo manumissi essent.

59. SC. Iuncianum a. 127 (*e Dig.*).

(*D. 40,5,28,4. Ulpianus l. V fideicommissorum:* Factum est SC., Aemilio Iunco et Iulio Severo cos., in haec verba:)

Placere, [ut] si quis ex his, qui fideicommissam libertatem ex quacumque causa deberent servo, qui mortis tempore eius, qui rogavit, non fuerit isque[2], adesse negabitur: praetor cognoscat: et si in ea causa esse videbitur, ut, si praesens esset, manumittere cogi deberet: id ita esse pronuntiet. Cumque ita pronuntiasset, idem iuris erit, quod esset, si ita, ut ex fideicommisso manumitti debuisset, manumissus esset.

60. SC. Iuventianum a. 129 (*e Dig.*).

(*D. 5,3,20,6. Ulpianus l. XV ad edictum:* — de petitione hereditatis — cum forma SCto sit data, optimum est ipsius SCti interpretationem facere, verbis eius relatis:)

Pridie idus Martias Q. Iulius Balbus et P. Iuventius Celsus Titius Aufidius Oenus Severianus consules verba fecerunt de his, quae imperator Caesar Traiani Parthici filius divi Nervae nepos Hadrianus Augustus imperator maximusque princeps proposuit[3] quinto nonas Martias quae proximae fuerunt libello[4] complexus esset, quid fieri placeat;

---

[1] *Plin. ep. 4,9:* Caepio Hispo. *Or. 3670:* Caepioni Hisponi cos. *Cf. Mo. l. l.* — [2] isque *Dig., delevit Mo.* — [3] *Exordium restituendum est ita:* Pridie idus Martias. Quod Q. Iulius Balbus, P. Iuventius Celsus Titus Aufidius Hoenius Severianus cos. v. f. de his quae imp. Caesar, divi Traiani Parthici f. divi Nervae n., Traianus Hadrianus Augustus optimus maximusque princeps p(ater) p(atriae) (*pro* proposuit *Pithoeus*). *Consules duo sunt, non quattuor, id quod putavit Rud. RG. 1,117; alter* πολυώνυμος *est sicut infra in SC. Beg. M. Nonius Mucianus* (*cf. Mo. Hermes 3,75*). — [4] oratio, *l. 22 et 40 h. t.*

de qua[1] re ita censuerunt: cum, antequam partes caducae ex bonis Rustici fisco peterentur, hi qui se heredes esse existimant[2], hereditatem distraxerint, placere: redactae ex pretio rerum venditarum pecuniae usuras non esse exigendas; idemque in similibus causis servandum. Item placere: a quibus hereditas petita fuisset, si adversus eos iudicatum esset, pretia, quae ad eos rerum ex hereditate venditarum pervenissent, etsi eae ante petitam hereditatem deperissent deminutaeve fuissent, restituere debere. Item: eos, qui bona invasissent, cum[3] scirent ad se non pertinere, etiamsi ante litem contestatam fecerint, quo minus possiderent, perinde condemnandos, quasi possiderent; eos autem, qui iustas causas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, usque eo dumtaxat, quo locupletiores ex ea re facti essent. Petitam autem fisco hereditatem ex eo tempore existimandum esse, quo primum scierit quisque eam a se peti, id est, cum primum aut denuntiatum esset ei, aut litteris vel edicto evocatus esset.

Censuerunt.

61. SC. de nundinis saltus Beguensis a. 138.

ℭ 8,270 = 8 S., 11451. Duo lapides eundem hunc titulum continentes reperti sunt in loco dicto Henschir Begar in regno Tunetano, alter a. 1860 a V. Guérin (voy. arch. 1,391), alter a G. Wilmanns a. 1873, qui coniunctos eos edidit Eph. epigr. 2,271 commentario cum Mommseni notis adiecto. [^{VII} *Nuper lapides in museum Tunetanum translatos contulit Morlin, cuius notis uti licuit; in distributione linearum usque ad l. 9 prius exemplum secuti sumus.*] *Illustrantur hoc titulo loci iam dudum noti de nundinarum iure privatis concesso: D. 50,11. C. 4,60. Plin. ep. 5,4. Suet. Claud. 12. Cf. ℭ 3,523 n. 4121:* Imp. — Constantinus — nundinas die solis perpeti anno constituit.

SC. de nundinis saltus[4] Beguensis in t(erritorio)
Casensi, descriptum et recognitum ex libro sen-
tentiarum in senatu dictarum Kari Iuni Nigri[5], C. Pompo-
ni Camerini cos.[6], in quo scripta erant A[*fr*]icani[7] iura[8] et id

---

1) *corr.* ea. — 2) *L. 20 § 12:* ita senatus locutus est: 'eos qui — existimassent'. — 3) *L. 25 § 2:* ait senatus: — bona — quae scirent. — 4) *Front. grom. 53:* in Africa saltus non minores habent privati, quam res publica territoria, immo — longe maiores. — 5) [^{VII} *'Karus Iunius Niger appellabatur alter consulum a. 138 cf. dipl. mil. ℭ 3 p. 2328,61'. Dess.*]. — 6) co(n)s(ulum). — 7) *i. e. Lucilii Africani infra nominati.* — 8) *i. e. possessiones et latifundia, in quibus ut nundinas habere sibi permitteretur petierat.*

quod i(nfra) s(criptum) est. Idibus Oct. ... In comitio in curia[1] Iu[*l*(*ia*)][2] adfuerunt Q. Gargilius Q. f. Antiq(u)us, Ti. Cl.[3] Ti. ... Pa[*l*.] Quar[*t*]inus, C. Oppius C. f. Vel. Severus, C. Herennius C. f. Pa[*l*.] Caecilianus, M. Iu[*l*.] M. f. Quir. Clarus, P. Cassius P. f. Cla. Dexter q.[4], P. Nonius M. f. Ou[*f*.] Macrinus q.[4]. In senatu fuerunt C.

SC. per discessionem factum. Quod P. Cassius Secundus, P. Delphius Peregrinus Aleius Alennius Maximus Curtius Valerianus Proculus M. Nonius Mucianus[5] coss. verba fecerunt de desiderio amicorum Lucili Africani c. v.[6], qui petunt: ut ei permittatur in provincia Afric(a), regione Beguensi, territorio Musulamiorum[7], ad Casas, nundinas IIII nonas Novemb. et XII k. Dec., ex eo omnibus mensibus IIII non. et XII k. sui cuiusq(ue) mensis instituere habere, quid fieri placeret,

de ea re ita censuerunt: permittendum Lucilio Africano, c. v., in provincia Afric(a), regione Beguensi, territorio Musulamiorum, ad Casas, nundinas IIII non. Novemb. et XII k. Decembr. et ex eo omnibus mensibus IIII non. et XII k. sui cuiusq(ue) mensis instituere et habere, eoque vicinis advenisq(ue) nundinandi dumtaxat causa coire convenire sine iniuria et incommodo cuiusquam liceat.

Actum idibus Octobr. P. Cassio Secundo, M. Nonio Muciano. Eodem exemplo de eadem re duae tabellae signatae sunt. Signatores: T. Fl(avi) Comini scrib(ae), C. Iuli Fortunati scrib(ae), M. Caesi Helvi Euhelpisti. Q. Metili. Onesimi. C. Iuli Periblepti. L. Verati. Phile(rotis). T. Fl(avii) Crescentis.

62. SC. de Cyzicenis a. 138—160.

C 3 S, 7060. Eph. epigr. 3,156. Dess. 7190. E lapide in Cyzici ruinis a. 1876 reperto, deinde Londinium in museum Britannicum translato. Ed., suppl., illustr. Mo.

---

[1] [^{VII} *In utroque exemplo videtur esse* comitiorum; *quid subsit ignoratur.*] — [2] *Curia Iulia aedificata eodem loco quo fuerat Hostilia, scilicet in comitio; cf. supra SCC. 2.5.6:* ἐν χομετίῳ. — [3] Cl(audius). — [4] Cla(rus) Dexter q(uaestor). *De quaestoris quaestorumve adscriptione v. Mo., Eph. epigr. 2,283 ad v. 8.* — [5] *Consul* πολυώνυμος, *sicut Iuventius Celsus supra p. 204 n. 3.* — [6] c(larissimi) v(iri). — [7] *Tac. Ann. 2,52:* Musulamiorum — valida — gens, et solitudinibus Africae propinqua nullo etiam tum urbium cultu. *Ptolem. 4,3,24:* Μισουλάμοι *cf. Wilm. 278—9.*

[*SC. de p*]ostulatione Kyzicenor(um) ex Asia,
qui dicunt, ut corpus, quod appellatur Ne-
on[1] et habent in civitate sua, auctoritate
[*amplissimi o*]rdinis confirmetur[2]. Scri-
[*bendo adfue*]runt M. Aelius imp(eratoris) Titi Aeli
[*Hadriani An*]tonini f. Pap. Aurelius Ve-
[*rus*], ... s M. f. Gal. Verus, M. Hosidius
M. f. A . . . [*Get*]a, M. Annius M. f. Gal. Libo, Q.
Pompe[*ius*] Q. f. Hor. Bassianus, L. Fl(avius) L. f.
Quir. Iulianus, L. Gellius L. f. Ter. Severus,
q.[3]. Sententia[4] dicta ab Appio Gallo
co(n)s(ule) desig(nato) relatione IIII[5] concedente
imp(eratore) Caes[*are Tito A*]elio Hadriano An-
to[*nino Aug. Pio*] . . . . . . IIII relatione sua
. . . . [*Kyzicen*]os ex Asia,
. . . . . . [*quos neos a*[ppellant . . . .

VI 63. Senatus consultum de sumptibus ludorum gladiatorum minuendis (a. 176/7).

C II S., 6278. Dess. 5163. E tabula aënea a. 1888 prope Italicam Hispaniae Baeticae urbem primariam eruderata. Descr. Huebner et Berlanga. Tractavit Mo. in Eph. ep. 7,388 demonstravitque (l. l. p. 394) sententiam dictam a senatore quodam hac tabula contineri; cf. n. 4.

. . . . tantam illam pestem nulla medicina sanari posse. Nec
poterat: verum nostri principes quibus omne studium est quanto li°-
bet morbo salutem publicam mersam et enectam refovere et integrae 2
valetudini reddere, in primis anima adverterunt quae ° causa illi 3
morbo vires daret, unde foeda et inlicita vectigalia ius haberent,
quis auctor et patronus esset usurpandis quasi ° legitimis, quae 4
omnibus legibus et divinis et humanis prohibentur.

---

[1] *Mo. intellegit* νέων, *i. e.* iuvenum. — *Cf. quae saec. tertio Callistratus D. 48,19,28,3 scripsit:* Solent quidam, qui volgo se iuvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentis se adclamationibus popularium accommodare. qui — fustibus caesi dimittuntur. — [2] *De hac confirmatione v. Mo. St.R.* 2^3*, 886 n. 5.* — [3] q(uaestor) *vel* q(uaestores), *cum non constet quot testes quaestores fuerint; cf. Mo. l. l. p. 157.* — [4] *Refertur sententia eius senatoris, qui primus censuit cuique probabile est reliquos adsensisse. Recedit hoc a forma consueta:* Quod cos. verba fecerunt *cet.* — [5] *De iure IIII relationum v. Mo. St.R.* 2^3*, 898 n. 4.*

5 Fiscus dicebatur: fiscus non sibi, set qui lanienae aliorum
praetexeretur, tertia vel quarta parte ad licentiam foedae rapinae
6 invi°tatus. Itaque fiscum removerunt a tota harena. Quid enim
7 Marci Antonini et [Ḷục̣ị C̣ọṃṃọḍi][1] cavendum fisco cum hare°na?
omnis pecunia horum principum [*p*]ura[2] est, nulla cruoris humani
8 adspergine contaminata, nullis sordibus foedi quae°stus inquinata, et
quae tam sanctae paratur quam insumitur. Itaque facessat sive
9 illut ducentiens annu⟨*u*⟩m seu trecenties ° est; satis amplum patr[*i*-
mo]nium[3] imperio parati⟨*s*⟩ ex[4] parsimonia vestra. Quin etiam ex
10 reliquis lanistarum, quae (sestertium) quingenties su°pra sunt, pars
lanistis condonetur. Ob quae, oro vos, merita? Nulla sane, inquiunt,
11 merita, set prohibiti talibus grassaturis sola_cium ferant et in
posterum tanto pretio invitentur ad opsequium humanitatis.

12 O magni impp., qui scitis altius fundari remedia, quae etiam
malis consulunt, qui se etiam necessarios fecerint! Et iam fructus
13 tan°tae vestrae providentiae emerget. Legebatur etiam nunc apud
nos oratio; sed ubi rumore delatu[*m e*]st[5] questus lanistarum recisos,
14 fis°cum omnem illam pecuniam quasi contaminatam reliquisse, statim
15 sacerdotes fidelissimarum Galliarum vestrarum ° concursare, gaudere,
inter se loqui.

16 Erat aliquis, qui deploraverat fortunas suas creatus sacerdos,
qui auxilium siḅi in provocatione ad principes facta constituerat.
17 Sed ° ibidem ipse primus et de consilio amicorum: quid mihi iam
cum appellatione? Omne onus, quod patrimonium meum opprimebat,
18 sanc°tissimi impp. remiserunt; iam sacerdos esse et cupio et opto et,
‘editionem muneris quam olim detestabamur, amplector’.

19 Itaque gratiae appellationis non solum ab illo, verum et a
ceteris petitae; et quanto plures petentur! Iam hoc genus causarum
20 diversam formam ° habebit, ut appellet qui non sunt creati sacerdotes,
im⟨*m*⟩o[6] populus.

21 Quae igitur tantis tam salutarium rerum consilis vestris alia
prima esse sententia[7] potest, quam ut, quod singuli sentiunt, quod
22 universi de pectore intimo clamant⟪e⟫[8], ego censeam?

23 Censeo igitur in primis agendas maximis impp. gratias, qui salu-

---

[1] *erasum, ita tamen ut cernatur in aere.* — [2] *sic Buecheler,* cura *aes.* — [3] patrocinium. — [4] *Buecheler.* — [5] delatu/st *in ectypo cernitur videturque fuisse aut* delatu est *aut* delatumst. — [6] *ex* im *postea factum videtur esse* imo. — [7] sentententia *fuit, sed emendatum est.* — [8] clamante *factum ex* clamans; clamant *Buecheler.*

taribus remedis, fisci ratione post habita, labentem civitatium statum
et prae°-cipitantes iam in ruinas principalium virorum fortuna⟨*s*⟩ 24
restituerunt: tanto quidem magnificentius, quod, cum excusatum esset
reti°-nerent quae ali instituissent et quae longa consuetudo confir- 25
masset, tamen olli peraeque nequaquam sectae suae congruere arbi-
tra°-ti sunt male instituta servare et quae turpiter servanda essent 26
instituere⟪*t*⟫.

Quamquam autem non nulli arbitrentur de omnibus, quae ad 27
nos maximi principes rettulerunt, una et succincta sententia censen-
dum, ° tamen, si vos probatis, singula specialiter persequar, verbis 28
ipsis ex oratione sanctissima ad lucem sententiae translatis, ne qua
ex parte pravis in°-terpretationibus sit locus[1]. 29

Itaque censeo, uti munera, quae assiforana[2] appellantur, in sua
forma mane⟨*a*⟩nt nec egrediantur sump°-tu (sestertium) XXX (milia). 30
Qui autem supra (sestertium) XXX (milia) ad LX (milia) usque
munus edent, is gladiatores tripertito praebeantur numero pari.
Summum pre°-tium sit — *(v. 31—34 sequuntur pretia gladiatorum).* — 31

Et haec sit summ*o* ac formonso[3] gladiatori defi°-nita quantitas. 35
Utique in omnibus muneribus quae generatim distincta sunt, lanista
dimidiam copiam universi numeri promisque multitu°-dinis praebeat 36
exque his qui gregari appellantur, qui melior [*l*]acertat[*u*]s[4] erit
duobus milibus sub signo pugnet, nec quisquam ex eo numero ° mille 37
nummum minore. Lanistas etiam promovendos vili studio questus:
[*sibi*] copiam dimidiae partis praebenda[*e negantes*][5] esse ex nu°-mero 38
gregariorum uti sciant inpositam sibi necessitatem de certeris quos
meliores opinabuntur transferre tantisper plendi nu°-meri gregariorum 39
gratia. Itaque is numerus universae familiae aequis partibus in
singulos dies dispartiatur, [*ne*]que[6] ullo die minus quam ° dimidia 40
pars gregariorum sit ibi qui eo die dimicabunt. Utque ea opserva-
t⟨*i*⟩o a lanistis quam diligentissime exigatur, iniungendum ° his qui 41
provinciae praesidebunt et legatis vel quaestoribus vel legatis le-
gionum vel iis qui ius dicunt c(larissimis) v(iris) aut procurator-
[*ibus*][7] maximorum ° principum quibus provinciae rector mandaverit; 42
is etiam procurator⟨*ibus*⟩ qui provinciis praesidebunt. Trans Padum

---

[1] locis. — [2] *fortasse quae edebat lanista qui vellet per oppidorum fora asses a spectatoribus pro locis exigens; cfr. Sueton. Vitell. 12:* circumforaneus lanista. — [3] famoso *Hirschfeld.* — [4] *sic Buecheler,* meliori acertatis *aes.* — [5] negem sibi copiam dimidiae partis praebendas esse. — [6] atque. — [7] procuratores.

43 autem perque omnes Italiae ° regiones arbitrium iniungendum prae-
fectis alimentorum⟨dandis⟩, si aderunt, vel viae curatori aut, si nec
44 is praesens erit, iuridico vel ° tum classis praetoriae praefecto.

45 Item censeo de exceptis ita opservandum, ut praecipuum mer-
cedes gladiator sibi quisque[1] paciscatur, eius pecuniae quae ob hanc
46 causám excipi°‿ebatur, quartam portionem liber, ser⟨*v*⟩us autem
quintam excipiạt. De pretis autem gladiatorum opservari paulo ante
47 censui secundum praescrip°‿tum divinae orationis, sed ut ea pretia
ad eas civitates pertinea⟨*n*⟩t, in quibus ampliora gladiatorum pretia
48 flagrabant. Quod si quibus civitatibus ° res publica tenuior est, non
eadem serventur, quae aput fortiores civitates scripta sunt nec supra
49 modum virium onerent, sed hactenus in eundem, ° ut qu⟨*a*⟩e[2] in
publicis privatisque rationibus repperientur pretia summa ac media
50 ac postrema, si quidem provinciarum eae civitates sunt, ab eo ° qụị
praesidebit provinciae opserventur, ceterarum autem iuridico vel
curatori provinciae[3] vel classis praetoriae praefecto vel procuratori
51 ° maxumorum principum, uti cuiusque civitatis potestasque ibi prima
erit. Atque ita rationibus decem retroversum annorum inspectis,
52 exemplis ° munerum in quaque civitate edito[*rum*][4] consideratis, con-
serventur ab eo cuius arbitrium erit de tribus pretis: vel si melius
53 ei videbitur ° ex eo modo quem persequitur effici⟨*a*⟩t et trifariam
pretia deducantur eaque forma etiam in posterum servetur. Sciantque
54 v(iri) c(larissimi), qui procon°‿sules paulo ante profecti sunt, intra
suum quisque annum it negotium exsequi se oportebit, ii[5] etiam,
55 qui non sortito provincias ° regant, intra annum.

56 Ad Galliam sed et princeps . . . . ., qui[6] in civitatibus splen-
didissimarum Galliarum veteri more et sacro ritu expectantur, ne
57 ampliore pretio ° lanistae praebeant, quam binis milibus. Cum maximi
principes oratione sua praedixerint fore, ut damnatum ad gladium
58 ° procurator eorum . . . .[7] nisi plure quam sex aureis et nisi iura-
verit.

59 Sacerdotes quoque provinciarum quibus nullu[*m*] cu[*m*] lanistis
60 nego[*tium eri*]t[8], gladiatores a prioribus sacerdotibus sus°‿ceptos vel
sibimet auctoratos recipiunt, at post editi[*o*]ne[*m eod*]e[*m*] p[*re*]tio[9]
61 in succedentes tra[*mi*]t[*t*]unt[10]; neque singulatim aliquem ° rei gla-

---

[1] quisquis *em. Buecheler.* — [2] *emend. Buecheler.* — [3] *immo* curatori viae. — [4] edito erunt. — [5] oportere eos *requiritur.* — [6] princeps qui *ectypa: sed hiat oratio.* — [7] *excidisse quaedam videntur.* — [8] n ego . . . . . . t *ectypa.* — [9] editi(15) in *ectypa.* — [10] tra . . . tiunt *ectypa.*

diatoriae causa vendat plure quam lanistis est pretium persolutum.

Is autem qui aput tribunum plebei c(larissimum) v(irum) sponte 62
ad dimicandum profitebitur, cum habeat ex lege pretium duo milia,
liberatus si discri°men instauraverit, aestimatio eius post hac (ses- 63
tertium) XII (milia) non excedat. Is quoque qui senior atque ina-
bilior operam suam denuo° 64

64. SC. Orfitianum, a. 178 (*e Dig.*).

(D. 38,17,1 pr. 9.12. Cf. I. 3,4 pr.: ut liberi ad bona matrum intestatarum admittantur, SCto Orfitiano effectum est, quod latum est Orfito et Rufo cos. divi Marci temporibus. *Codicem Flor. constanter scribere* Orphitianum *monet Mo. — Ulpianus l. XII ad Sabinum:* Sive ingenua sive libertina mater est, admitti possunt liberi ad hereditatem eius ex SCto Orphitiano. —)

Si nemo filiorum eorumve, quibis simul legitima hereditas defertur, volet ad se eam hereditatem pertinere, ius antiquum esto.

(Ait senatus:)

. . . quae iudicata transacta finitave sunt, rata maneant . . .

CAPUT VI.

EDICTA.

65. Edictum perpetuum praetoris urbani.

Recognovit O. Lenel.

'Edicta praetorum, quae supersunt, fere omnia Iustiniani libris digestorum tradita sunt; perpauca tantum Cicerone Festo aliis. Inscriptionibus 'nihil ad nos pervenit. In Digestis autem quae sunt edicta plurima ex Ulpiani ad edictum libris recepta sunt, quem constat non genuina vetera sed 'perpetuum illud edictum esse secutum iussu Hadriani a Salvio Iuliano Icto 'compositum . . . . . . Deperditorum argumenta magna quidem ex parte e digestis aliisque libris concludi possunt; atque summopere hac de re meruit 'Rudorffius (ed. perp. quae reliqua sunt. 1869). Cuius tamen docta conamina nolui hic repetere ipsas tantum edictorum reliquias propositurus. Tantummodo certa perditorum argumenta breviter indicavi simulque actionum 'formulas, si quas habemus, in notis adieci. Uncis inclusi quae ad intellegenda verba edictalia e commentariis addenda erant'. Bruns. *In hac nova edicti recensione fines terminosque a Cl. Viro operi constitutos nolui egredi.*

Edictorum verba e libro meo (das Edictum Perpetuum [E. P.], ed. II 1907) repetii, perpauca immutavi. Quae autem non ad verbum expressa traduntur, sed e commentariis restituenda erant, praetermisi nisi ad cetera melius intellegenda aliquid conferre videbantur. Titulorum seriem praecipue ad Ulpiani Paulique libros in margine adnotatos restitui, qua de re cf. E. P. p. 5 sqq. Controversias hoc loco omittendas esse censui.

(Pars prima. De litis exordio.)

'Neque in partes neque in libros divisum fuisse edictum perpetuum 'inter omnes constat; titulis autem singula edicta, quae ad eandem rem pertinent, comprehensa fuisse tam Ulpianus quam alii dicunt; titulis rubricae 'inscriptae erant, quae magna ex parte in digestis repetitae sunt, veluti 'de 'in ius vocando', 'de i. i. restitut.', 'de reb. creditis' etc. Gai. 4,46. D. 3,1,1; '4,1,1; 12,1,1; 43,1,2,3; 50,16,195,3. Titulorum series ex Ulpiani aliorum'que libris ad ed. facile cognoscitur; quaenam fuerit disponendi ratio, vehe'menter adhuc disceptatur. Erat autem edictum (ut dicam quid sentiam) 'neque codex iuris neque ordo iudiciarius neque liber actionum Nimirum 'natura eius non potest recte iudicari nisi ex officio praetoris ius dicentis. 'Haec enim praecipue illi erant observanda: 1. ut litis exordium ordinaret; '2. ut actiones quibus litigare possent constitueret; 3. ut in fine litis opem 'ferret adversus reum vel condemnatum vel confessum vel non defensum, 'actoribus tam singulis quam pluribus, qui in bona eius concurrerent. Quo 'ordine in disponendis edictis servato effectum est, ut tres principales pos'sint distingui partes, quibus quarta accedit nova iurisdictionis praetoriae 'instituta continens: interdicta, exceptiones, stipulationes praetorias. Diffi'cilior est explicatu ratio ordinis titulorum secundae partis, qua de re videas 'Rudorffii commentationem in ZRG. 3,53, licet summam quam ille propo'suit divisionem in edicta de iure et de possessione equidem non comproba'verim'. Bruns. *In his omnibus doctissimi viri sententiae lubenter subscribo. Secundae autem edicti partis titulorum ordinem eum esse arbitror, ut primum locum teneant iudicia ordinaria i. e. quae tempore quo res aguntur reddi solent, deinde sequantur extraordinaria iurisdictionis auxilia i. e. quae semper obtineri possunt, cf. E. P. p. 25 sqq. Qua ratione totum edictum in quinque partes divisi. Is tamen ordo non in omnibus destricte a praetore servatur, cum interdum ea quae propinquitate aliqua vel similitudine argumenti inter se coniuncta sunt, etiam praeter ordinem sub eodem titulo collocentur.*

I. *De his qui in municipio colonia foro iure dicundo praesunt*[1].

U. 1, P. 1. 1. Si quis ius dicenti non obtemperaverit[2], (*quanti ea res erit, iudicium dabo*).

---

[1] *Cf. Lenel, ZRG. 15, p. 16 sqq.* — [2] *Sunt verba Rubr. D. 2,3; persaepe enim edictorum verba initialia digestorum titulis ut rubricae inscripta esse videntur.*

b. Si quis in ius vocatus . . . . . non ierit sive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit[1], ... (*iudicium dabo*).

c. (*De damno infecto.*) . . . eius rei . . . dum ei, qui aberit, prius domum denuntiari iubeam . . . . In eum qui quid eorum quae supra scripta sunt, non curaverit, quanti ea res est, cuius damni infecti nomine cautum non erit, iudicium (*dabo*)[2].

d. De fugitivis[3].

e. *De vadimonio Romam faciendo*[4]. U. 2, P. 2.

II. De iurisdictione[5].

1. *De albo corrupto*[6]. U. 3, P. 3.

2. Quod quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur[7]. Qui magistratum potestatemve habebit, si quid in aliquem novi iuris statuerit si*ve* quis apud eum, qui magistratum potestatemve habebit, aliquid novi iuris obtinuerit, quandoque postea adversario eius postulante ips*um* eodem iure uti oportebit[8], praeterquam si quis eorum *quid* contra eum fecerit, qui ipse eorum quid fecisset[9].

III. De edendo . . . .[10] Argentariae mensae exer- U. 4, P. 3. citores *ei, qui iuraverit non calumniae causa postulare edi sibi* rationem quae ad se pertinet, edent adiecto die et consule[11] . . . . . Argentario eive, qui iterum edi postulabit, causa cognita edi iubebo[12].

IV. De pactis et conventionibus. Pacta conventa, quae U. 4, P. 3. neque dolo malo neque adversus leges plebis scita senatus consulta edicta *decreta* principum neque quo fraus cui eorum fiat facta erunt, servabo[13].

V. De in ius vocando[14]. 1. In ius vocati, ut eant aut *vin-* U. 5, P. 4. *dicem* dent[15].

2. Parentem, patronum patronam, liberos parentes patroni patronae in ius sine permissu meo ne quis vocet[16].

3. . . . . Si quis parentem, patronum patronam, liberos

---

1) *Rubr. D. 2,5.* — 2) *D. 39,2,4,1.5.7.* — 3) *D. 11,4,1,4—8.* — 4) *D. 2,11,1; 50,16,3 pr.* — 5) *Rubr. D. 2,1.* — 6) *D. 2,1,7 pr.* — 7) *Rubr. D. 2,2.* — 8) *D. 50,16,8 pr.* — 9) *D. 2,2,1,1; 4. E. P. p. 58.* — 10) *E. P. p. 59.* — 11) *D. 2,13,4 pr. ict. 6,2; 9,3.* — 12) *D. 2,13,6,8.* — 13) *D. 2,14,7,7.* — 14) *Rubr. D. 2,4.* — 15) *Rubr. D. 2,6:* 'in ius vocati ut eant aut satis vel cautum dent'. *Cf. Gai. IV, 46.* — 16) *D. 2,4,4,1. Formulam huic edicto adiectam refert Gai. IV, 46.*

aut parentes patroni patronae, liberosve suos [eumue quem in potestate habebit] vel uxorem vel nurum in *ius*[1] vocabit: qualiscumque *vindex*[2] accipiatur[3].

4. . . . . . In bona eius, qui *vindicem*[4] ded*er*it, si neque potestatem sui faciet neque defendetur, iri iubebo[5].

5. Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat neve faciat dolo malo quo magis eximeretur[6].

U. 6, P. 5. VI. De postulando[7]. 1. *Qui omnino ne postulent. Minor annis decem et septem, surdus qui prorsus non audit* . . . . . si non habebunt advocatum, ego dabo[8].

3. Qui pro aliis ne postulent. *Mulieres, caecus utrisque luminibus orbatus, qui corpore sua muliebria passus erit, qui capitali crimine damnatus erit, qui operas suas, ut cum bestiis depugnaret, locaverit*[9] . . . .

3. *Qui nisi pro certis personis ne postulent.* Qui lege plebis scito senatus consulto edicto decreto principum nisi pro certis personis postulare prohibentur, hi pro alio, quam pro quo licebit, in iure apud me ne postulent[10]. Qui ab exercitu ignominiae causa ab imperatore eove, cui de ea re statuendi potestas fuerit, dimissus erit: qui artis ludicrae pronuntiandive causa in scaenam prodierit: qui lenocinium fecerit: qui in iudicio publico calumniae praevaricationisve causa quid fecisse iudicatus erit: qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo et fraude suo nomine damnatus pactusve erit: qui pro socio, *fiduciae*, tutelae, mandati, depositi[11] suo nomine [non contrario iudicio] damnatus erit: qui eam, quae in potestate eius esset, genero mortuo, cum eum mortuum esse sciret, intra id tempus, quo elugere virum moris est, antequam virum elugeret, in matrimonium collocaverit eamve sciens [quis][12] uxorem duxerit non iussu eius, in cuius potestate es*se*t: et qui eum, quem in potestate haberet, eam, de qua supra comprehensum est, uxorem ducere passus fuerit: quive suo nomine non iussu eius, in cuius potestate esset, eiusve nomine quem quamve in potestate haberet bina sponsalia binasve nuptias [in] eodem tempore constitutas habuerit: qui ex his omnibus, qui supra scripti sunt, in integrum restitutus non erit: pro alio ne

---

1) *Dig.:* iudicium. — 2) *Dig.:* fideiussor iudicio sistendi causa. — 3) *D. 2,8,2,2.* — 4) *Dig.:* iudicio sistendi causa fideiussorem. — 5) *D. 42, 4,2 pr. cf. D. 2,8,2,5. E. P. p. 71 sq.* — 6) *Rubr. D. 2,7 ict. eod. 3,2; 4,2.* — 7) *Rubr. D. 3,1.* — 8) *D. 3,1,1,3.4.* — 9) *D. 3,1,1,5.6.* — 10) *D. 3,1,1,8.* — 11) *Gai. 4,182.* — 12) quis *del.*

postulent, praeterquam pro parente, patrono patrona, liberis parentibusque patroni patronae, liberisve suis, fratre sorore, uxore, socero socru, genero nuru, vitrico noverca, privigno privigna, pupillo pupilla, furioso furiosa, cui eorum a parente aut de maioris partis tutorum[1] sententia aut ab eo, cuius de ea re iurisdictio fuit, ea tutela curatiove data erit[2]. U. 7, P. 6. 7.

VII. *De vadimoniis*[3]. 1. Qui satisdare cogantur vel iurato promittant vel suae promissioni committantur[4].

2. Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caveatur[5]. . . . . . in eadem causa eum exhibere in qua tunc est, donec iudicium accipiatur[6].

3. De eo per quem factum erit, quo minus quis *vadimonium* sistat[7]. U. 8—10, P. 8. 9.

VIII. De cognitoribus et procuratoribus et defensoribus[8]. 1. *Qui ne dent cognitorem* . . . . . . et qui eam, quam in potestate habet, genero mortuo, cum eum mortuum esse sciret, in matrimonium collocaverit eamve sciens uxorem duxerit, et qui eum, quem in potestate haberet, earum quam uxorem ducere passus fuerit: quae*ve* virum parentem liberosve suos uti mor*is* est, non eluxerit: quae*ve* cum in parentis sui potestate non esset, viro mortuo, cum eum mortuum esse sciret, intra id tempus, quo elugere virum moris est, nupserit[9] . . . .

2. *Qui ne dentur cognitores*[10].

3. *Cognitorem*[11] ad litem suscipiendam datum, pro quo consentiente dominus iudicatum solvi exposuit, iudicium accipere cogam[12].

4. Ei qui cogni*torem (dederit, causa cognita permittam eum abdicare vel muta)*re[13].

5. *Quibus alieno nomine agere liceat*[14].

6. Alieno nomine, item p*er* alios agendi potestatem non faciam

---

[1] *Cave quid mutes: arg. D. 46,7,3,5, cf. 26,7,3,1.7. Cf. I. C. Naber, Mnemos. NS. 17,388.* — [2] *D. 3,2,1 ict. 3,1,1,9.11; 3 pr. De huius edicti restitutione cf. ZRG. 15, p. 56 sq. ict. Gai. 4,182.* — [3] *De variis edictis sub hoc titulo propositis v. E. P. p. 80.* — [4] *Rubr. D. 2,8; cf. Gai. 4,185.* — [5] *Rubr. D. 2,9.* — [6] *D. 2,9,1 pr.* — [7] *Rubr. D. 2,10:* quo minus quis in iudicio sistat. — [8] *Rubr. D. 3,3, rubr. fr. Vat. 317.* — [9] *Fr. Vat. 320. Quod fr. ad titulum de cognitoribus pertinere docuit Karlowa, ZRG. 9, p. 220 sq. Cf. D. 3,2,15.17.19.* — [10] *Cf. Fr. Vat. 322.* — [11] *Dig.:* procuratorem. *Cf. Gai. 4,101.* — [12] *D. 3,3,8,3.* — [13] *Fr. Vat. 341.* — [14] *Cf. E. P. § 29.*

in his causis, in quibus ne dent cognitorem neve dentur edictum comprehendit [1].

7. *Quibus municipum nomine agere liceat* [2].

8. Cuius nomine quis actionem dari sibi postulabit, is eum viri boni arbitratu defendat: et ei *quocum aget* quo nomine aget id ratum habere eum, ad quem ea res pertinet, boni viri arbitratu satisdet [3].

9. *Quod adversus municipes agatur* [4].

10. Quod cuiuscumque universitatis nomine vel contra eam agatur [5].

11. De negotiis gestis. Si quis negotia alterius sive quis negotia, quae cuiusque cum is moritur fuerint, gesserit, iudicium eo nomine dabo [6].

U. 10, P. 10. IX. De calumniatoribus. In eum qui, ut calumniae causa negotium faceret vel non faceret, pecuniam accepisse dicetur, intra annum in quadruplum eius pecuniae quam accepisse dicetur, post annum simpli *(iudicium dabo)* [7].

U. 11—13, P. 11. 12. X. De in integrum restitutionibus [8]. 1. Quod metus causa gestum erit, ratum non habebo [9].

2. Quae dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit et iusta causa esse videbitur, *intra annum* iudicium dabo [10].

3. Quod cum minore quam viginti quinque annis natu gestum esse dicetur, uti quaeque res erit, animadvertam [11].

4. Qui quaeve, posteaquam quid cum his actum contractumve sit, capite deminuti deminutae esse dicentur, in eos easve, perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo [12].

5. Quod eo auctore, qui tutor non fuerit, ... [13], si id actor ignoravit, dabo in integrum restitutionem [14]. In eum qui, cum tutor non esset, dolo malo auctor factus esse dicetur, iudicium dabo, ut, quanti ea res erit, tantam pecuniam condemnetur [15].

---

1) *Fr. Vat. 322.* — 2) *D. 3,4,3 cf. 7 pr.* — 3) *D. 3,3,33,3.* — 4) *D. 3,4,7 pr.* — 5) *Rubr. D. 3,4.* — 6) *Rubr. D. 3.5; 3,5,3 pr.* — 7) *Rubr. D. 3,6; 3,6,1 pr. De ceteris huius tituli edictis cf. E. P. p. 105 qq.* — 8) *Rubr. D. 4,1.* — 9) *D. 4,2,1.* — 10) *D. 4,3,1,1.* — 11) *D. 4,4,1,1.* — 12) *D. 4,5,2,1.* — 13) *Rubr. D. 27,6:* quod falso tutore auctore *gestum* esse dicetur. *Nec tamen de quovis negotio, sed de iudicio accepto hic praetorem egisse arbitror. Cf. D. 27,6,5; 7,3.* — 14) dabo i. i. rest.] *non videntur haec praetoris esse.* — 15) *D. 27,6,7 pr.*

6. Si cuius quid de bonis, cum is metus aut sine dolo malo rei publicae causa abesset inve vinculis servitute hostiumque potestate esset, posteave (*non utendo deminutum esse)*[1] sive cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur: item si quis quid usu suum fecisset aut, quod non utendo amissum sit[2], consecutus actioneve qua solutus ob id, quod dies eius exierit, cum absens non defenderetur inve vinculis esset secumve agendi potestatem non faceret aut cum eum invitum in ius vocari non liceret neque defenderetur, cumve magistratus de ea re appellatus esset, sive cui per magistratus[3] sine dolo ipsius actio exempta esse dicetur: earum rerum actionem intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas erit, item, si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam, quod eius per leges plebis scita senatus consulta edicta decreta principum licebit[4].

7. *De lite restituenda*[5].

8. Quae alienatio iudicii mutandi causa facta erit (*dolo malo, in integrum restituam)*[6].

XI. De receptis. 1. Qui arbitrium pecunia compromissa receperit, *(eum sententiam dicere cogam)*[7]. U. 13. 14 P. 13.

2. Nautae caupones stabularii quod cuiusque salvum fore receperint nisi restituent, in eos iudicium dabo[8].

3. *Argentarii quod pro alio solvi receperint ut solvant*[9].

XII. *De satisdando*[10]. U. 14, P. 14.

XIII. *Quibus causis praeiudicium fieri non oportet*[11]. U. 14, P. 15. 16.

(*Pars secunda. De iudiciis ordinariis.*)

XIV. De iudiciis[12]. 1. De interrogationibus in iure faciendis[13]. Qui in iure interrogatus (*an heres vel quota ex parte sit)* responderit, *(in eum ex sua responsione iudicium dabo)*[14] . . . . . omnino non respondisse[15] . . . . . U. 22. 23, P. 17. 18.

2. De iureiurando[16]. Si is cum quo agetur condicione delata iuraverit *(sive id iusiurandum ei remissum fuerit)*[17], eius rei, de qua

---

1) *Haec e Bas. 10,35,1 ins. Mo.* — 2) *Cf. D. 4,6,21 pr.* — 3) *Dig.* pro magistratu. *Cf. D. 4,6,26,4.* — 4) *D. 4,6,1,1.* — 5) *E. P. § 45.* — 6) *D. 4,7,8,1; 4,3; 3,4.* — 7) *D. 4,8,3,2; 15.* — 8) *D. 4,9,1 pr.* — 9) *Cf. ZRG. 15, p. 62 sq.* — 10) *E. P. p. 130 sqq.* — 11) *E. P. p. 136 sqq.* — 12) *Rubr. D. 5,1. Paul. sent. 1,12. Cf. E. P. p. 11,34,139 sqq.* — 13) *Rubr. D. 11,1. Cf. 11,1,2* — 14) *D. 11,1,4, 1.* — 15) *D. 11,1,11,5 ict. 11,4.* — 16) *Rubr. D. 12,2.* — 17) *D. 12,2,6; 9,1.*

iusiurandum delatum fuerit[1], neque in ipsum neque in eum ad quem ea res pertinet, actionem dabo[2] . . . . .

3. *Quando cum praescriptione agere oporteat*[3].

4. De noxalibus actionibus[4] . . . . . . Si is, in cuius potestate esse dicetur, negabit se in sua potestate servum habere: utrum actor volet, vel deierare iubebo in sua potestate non esse neque se dolo malo fecisse, quo minus esset, vel iudicium dabo sine noxae deditione[5].

5. De vacationibus[6]. Se iudex litem suam fecerit[7].

U. 16, P. 19. XV. *De his quae cuiusque in bonis sunt.* 1. De Publiciana in rem actione. Si quis id, quod traditur ex iusta causa non a domino et nondum usucaptum petet, iudicium dabo[8].

U. 23, P. 19. 2. De his qui deiecerint vel effuderint. a. Unde in eum locum, quo volgo iter fiet vel in quo consistetur, deiectum vel effusum quid erit, quantum ex ea re damnum datum factumve erit, in eum, qui ibi habitaverit, in duplum iudicium dabo. Si eo ictu homo liber perisse dicetur, *sestertium* quinquaginta *milium nummorum*[9] iudicium dabo. si vivet nocitumque ei esse dicetur, quantum ob eam rem aequum iudici videbitur eum cum quo agetur condemnari, tanti iudicium dabo. si servus insciente domino fecisse dicetur, in iudicio adiciam: aut noxa*e*[10] dedere[11].

b. Ne quis in suggrunda protectove supra eum locum, quo volgo iter fiet inve quo consistetur, id positum habeat, cuius casus nocere cui possit. qui adversus ea fecerit, in eum *sestertium* decem *milium nummorum*[12] in factum(?) iudicium dabo. si servus insciente domino fecisse dicetur[13], ...

---

[1] de qua iusiur. delatum fuerit] *praetori haec abiudicat Gradenwitz, ZRG. 21, p. 275.* — [2] *D. 12, 2, 3 pr., 7 pr. Sequebatur edictum de actione, quae ex causa iurisiurandi accommodatur. D. 12,2,9,1.* — [3] *Cf. E. P. § 55. 56.* — [4] *Rubr. D. 9,4.* — [5] *D. 9,4,21,2.* — [6] *D. 50,5,13; 5,1,18 pr., Cic. Brut. c. 31 § 117.* — [7] *D. 50,16,36. E. P. § 59.* — [8] *D. 6,2,1 pr. Sed haec non esse genuina praetoris verba ostendit Lenel, Beitr. z. K. d. prät. Ed. 1878. De variis ad h. l. coniecturis cf. Erman. ZRG. 24, p. 225 sqq., Lenel, ibid. 33, 11 sqq. Praetorem haec habuisse crediderim:* 'si quis id quod mancipio datur traditum ex iusta causa et nondum *et rel.*' *Formulam actionis v. Gai. 4,36. Ad formulam ea quoque pertinere suspicor, quae ut praetoris verba referuntur D. 6,2,7,11:* 'qui (quem Aulus Agerius *scr.?*) bona fide emit'. — [9] *Dig.* (*n. 11*): quinquaginta aureorum. — [10] *D.* (*n. 11*): noxam. — [11] *D. 9,3,1 pr.* — [12] *D.* (*n. 13*): solidorum decem. — [13] *D. 9,3,5,6. In D. sequuntur verba aperte mendosa:* 'aut noxae dedi iubebo'. *E. P. p. 169 n. 5.*

U. 23, P. 19. 3. De servo corrupto. Qui servum servam alienum alienam recepisse persuasisseve quid ei dicetur dolo malo, quo eum eam deteriorem faceret, in eum quanti ea res erit in duplum iudicium dabo[1]. si servus servave fecisse dicetur[2], ...

U. 23, P. 19. 4. De aleatoribus. Si quis eum, apud quem alea lusum esse dicetur, verberaverit damnumve ei dederit sive quid eo tempore *e domo*[3] eius subtractum erit, iudicium non dabo. in eum, qui aleae ludendae causa vim intulerit, uti quaeque res erit, animadvertam[4] . . . .

U. 15, P. 20. 5. *Si hereditas petatur*[5]. Si pars hereditatis petatur[6]. *De possessoriis actionibus. De fideicommissaria her. pet.*[7].

U. 16. 17, P. 21. 6. *Si singulae res petantur*[8].

U. 17, P. 21. 7. Si ager vectigalis[9] petatur[10].

U. 17, P. 21. 8. Si usus fructus petatur vel ad alium pertinere negetur[11].

U. 17, P. 21. 9. Si servitus vindicetur vel ad alium pertinere negetur[12].

U. 18, P. 21. 10. *De modo agri*[13].

U. 18, P. 22. 11. Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur[14]. (*De pastu pecoris*)[15].

U. 18, P. 22. 12. Ad legem Aquiliam[16]. a. Si fatebitur iniuria occisum esse: in simplum[17] . . . . . .

b. *In factum adversus nautas caupones stabularios*[18].

U. 19. 20, P. 23. 24. 13. Finium regundorum. Familiae erciscundae. Communi dividundo[19].

U. 20—22, P. 24. 25, 14. *De fideiussore et sponsore*[20].

---

1) *D. 11,3,1 pr.* — 2) *D. 11,3,5,3.* — 3) *Fl.* 'dolo'. — 4) *D. 11,5,1 pr. 3.* — 5) *Paul sent. 1,3*^{b}*. D. 5,3* — 6) *Rubr. D. 5,4.* — 7) *Cf. D. 5,5; 5,6. Hoc loco formulae propositae erant et actionis, qua fideicommissarius de universitate certat, et actionum utilium, quae bonorum possessori fideicommissarioque de singulis rebus accommodantur.* — 8) *D. 6,1:* de rei vindicatione. *Formulam vindicationis v. Gai. 4,41.51. Cic. in Verr. 2,2,12.* — 9) *Tribon. adi.:* 'id est emphyteuticarius'. — 10) *Rubr. D. 6,3. In edicto provinciali sequebatur rubr. 'si praedium stipendiarium vel tributarium petatur'.* — 11) *Rubr. D. 7,6.* — 12) *Rubr. D. 8,5.* — 13) *Pauli sent. 2,17,4. ZRG. 17, p. 190 sq.* — 14) *Rubr. D. 9,1. Cf. Coll. 7,3.* — 15) *E. P. § 76, D. 50,16,31.* — 16) *Rubr. D. 9,2.* — 17) *Coll. 2,4; 12,7. Utroque loco scriptum est:* 'in simplum et cum (*al.* eum) diceret (*al.* dicere, doceret, docere)'. *Cf. Mommsen in collationis ed. ad h. l. Equidem de hac corruptela tollenda iam desperaverim.* — 18) *D. 4,9,6.7.* — 19) *Rubr. D. 10,1—3.* — 20) *Paul. sent. 1,20. E. P. p. 207 sqq.*

U. 24 P. 25. 15. Si mensor falsum modum dixerit[1].

U. 24, P. 26. 16. Ad exhibendum[2].

U. 25, P. 27. XVI. De religiosis et sumptibus funerum[3]. 1. Sive homo mortuus ossave hominis mortui in locum purum alterius aut in id sepulchrum, in quo ius non fuerit, illata esse dicentur[4], . . .

2. De sepulchro violato[5]. Cuius dolo malo sepulchrum violatum esse dicetur, in eum in factum (?) iudicium dabo, ut ei, ad quem pertineat, quanti ob eam rem aequum videbitur, condemnetur. si nemo erit, ad quem pertineat, sive agere nolet: quicumque agere volet, ei *sestertium* centum *milium nummorum*[6] actionem dabo. si plures agere volent, cuius iustissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam. si quis in sepulchro dolo malo habitaverit aedificiumve aliud quam qu*od* sepulchri causa factum sit, habuerit, in eum, si quis eo nomine agere volet, *sestertium* ducentorum *milium nummorum*[7] iudicium dabo.

3. Quod funeris causa sumptus factus erit, eius reciperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet, iudicium dabo[8].

U. 26—28, P. 28. 29. XVII. De rebus creditis[9]. 1. Si certum petetur[10]. — . . . . eum a quo iusiurandum petetur, solvere aut iurare cogam[11] . . . . Sacerdotem Vestalem et flaminem Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam[12].

2. De eo quod certo loco dari oportet[13].

3. De pecunia constituta. Qui pecuniam debitam constituit[14] (*se soluturum eove nomine se satisfacturum esse, in eum iudicium dabo*[15] . . . . .)

---

1) *Rubr. D. 11,6.* — 2) *Rubr. D. 10,4.* — 3) *Rubr. D. 11,7.* — 4) *D. 11,7,2,2. Sequuntur verba (interpolata scilicet)*: qui hoc fecit, in factum actione tenetur et poena pecuniaria subicietur. — 5) *D. 47,12.* — 6) *D.:* centum aureorum. — 7) *D.:* ducentorum aureorum. — 8) *D. 11,7, 12,2.* — 9) *D. 12,1,1,1:* 'quoniam multa ad contractus varios pertinentia iura sub hoc titulo praetor inseruit, ideo rerum creditarum titulum praemisit: — sub hoc titulo praetor et de commodato et de pignore edixit'. — 10) *Rubr. D. 12,1:* de R.C., si certum petetur . . . *Formulam condictionis v. Gai. 4,41.50.* — 11) *D. 12,2,34,6. Edictum habuisse* 'eum a quo certum petetur' *merito suspicatur Gradenwitz, ZRG. 21, p. 275. De clausula ad referendi facultatem pertinente v. C. 4,1,9.* — 12) *Gell. 10,15,31.* — 13) *Rubr. D. 13,4.* — 14) *D. 13,5 rubr. et 1,1.* — 15) *Cf. E. P. § 97. Quae in D. 13,5,16,2.4; 18 pr. 1 referuntur, ea non edicti sed formulae verba esse l. l. docui.*

4. Commodati vel contra[1]. Quod quis commodasse dicetur, de eo iudicium dabo[2].

5. De pigneraticia actione vel contra[3].

6. De compensationibus[4].

XVIII. *Quod cum magistro navis, institore eove, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur.* U. 28. 29, P. 29. 30. 1. De exercitoria actione[5]. *Quod cum magistro navis gestum erit eius rei nomine, cui ibi praepositus fuerit, in eum, qui eam navem exercuerit, iudicium dabo*[6]. Si is, qui navem exercuerit, in aliena potestate erit eiusque voluntate navem exercuerit, quod cum magistro eius gestum erit, in eum, in cuius potestate is erit qui navem exercuerit, iudicium (*dabo*)[7].

2. De institoria actione[8].

3. De tributoria actione[9].

4. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur[10]. a. (*De peculio, de in rem verso, quod iussu*)[11]. Quod cum eo, qui in alterius potestate esset (?), negotium gestum erit[12], . . .

b. Post mortem eius qui in alterius potestate fuerit, posteave quam is emancipatus manumissus alienatusve fuerit, dumtaxat de peculio et si quid dolo malo eius, in cuius potestate *fuerit*[13], factum erit, quo minus peculii esset, in anno, quo primum de ea re experiundi potestas erit, iudicium dabo[14].

c. In eum qui emancipatus aut exheredatus erit quive abstinuit se hereditate eius, cuius in potestate cum moritur fuerit, eius rei nomine, quae cum eo contracta erit, cum is in potestate esset, sive sua voluntate sive iussu eius, in cuius potestate erit, contraxerit, sive in peculium ipsius sive in patrimonium eius, cuius in potestate fuerit, ea res redacta fuerit, actionem causa cognita dabo in quod facere potest[15].

5. Ad senatus consultum Vellaeanum[16].

XIX. *De bonae fidei iudiciis.* 1. Depositi vel contra[17]. U. 30—32, P. 31—34.

---

1) *Rubr. D. 13,6.* — 2) *D. 13,6,1 pr.* — 3) *Rubr. D. 13,7.* — 4) *Rubr. D. 16,2. Formulam, qua argentarius experitur, exhibet Gai. 4,64.* — 5) *Rubr. D. 14,1.* — 6) *D. 14,1,1,1—18.* — 7) *D. 14,1,1,19.* — 8) *Rubr. D. 14,3.* — 9) *Rubr. D. 14,4.* — 10) *Rubr. D. 14,5.* — 11) *Triplex edictum: D. 15,1,1,1.* — 12) *D. 15,1,1,2.* — 13) *Dig.* 'est'. — 14) *D. 15,2,1 pr.* — 15) *D. 14,5,2 pr.* — 16) *Rubr. D. 16,1. Cf. ibid. 8,7—15.* — 17) *Rubr. D. 16,3. Haud scio an praetor etiam de contrario iudicio edixerit, v. D. 16, 3, 5 pr.*

Quod neque tumultus neque incendii neque ruinae neque naufragii causa depositum sit (erit *scr.?*), in simplum, earum autem rerum, quae supra comprehensae sunt, in ipsum in duplum, in heredem eius, quod dolo malo eius factum esse dicetur qui mortuus sit, in simplum, quod ipsius, in duplum iudicium dabo [1].

2—7. *Fiduciae vel contra* [2], mandati vel contra [3], pro socio [4], empti venditi [5], locati conducti [6], *de aestimato* [7].

U. 33. 34, P. 35—37. XX. De re uxoria [8]. 1. Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur [9]; 2. *de alterutro* [10]; 3. *de rebus amotis* [11] . . . .

U. 34. XXI. *De liberis et de ventre.* 1. De agnoscendis liberis [12].

U. 34. 2. De inspiciendo ventre custodiendoque partu [13]. Si mulier mortuo marito praegnatem se esse dicet, his ad quos ea res pertinebit procuratori*bus*ve eorum bis in mense denuntiandum curet, ut mittant, si velint, quae ventrem inspicient. mittantur autem mulieres liberae dumtaxat quinque haeque simul omnes inspiciant, dum ne qua earum dum inspicit invita muliere ventrem tangat. mulier in domu honestissimae feminae pariat, quam ego constituam. mulier ante dies triginta quam parituram se putat, denuntiet his ad quos ea res pertinet procuratoribusve eorum, ut mittant, si velint, qui ventrem custodiant. in quo conclavi mulier paritura erit, ibi ne plures aditus sint quam unus: si erunt, ex utraque parte tabulis praefigantur. ante ostium eius conclavis liberi tres et tres liberae cum binis comitibus custodiant. quotienscumque ea mulier in id conclave aliudve quod sive in balineum ibit, custodes, si volent, id ante prospiciant et eos qui introierint excutiant. custodes, qui ante conclave positi erunt, si volent, omnes, qui conclave aut domum introierint, excutiant. mulier, cum parturire incipiat, his at quos ea res pertinet procuratoribusve eorum denuntiet, ut mittant, quibus praesentibus pariat.

---

[1] *D. 16,3,1,1. Duplicem actionis formulam, tam in ius quam in factum conceptam exhibet Gai. 4,47.* — [2] *Cf. ZRG. 16,104 sqq., 177 sqq.* — [3] *Rubr. D. 17,1.* — [4] *Rubr. D. 17,2.* — [5] *Cf. Rubr. D. 19,1. Formulam v. Gai. 4,40.59.131*^{a}*, Cic. de off. 3,16,66.* — [6] *Rubr. D. 19,2.* — [7] *Cf. Rubr. D. 19,3:* 'de aestimatoria'. *Ibid. 1 pr.:* 'actio de aestimato proponitur tollendae dubitationis gratia'. *De loco huius formulae v. Lenel, Palingenesia II, p. 1250 n. 4. Praescriptis verbis actionis formulam generalem praetor non proposuerat.* — [8] *Cf. Rubr. fr. Vat. 94—122.* — [9] *Rubr. D. 24,3.* — [10] *C. 5,13,1,3*^{a}*:* 'edictum praetoris, quod de alterutro introductum est'. — [11] *Cf. Rubr. D. 25,2.* — [12] *Rubr. D. 25,3.* — [13] *Rubr. D. 25,4.*

mittantur mulieres liberae dumtaxat quinque, ita ut praeter obstetrices duas in eo conclavi ne plures mulieres liberae sint quam decem, ancillae quam sex. hae, quae intus futurae erunt, excutiantur omnes in eo conclavi, ne qua praegnas sit. tria lumina, ne minus, ibi sint. quod natum erit, his ad quos ea res pertinet procuratoribusve eorum, si inspicere volent, ostendatur. apud eum educetur, apud quem parens iusserit. si autem nihil parens iusserit aut is, apud quem voluerit educari, curam non recipiet, apud quem educetur, causa cognita constituam. is apud quem educabitur quod natum erit, quoad trium mensum sit, bis in mense, ex eo tempore quoad sex mensum sit, semel in mense, a sex mensibus quoad anniculus fiat, alternis mensibus, ab anniculo quoad fari possit, semel in sex mensibus, ubi volet, ostendat. si cui ventrem inspici custodirive adesse partui licitum non erit factumve quid erid, quominus ea ita fiant, uti supra comprehensum est: ei, quod natum erit, possessionem causa cognita non dabo: sive quod natum erit, ut supra cautum est, inspici non licuerit, quas utique actiones me daturum polliceor his, quibus ex edicto meo bonorum possessio data sit, eas, si mihi iusta causa videbitur esse, ei non dabo[1].

3. Si ventris nomine muliere in possessionem missa eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur[2]. U. 34, P. 37.

4. Si mulier ventris nomine in possessione calumniae causa fuisse dicetur[3]. U. 34.

XXII. De tutelis[4]. 1—7. *De administratione tutorum; de falso tutore*[5]*;* de suspectis tutoribus; arbitrium tutelae; rationibus distrahendis; de eo, qui pro tutore negotia gessit; de magistratibus conveniendis[6]. U. 35. 36, P. 38.

XXIII. De furtis[7]. 1. . . . . de tigno iuncto[8]. U. 37. 38, P. 39.

2. . . . . . .[9]. a. Si is, qui testamento liber esse iussus erit, post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse aut corrupisse quid dicetur[10].

b. Furti adversus nautas caupones stabularios[11].

---

1) *D. 25,4,1,10.* — 2) *Rubr. D. 25,5.* — 3) *Rubr. D. 25,6:* 'esse dicetur'. *Index Flor.:* 'fuisse dicatur'. — 4) *Rubr. D. 26,1.* — 5) *E. P. § 121.122.* — 6) *Cf. Rubr. D. 26,10; 27,3—5.8.* — 7) *Rubr. D. 47,2, cf. D. 50,16,195,3. Initio huius tituli Ulpianus earum actionum, quae iure civili ex furto oriuntur, formulas tractavit. Formulae, qua cum peregrino de furto nec manifesto agitur, partem exhibet Gai. 4,37.* — 8) *Rubr. D. 47,3.* — 9) *Sequuntur actiones, quas ipse praetor ex causa furti introduxit.* — 10) *Rubr. D. 47,4.* — 11) *Rubr. D. 47,5.*

c. Si familia furtum fecisse dicetur[1].

d. Quod familia publicanorum furtum fecisse dicetur[2].

e. Arborum furtim caesarum[3].

U. 38, P. 40. XXIV. De iure patronatus[4]. 1. De operis libertorum[5]. 2. Si ingenuus esse dicetur[6].

(*Pars tertia. De iuris auxiliis extraordinariis.*)

U. 39—45, P. 41—43. XXV. De bonorum possessionibus[7].

A. Si tabulae testamenti extabunt[8] (*non minus quam septem testium signis signatae*)[9]. 1. De bonorum possessione contra tabulas[10]. 2. De legatis praestandis c. t. bonorum possessione petita[11]. 3. De collatione bonorum[12]. 4. De dotis collatione[13]. 5. De coniungendis cum emancipato liberis eius[14].

6. De ventre in possessionem mittendo et curatore eius[15]. . . . . . ventrem cum liberis in possessionem esse iubebo[16] . . . .

7. *Edictum Carbonianum*[17].

8. De bonorum possessione secundum tabulas[18].

9. De bonis libertorum[19] . . . . a. Si quis manumiss*us* manumissa moritur[20] . . . . b. Si donum munus operas redemerit[21] (*libertus, patrono bonorum possessionem non dabo*).

10. Si quid in fraudem patroni factum sit[22].

11. *De liberis patroni*[23].

12. *Quibus bonorum possessio liberti non datur*[24].

---

1) *Rubr. D. 47,6.* — 2) *D. 39,4,12,1. Quae in Dig. hoc loco leguntur:* 'item si damnum iniuria fecerit et id ad quos ea res pertinet non exhibetur, in dominum sine noxae deditione iudicium dabo' *a Triboniano inserta esse suspicor, v. infra sub tit. XXXII.* — 3) *Rubr. D. 47,7.* — 4) *Rubr. D. 37,14.* — 5) *Rubr. D. 38,1.* — 6) *Rubr. D. 40,14.* — 7) *Rubr. D. 37,1.* — 8) *Rubr. D. 37,2.* — 9) *Cf. Gai. 2,119.147. Ulp. 28,6.* — 10) *Rubr. D. 37,4.* — 11) *Rubr. D. 37,5.* — 12) *Rubr. D. 37,6.* — 13) *Rubr. D. 37,7.* — 14) *Rubr. D. 37,8. Hoc edictum in D. 37,8,1 pr. ict. 38,6,5 pr. ad verbum fere transcriptum est.* — 15) *Rubr. D. 37,9.* — 16) *D. 40,4,13,3.* — 17) *Cf. Rubr. D. 37,10.* — 18) *Rubr. D. 37,11. Quod veteres praetores de b. p. s. t. edicebant, exhibet Cic. in Verr. 2,1,45:* Si de hereditate ambigitur et tabulae testamenti obsignata non minus multis signis quam e lege oportet ad me proferentur, secundum tabulas testamenti potissimum possessionem dabo. *Quae verba a posterioribus praetoribus paulo commutata sunt. E. P. § 149.* — 19) *Rubr. D. 38,2.* — 20) *Prob. Einsidl. 51.* — 21) *D. 50,16,53 pr. 194.* — 22) *Rubr. D. 38,5.* — 23) *E. P. § 152.* — 24) *E. P. § 153.*

13. In eo qui a patre avove paterno proavove paterni avi patre (*manumissus moritur, idem ius servabo atque si ex servitute manumissus esset*)[1].

14. De bonorum possessione ex testamento militis[2].

U. 46. 47, P. 42. B. Si tabulae testamenti nullae extabunt[3]. 1. *Unde liberi*[4].

2. Tum quem ei heredem esse oporteret, si intestatus mortuus esset[5].

3. *Unde cognati*[6]. 4. *Unde familia patroni*[7]. 5. *Unde patronus patroni*[8]. 6. *Unde vir et uxor*[9]. 7. *De postumis*[10]. 8. *Unde cognati manumissoris*[11].

U. 48. 49, P. 44. C. *Clausulae generales*. 1. Quibus non competit bonorum possessio[12].

2. Ut ex legibus senatusve consultis bonorum possessio detur. Uti me quaque lege senatusve consulto bonorum possesssionem dare oportebit, ita dabo[13].

3. *Successorium edictum*[14]: quis ordo in bonorum possessionibus servetur[15].

U. 50, P. 45. 46. XXVI. De testamentis[16]. 1. *De condicione iurisiurandi*[17].

2. Testamenta quemadmodum aperiantur inspiciantur et describantur[18].

3. Si quis omissa causa testamenti ab intestato [vel alio modo[19]] possideat hereditatem[20].

4. Quorum testamenta ne aperiantur[21].

U. 51. 52, P. 47. 38. XXVII. De legatis[22] . . . . 1. Ut legatorum servan-

---

1) *D. 37,12,1,1.2.* — 2) *Rubr. D. 37,13.* — 3) *D. 38,6 rubr. et 1,1. Diversa erat conceptio 'veteris edicti tralaticii', quam exhibet Cic. in Verr. 2,1,44:* 'si tabulae testamenti non proferentur, tum uti quemque potissimum heredem esse oporteret, si is intestatus mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur'. *Cf. Leist, Forts. v. Glück Pand. 1,76—82.* — 4) *Rubr. D. 38,6:* 'Si tab. test. nullae extabunt: unde liberi'. — 5) *D. 38,7,1.* — 6) *Rubr. D. 38,8.* — 7) *E. P. § 159. D. 50,16,195.196.* — 8) *E. P. § 160.* — 9) *Rubr. D. 38,11.* — 10) *E. P. § 161ᵃ.* — 11) *E. P. § 162. Ulp. 28,7.* — 12) *Rubr. D. 38,13.* — 13) *D. 38,14,1 pr.* — 14) *Cf. Rubr. D. 38,9.* — 15) *Rubr. D. 38,15.* — 16) *D. 28,5,32.33:* 'Gai. lib. I. II de testam. ad ed. pr. urb.' — 17) *Rubr. D. 28,7.* — 18) *Rubr. D. 29,3.* — 19) vel alio modo] *Iustinianorum esse videntur.* — 20) *Rubr. D. 29,4.* — 21) *Rubr. D. 29,5.* — 22) *D. 30,65.69.73:* 'Gai. l. I. II. III de legatis ad ed. praet.' *E. P. p. 353 sqq.*

dorum causa caveatur[1]. 2. Ut in possessionem legatorum servandorum causa esse liceat[2].

U. 52, P. 48. XXVIII. De operis novi nuntiatione[3].

U. 53, P. 48. XXIX. De damno infecto[4]. Damni infecti suo nomine promitti, alieno satisdari iubebo ei, qui iuraverit non calumniae causa id se postulare eumve cuius nomine aget postulaturum fuisse, in eam diem, quam causa cognita statuero. si controversia erit, dominus sit necne qui cavebit, sub exceptione satisdari iubebo. de eo opere, quod in flumine publico ripave eius fiet, in annos decem satisdari iubebo . . . . . . eum, cui ita non cavebitur, in possessionem eius rei, cuius nomine, ut caveatur, postulabitur, ire et, cum iusta causa esse videbitur, etiam possidere iubebo. in eum, qui neque caverit neque in possessione esse neque possidere passus erit, iudicium dabo, ut tantum praestet, quantum praestare eum oporteret, si de ea re ex decreto meo eiusve, cuius de ea re iurisdictio fuit quae mea est, cautum fuisset . . . . . eius rei nomine, in cuius possessionem misero, si ab eo qui in possessione erit, damni infecti nomine non satisdabitur, eum, cui non satisdabitur, simul in possessione esse iubebo[5].

U. 53, P. 49 XXX. De aqua et aquae pluviae arcendae[6].

U. 54 55, P. 50. 51. XXXI. De liberali causa[7]. 1. *Si ex servitute in libertatem petatur.* 2. *Si ex libertate in servitutem petatur*[8]. 3. Si controversia erit, utrum ex servitute in libertatem petatur an ex libertate in servitutem[9] . . . . . .

U. 55, P. 52. XXXII. De publicanis[10]. Quod publicanus eius publici[11] nomine vi ademerit quodve familia publicanorum, si id restitutum non erit, in duplum aut, si post annum agetur, in simplum iudicium dabo. item si damnum iniuria [furtumve] factum esse dicetur, iudicium dabo. si hi ad quos ea res pertinebit non exhibebuntur[12], in dominos sine noxae deditione iudicium dabo[13].

U. 56, P. 53. XXXIII. De praediatoribus[14].

---

1) *Rubr. D. 36,3.* — 2) *Rubr. D. 36,4.* — 3) *D. 39,1,9:* 'Gai. ad ed. urb. tit. de operis novi nuntiatione'. — 4) *D. 39,2,8.19:* 'Gai. ad ed. pr. urb. tit. de damno inf.' — 5) *D. 39,2,7 pr. E. P. § 175.* — 6) *Rubr. D. 39,3. Ibid. 13:* 'Gai. ad ed. pr. urb. tit. de aquae pluviae arcendae'. — 7) *Rubricam exhibet Gai. D. 40,12,2.4.6.9.11.* — 8) *E. P. § 178.179.* — 9) *C. 7,16,21. Cf. D. 40,12,7,5. Thalel. in schol. Bas. 48,20,21.* — 10) *D. 39,4,5:* 'Gai. ad ed. pr. urb. tit. de publicanis'. — 11) *Flor.:* 'publicani'. *Basil. 56,1,1:* ὀνόματι τοῦ τέλους. — 12) *D. 39,4,1,6.* — 13) *D. 39,4,1 pr.* — 14) *Rubr. exhibet Gai. D. 23,3,54. Cf. D. 50,16,39.40.*

XXXIV. *De vi turba incendio rel.* U. 56. P. 54.

1. *De hominibus armatis coactisve, vi bonorum raptorum et de turba*[1]. Si cui dolo malo hominibus *armatis* coactisve damni quid factum esse dicetur sive cuius bona rapta esse dicentur, in eum, qui id fecisse dicetur, ... iudicium dabo. item si servus *familiaue* fecisse dicetur, in dominum iudicium noxale dabo[2]. Cuius dolo malo in turba dam*ni*[3] quid factum *amissumve quid* esse dicetur, in eum in anno, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum, post annum in simplum iudicium dabo[4].

2. De incendio ruina naufragio rate nave expugnata[5]. In eum U. 56, P. 54. qui ex incendio ruina naufragio rate nave expugnata quid rapuisse recepisse dolo malo damnive quid in his rebus dedisse dicetur: in quadruplum in anno, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, post annum in simplum iudicium dabo. item in servum et in familiam iudicium dabo[6].

XXXV. De iniuriis[7]. 1. . . . .[8] Qui autem iniuriarum U. 56. 57, P. 55. agit, certum dicat, quid iniuriae factum sit[9], et taxationem ponat non m*ai*orem quam quanti vadimonium fuerit[10].

2. Qui adversus bonos mores convicium cui fecisse cuiusve opera factum esse dicetur, quo adversus bonos mores convicium fieret: in eum iudicium dabo[11].

3. Ne quid infamandi causa fiat. si quis adversus ea fecerit, prout quaeque res erit, animadvertam[12].

4. Qui servum alienum adversus bonos mores verberavisse deve eo iniussu domini quaestionem habuisse dicetur, in eum iudicium dabo. item si quid aliud factum esse dicetur, causa cognita iudicium dabo[13].

---

1) *Rubr. D. 47,8.* — 2) *D. 47,8,2 pr. Si iuris consultorum commentarios accuratius inspexeris, Tribonianum complura genuini edicti verba omisisse facile intelleges. Cf. E. P. § 187. Formulam familiae nomine propositam exhibet Cic. pro Tull. 3,7; 13,31.* — 3) *Flor.:* 'damnum'. *Cf. D. 47,8,4,4.6 ict. 2 pr.* — 4) *D. 47,8,4 pr.* — 5) *Rubr. D. 47,9.* — 6) *D. 47,9,1 pr.* — 7) *Rubr. D. 47,10.* — 8) *Gell. 20,1,13:* 'praetores ... iniuriis ..... aestumandis recuperatores se daturos edixerunt'. — 9) *D. 47,10,7 pr. Verba, quae sequuntur, in dig. omissa, leguntur in Coll. 2,6,1.* — 10) *Coll. 2,6,4:* 'formula proposita est: quod Auli Agerii pugno mala percussa est'. — 11) *D. 47,10,15,2.* — 12) *D. 47,10,15,25. Formulae partem exhibet Coll. 2,6,5:* 'quod N^s N^s ill*i* *libel*lum misit (illum inmisit *Cdd.*) A^i A^i (A^o A^o *Cdd.*) infamandi causa'. — 13) *D. 47,10,15,34.*

5. Si ei, qui in alterius potestate erit, iniuria facta esse dicetur et neque is, cuius in potestate est, praesens erit neque procurator quisquam existat, qui eo nomine agat: causa cognita ipsi, qui iniuriam accepisse dicetur, iudicium dabo[1].

(*Pars quarta. De extremis iurisdictionis*)[2].

U. 58, P. 56. XXXVI. De re iudicata[3]. Condemnatus, ut pecuniam solvat[4] . . . . . .

U. 58, P. 56. XXXVIa. De confessis *et indefensis.*

XXXVII. Qui neque sequantur neque ducantur[5].

U. 59—61, P. 57. 58. XXXVIII. Quibus ex causis in possessionem eatur[6]. 1. *Qui iudicatus prove iudicato erit quive ita ut oportet defensus non erit*[7] . . . . cuius de ea re iurisdictio est . . . . .[8]. 2. *Qui ex lege Julia bonis cesserit.* 3. *Quod cum pupillo contractum erit, si eo nomine non defendetur, eius rei servandae causa bona eius possideri iubebo.* si is pupillus in suam tutelam venerit eave pupilla viripotens fuerit et recte defendetur, eos, qui bona possident, de possessione decedere iubebo[9].

4. Qui fraudationis causa latitabit, si boni viri arbitratu non defendetur, eius bona possideri vendique[10] iubebo[11].

5. Qui absens iudicio defensus non fuerit[12], (*eius bona possideri iubebo*), et eius, cuius bona possessa sunt a creditoribus, veneant, praeterquam pupilli et eius, qui rei publicae causa sine dolo malo afuit[13].

6. a. Cui heres non extabit[14] . . . . .

b. De iure deliberandi. Si tempus ad deliberandum petet, dabo[15] . . . . .

c. Si pupilli pupillae nomine postulabitur tempus ad deliberandum, an expediat eum hereditatem retinere, [et hoc datum sit, si iusta causa esse videbitur] bona interea deminui nisi [si] causa cognita boni viri arbitratu vetabo[1].

---

[1] *D. 47,10,17,10.* — [2] *In hac parte praetor edixit:* 1. *de iure ductionis;* 2. *de bonis possidendis et vendendis;* 3. *de sententiis in duplum revocandis. E. P. p. 389 sqq.* — [3] *Rubr. D. 42,1; cf. eod. 7; 25,2,2:* 'Gai. ad ed. pr. urb. tit. de re iudicata'. — [4] *D. 42,1,4,3.* — [5] *Rubr. exhibet Gai. D. 50,16,48. Cf. E. P. § 201.* — [6] *Rubr. D. 42,4.* — [7] *E. P. § 202.* — [8] *D. 42,1,5 pr. Edictum, cuius verba hoc loco referuntur, quo pertineat, pro certo non dixerim.* — [9] *D. 42,4,5,2.* — [10] vendique] *edictum habuit:* proscribi venirique, *cf. p. 229 n. 4.* — [11] *D. 42,4,7,1. Cic. pro Quinctio 19,60:* edictum 'qui fraudationis causa latitarit'. — [12] *Cic. pro Quinctio 19,60.* — [13] *D. 42,4,6,1.* — [14] *Cic. pro Quinctio 19,60.* — [15] *D. 28,8,1,1.*

d. . . . . Si per eum eamve factum erit, quo quid ex ea hereditate amoveretur[2], (*abstinendi potestatem non faciam*).

7. *Qui capitali crimine damnatus erit*[3].

U. 61. 62, P. 58. 59. XXXIX. *De bonis possidendis proscribendis vendundis*[4]. 1. Qui ex edicto meo in possessionem venerint, eos ita videtur in possessione esse oportere. quod ibidem recte custodire poterunt, id ibidem custodiant. quod non poterunt, id auferre et abducere licebit. dominum invitum detrudere non placet[5].

2. . . . . . . Si quis, cum in possessione bonorum esset, quod eo nomine fructus ceperit, ei, ad quem ea res pertinet, non restituat: sive, quod impensae sine dolo malo fecerit, ei non praestabitur: sive dolo malo eius deterior causa possessionis facta esse dicetur, de ea re iudicium in factum (?) dabo[6].

3. Si quis dolo malo fecerit, quo minus quis permissu meo eiusve cuius ea iurisdictio fuit, *quae mea est*[7], in possessionem bonorum sit, in eum in factum (?) iudicium, quanti ea res *erit*[8], ob quam in possessionem missus erit, dabo[9].

4. *De magistris faciendis bonisque proscribendis et vendundis.*

U. 63. 64, P. 60. 61. XXXX. *Quemadmodum a bonorum emptore vel contra eum agatur.* 1. *De Rutiliana actione*[10].

2. *De privilegiariis creditoribus*[11] . . . . .

3. Quod postea contractum erit, quam is, cuius bona venierint, consilium *fraudandorum creditorum*[12] ceperit, fraudare sciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur[13].

4. *De Serviana actione*[14].

5. De separationibus[15].

U. 65, 66, P. 62. XLI. De curatore bonis dando[16]. 1. *De constituendo curatore et administratione eius*[17].

---

[1] *D. 28,8,7 pr.* — [2] *D. 29,2,71,3.* — [3] *Vetustam illam clausulam* 'qui exsilii causa solum verterit' (*Cic. p. Quinctio 19,60*) *in edictum perpetuum transisse veri dissimile est.* — [4] *Cf. Prob. 5,24:* 'b. e. e. p. p. v. q. i. = bona ex *edicto* possideri proscribi venirique iubebo'. *Gai. 3,79.* — [5] *Cic. p. Quinctio 27,84.* — [6] *D. 42,5,9 pr.* — [7] *Cf. D. 39,2,7 pr.* — [8] *D. 43,4,1 pr.:* fuit. *Cf. eod. 1,5.* — [9] *D. 43,4,1 pr. De huius fragmenti inscriptione v. E. P. p. 408 n. 8.* — [10] *E. P. § 218. Gai. 4,35.* — [11] *E. P. § 219.* — [12] *Ita coni. Mo., Dig.:* receperit. — [13] *D. 42,5,25.* — [14] *E. P. § 222. Gai. 4,35.* — [15] *Rubr. D. 42,6.* — [16] *Rubr. D. 42,7.* — [17] *E. P. § 224.*

2. Quae fraudationis causa gesta erunt cum eo, qui fraudem non ignoraverit, de his curatori bonorum [vel ei, cui de ea re actionem dare oportebit,] intra annum, quo experiundi potestas fuerit [actionem dabo][1]. idque etiam adversus ipsum, qui fraudem fecit, servabo[2].

U. 66, P. 62. XLII. *De sententia in duplum revocanda*[3].

(*Pars quinta. Additamenta: interdictorum exceptionum stipulationum formulae.*)

XLIII. *Interdicta.*

U. 67. 68, P. 63. 64. 1. a. Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de his bonis pro herede aut pro possessore possides possideresve, si nihil usucaptum esset, quodque[4] dolo malo fecisti, uti desineres possidere, id illi restituas[5].

b. Quod de his bonis (*quorum possessio ex edicto meo illi data est*), legatorum nomine non voluntate (*illius*) possides quodque dolo malo fecisti quo minus possideres, (*id*), si (*eo nomine*) satisdatum est si(*ve*) per (*illum*) non stat ut satisdetur, (*illi restituas*)[6].

c. Quam hereditatem[7] . . . .

d. Ne vis fiat ei, qui (*legatorum servandorum causa*) in possessionem missus erit. Ne vis fiat ei, qu*ae* (*ventris nomine*) in possessionem missa erit[8].

e. De tabulis exhibendis. Quas tabulas Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicetur, si hae penes te sunt aut dolo malo tuo factum est, ut desinerent esse, ita eas illi exhibeas. item si libellus aliudve quid relictum esse dicetur, decreto comprehendam[9].

(f. *Interdictum possessorium.* g. *Interd. sectorium*)[10].

U. 68, P. 64. 2. Ne quid in loco sacro (*religioso sancto*) fiat[11]. a. In loco sacro facere inve eum immittere quid veto[12] . . . . .

b. De mortuo inferendo. Quo quave illi mortuum inferre invito te ius est, quo minus illi eo eave mortuum inferre et ibi sepelire liceat, vim fieri veto[1].

---

[1] *Praetor hoc loco non actionem pollicitus est, sed restitutionem, arg. I. 4,6,6. Cf. E. P. § 225.* — [2] *D. 42,8,1 pr.* — [3] *E. P. § 226.* — [4] *Flor.:* 'quod quidem'. — [5] *D. 43,2,1 pr.* — [6] *D. 43,3 ict. fr. Vat. 90, ubi utile Qu. leg. hac formula:* 'Quod de his bonis legati nomine possides quodque uteris frueris quodque dolo malo fecisti, quominus possideres utereris fruereris'. *E. P. § 228.* — [7] *Ulp. instit. fr. Vindob 4.* — [8] *Rubr. D. 43,4 ict. eod. 3; 36,4,5,27.* — [9] *D. 43,5 rubr. et 1 pr.* — [10] *Gai. 4,145.146.* — [11] *Rubr. D. 43,6.* — [12] *D. 43,6.1 pr.*

c. De sepulchro aedificando. Quo illi ius est invito te mortuum inferre, quo minus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo aedificare liceat, vim fieri veto[2].

3. De locis et itineribus publicis[3]. a. Ne quid in loco publico vel itinere fiat. Ne quid in loco publico facias inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, praeterquam quod lege senatus consulto edicto decretove principum tibi concessum est. de eo, quod factum erit, interdictum non dabo[4]. U. 68, P. 64.

b. In via publica itinereve publico facere immittere quid, quo ea via idve iter deterius sit fiat, veto[5].

c. Quod in via publica itinereve publico factum immissum habes, quo ea via idve iter deterius sit fiat, restituas[6].

d. Quo minus illi via publica itinereve publico ire agere liceat, vim fieri veto[7].

e. De loco publico fruendo. Quo minus loco publico, quem is, cui locandi ius fuerit, fruendum alicui locavit, ei qui conduxit sociove eius e lege locationis frui liceat, vim fieri veto[8].

f. De via publica et itinere publico reficiendo. Quo minus illi viam publicam iterve publicum aperire reficere liceat, dum ne ea via idve iter deterius fiat, vim fieri veto[9].

4. De fluminibus. a. Ne quid in flumine publico ripave eius fiat, quo peius navigetur. Ne quid in flumine publico ripave eius facias neve quid in flumine publico neve in ripa eius immittas, quo statio iterve navigio deterior sit fiat[10]. U. 68.

b. Quod in flumine publico ripave eius factum[11] sive quid in id flumen ripamve eius immissum habes, quo statio iterve navigio deterior sit fiat, restituas[12].

c. Ne quid in flumine publico *ripave eius* fiat, quo aliter aqua fluat atque uti priore aestate fluxit. In flumine publico inve ripa eius facere aut in id flumen ripamve eius immittere, quo aliter aqua fluat, quam priore aestate fluxit, veto[13].

---

1) *D. 11,8 rubr. et 1 pr.* — 2) *D. 11,8 rubr. et 1,5.* — 3) *Rubr. D. 43,7.* — 4) *D. 43,8,2 pr.* — 5) *Ibid. 2,20.* — 6) *Ibid. 2,35.* — 7) *Ibid. 2,45.* — 8) *D. 43,9 rubr. et 1 pr.* — 9) *D. 43,11 rubr. et 1 pr.* — 10) *D. 43,12 rubr. et 1 pr.* — 11) *Flor.* fiat; *cf. D. 43,12,1,22.* — 12) *Ibid. 1,19.* — 13) *D 43,13 rubr. et 1 pr.*

d. Quod in flumine publico ripave eius factum sive quid in *id* flumen ripamve eius immissum habes, si ob id aliter aqua fluit, atque uti priore aestate fluxit, restituas [1].

e. Ut in flumine publico navigare liceat. Quo minus illi in flumine publico navem ratem agere quove minus per ripam *eius* onerare exonerare liceat, vim fieri veto. item, ut per lacum fossam stagnum publicum navigare liceat, interdicam [2].

f. De ripa munienda. Quo minus illi in flumine publico ripave eius opus facere ripae agrive qui circa ripam est tuendi causa liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat, si tibi damni infecti in annos decem viri boni arbitratu [vel cautum vel] satisdatum est aut per illum non stat, quo minus viri boni arbitratu [caveatur vel] satisdetur, vim fieri veto [3].

U. 69, P. 65. 5. De vi et de vi armata [4]. a. Unde in hoc anno tu illum vi deiecisti aut familia tua deiecit [5], cum ille possideret, quod nec vi nec clam nec precario a te possideret [6], eo illum quaeque ille tunc ibi habuit restituas [7]. post annum de eo, quod ad eum qui vi deiecit pervenerit, iudicium dabo [8].

b. Unde tu illum vi hominibus coactis armatisve deiecisti aut familia tua deiecit, eo illum quaeque ille tunc ibi habuit restituas [9].

c. Si uti frui prohibitus esse dicetur [10].

d. *Ne vis fiat ei, qui damni infecti in possessionem missus erit* [11].

U. 69. 70, P. 65. 6. a. Uti nunc possidetis eum fundum, quo de agitur, quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis. adversus ea vim fieri veto [12].

b. Uti eas aedes, q. d. a., n. v. n. cl. n. pr. alter ab altero possidetis, quo minus ita possideatis, vim fieri veto [13].

c. . . . . . . neque pluris, quam quanti res erit, intra annum, quo primum experiundi potestas fuerit, *sponsionem restipulationemque facere*[1] permittam.

---

[1] *D. 43,13 rubr. et 1,11.* — [2] *D. 43,14 rubr. et 1 pr.* — [3] *D. 43,15 rubr. et 1 pr.* — [4] *Rubr. D. 43,16.* — [5] *D. 43,16,1 pr. Veterem huius clausulae conceptionem exhibet Cic. p. Tullio 19,44.* — [6] *Cic. l. c., v. E. P. p. 447.* — [7] *Cic. p. Caec. 30,88 ict. D. 43,16,1 pr. Cf. E. P. p. 448 sqq.* — [8] *Haec clausula ad in factum actionem pertinet, de qua v. fr. Vat. 312. In Dig. interdicti verba et edicti, quo praetor hanc in factum actionem promisit, immutata et in unum conglutinata sunt.* — [9] *E. P. p. 450. Vetus interdictum:* 'Unde tu aut familia aut procurator tuus illum vi hominibus coactis armatisve deiecisti, eo restituas'. *Cic. pro Caec. passim, ad famil. 15,16,3.* — [10] *Cf. fr. Vat. 91.* — [11] *D. 43,4,4 pr. 4.* — [12] *Fest. v.* possessio. — [13] *D. 43,17,1 pr.*

d. *Uti eo fundo . . . . utimini fruimini*[2] . . . .

7. a. A quo fundus petetur, si rem nolit *defendere*[3]. *Quem fundum*[4] . . . . .

b. A quo usus fructus petetur, si rem nolit defendere. Quem usumfructum . . . . vindicare *vult* . . . ., (*si rem nolis defendere eoque nomine tibi satisdatum est aut per te stat quo minus satisdetur, restituas*)[5].

8. De superficiebus. Uti ex lege locationis [sive conductionis] superficie q. d. a. nec vi n. cl. n. pr. alter ab altero fruimini, quo minus *ita* fruamini, v. f. v. Si qua alia actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo[6]. U. 70.

9. De itinere actuque privato[7]. a. Quo itinere actuque [privato][8], q. d. a., [vel via][8] hoc anno nec v. n. c. n. p. ab illo usus es, quo minus ita utaris, v. f. v.[9] U. 70, P. 66.

b. Quo itinere *actuque q. d. a. is, a quo emisti, hoc anno n. v. n. c. n. p. ab illo* usus est, quo minus *ita utaris,* v. f. v.[10]

c. Quo itinere actuque hoc anno non v. n. c. n. p. ab illo usus es, quo minus id iter actumque, ut tibi ius est, reficias, v. f. v. Qui hoc interdicto uti volet, is adversario damni infecti, quod per eius *operis*[11] vitium datum sit, caveat[12].

10. De aqua cottidiana et aestiva. a. Uti hoc anno aquam, q. d. a., non v. n. cl. n. p. ab illo duxisti, quo minus ita ducas, v. f. v.[13] U. 70, P. 66.

b. Uti priore aestate aquam, q. d. a., nec v. n. cl. n. p. ab illo duxisti, quo minus ita ducas, v. f. v.[14]

c. *Item* inter heredes emptores (?) et bonorum possessores interdicam[15].

d. Quo ex castello illi aquam ducere ab eo, cui eius rei ius fuit, permissum est, quo minus ita uti permissum est ducat, v. f. v.

---

[1] *Dig.* 'agere'. *Ad sponsionem pertinere hanc clausulam coni. E. P. p. 454.* — [2] *Cf. fr. Vat. 90 ict. D. 43,18,1 pr.* — [3] *D. 39,2,45 inscr.* — [4] *Ulp. institut. fr. Vindob. 4.* — [5] *Fr. Vat. 92, ict. arg. Paul. sent. 1, 11,1.* — [6] *D. 43,18 rubr. et 1 pr.* — [7] *Rubr. D. 43,19.* — [8] *Delenda.* — [9] *D. 43,19,1 pr.* — [10] *Cf. D. 43,1,2,3; 43,20,1,37.* — [11] *Cf. D. 43, 19,5 i. f.* — [12] *D. 43,19,3,11.* — [13] *D. 43,20,1 pr.* — [14] *D. 43,20,1,29.* — [15] *D. 43,20,1,29.37. Cf. autem Lenel, palingen. II, 829 n. 4.*

Quandoque de opere faciendo interdictum erit, damni infecti caveri iubebo[1].

e. De rivis. Rivos specus septa reficere purgare aquae ducendae causa quominus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat, quam uti priore aestate *(hoc anno)* non v. n. c. n. p. a. te duxit, v. f. v.[2]

f. De fonte. Uti de eo fonte, q. d. a., hoc anno nec v. n. cl. n. p. ab illo usus es, quo minus ita utaris, v. f. v. De lacu puteo piscina item interdicam[3].

g. Quo minus fontem, q. d. a., purges reficias, ut aquam coercere utique ea possis, dum ne aliter utaris atque uti hoc anno non v. n. c. n. p. ab illo usus es, v. f. v.[4]

U. 71. 11. De cloacis. a. Quo minus illi cloacam, quae ex aedibus eius in tuas pertinet, q. d. a., purgare reficere liceat, v. f. v. Damni infecti, quod operis vitio factum sit, caveri iubebo[5].

b. Quod in cloaca publica factum sive [ea] immissum habes, quo usus eius deterior sit fiat, restituas. item ne quid fiat immittaturve, interdicam[6].

U. 71, P. 67. 12. Quod vi aut clam factum est, qua de re agitur, id, *si non plus quam annus est*[7] cum experiundi potestas est, restituas[8].

U. 71. 13. a. De remissionibus. Quod ius sit illi prohibere, ne se invito fiat, in eo nuntiatio teneat. ceterum nuntiationem missam facio[9].

b. Quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, q. d. r. a., quod in eo loco, antequam nuntiatio missa fieret aut in ea causa esset, ut remitti deberet, factum est, id restituas[10].

c. Quem in locum nuntiatum est, ne quid operis novi fieret, q. d. r. a., si de ea re satisdatum est, quod eius cautum sit, aut per te stat quo minus satisdetur: quo minus illi in eo loco opus facere liceat, v. f. v.[11]

U. 71. 14. De precario. Quod precario ab illo habes aut dolo malo fecisti, ut desineres habere, q. d. r. a., id illi restituas[12].

U. 71. 15. a. De arboribus caedendis. Quae arbor ex aedibus tuis in aedes illius impendet, si per te stat, quo minus eam adimas,

---

1) *D. 43,20,1,38.* — 2) *D. 43,21,1 pr. 9.* — 3) *D. 43,22,1 pr.* — 4) *D. 43,22,1,6.* — 5) *D. 43,23,1 pr.* — 6) *D. 43,23,1,15.* — 7) *Cf. D. 43,24, 15,4—6.* — 8) *D. 43,24,1 pr.* — 9) *D. 43,25,1 pr.* — 10) *D. 39,1,20 pr.* — 11) *D. 39,1,20,9.* — 12) *D. 43,26,2 pr.*

tunc, quo minus illi eam arborem adimere sibique habere liceat, v. f. v.[1]

b. Quae arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat, quo minus pedes quindecim a terra eam altius coerceas, tunc, quo minus illi ita coercere lignaque sibi habere liceat, v. f. v.[2]

16. De glande legenda. Glandem, quae ex illius agro in tuum U. 71.
cadat, quo minus illi tertio quoque die legere auferre liceat, v. f. v.[3]

17. a. De homine libero exhibendo. Quem liberum dolo malo retines, exhibeas[4].

b. De liberis exhibendis, item ducendis. Qui quaeve in potestate Lucii Titii est, si is eave apud te est dolove malo tuo factum est, quo minus apud te esset, ita eum eamve exhibeas[5]. Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est, quo minus eum Lucio Titio ducere liceat, v. f. v.[6]

c. *De liberto exhibendo*[7].

18. Utrubi hic homo q. d. a. maiore parte huiusce anni nec U. 72, P. 68.
v. n. c. n. p. ab altero fuit, quo minus is eum ducat, v. f. v.[8]

19. a. De migrando. Si is homo, q. d. a., non est ex his U. 73, P. 68.
rebus, de quibus inter te et actorem convenit, ut, quae in eam habitationem, q. d. a., introducta importata ibi nata factave essent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis essent, sive ex his rebus est et ea merces tibi soluta eove nomine satisfactum est aut per te stat, quo minus solvatur: ita, quo minus ei, qui eum pignoris nomine induxit, inde abducere liceat, v. f. v.[9]

(b. Salvianum interdictum[10]. *Formulae actionis Servianae et quasi Servianae*)[11].

20. Quae Lucius Titius fraudandi causa sciente te in bonis, U. 73, P. 68
quibus de [ea re][12] agitur, fecit: ea illis [si eo nomine, q. d. a., actio ei ex edicto meo competere] esseve oportet[13] [ei][12], si non plus quam annus est cum de ea re, q. d. a., experiundi potestas est, restituas. Interdum causa cognita, et si scientia non sit, in factum actionem permittam[14].

---

1) *D. 43,27,1 pr.* — 2) *D. 43,27,1,7.* — 3) *D. 43,28,1 pr.* — 4) *D. 43,29,1 pr.* — 5) *D. 43,30,1 pr.* — 6) *D. 43,30,3 pr.* — 7) *Cf. Gai. 4,162.* — 8) *Cf. D. 43,31,1 pr. Gai. 4,160.150.* — 9) *D. 43,32,1 pr.* — 10) *D. 43,33.* — 11) *E. P. § 267.* — 12) *Delenda.* — 13) si eo nomine .... oportet (*cf. Gradenwitz, ZRG. 21,255 sq.*)] *praetorem haec habuisse suspicor:* quos eo nomine q. d. a. ex edicto meo in possessionem ire esseve oportet — 14) i. f. act. permittam] *haec quoque suspicionem movent.*

XLIV. *Exceptiones.*

U. 74, P. 69. 1. Si quis *vadimoniis*[1] non obtemperaverit[2]. a. *E. pacti conventi:* si inter A^{m} A^{m} et N^{m} N^{m} non convenit, ne ea pecunia peteretur[3].

b.—f. *E^{es} quod N^{s} N^{s} sine dolo malo rei publicae causa afuerit, quod valetudine tempestate vi fluminis prohibitus, quod sine dolo malo ipsius a magistratu retentus, quod rei capitalis antea condemnatus fuerit, quod dolo malo A^{i} A^{i} factum sit, quo minus vadimonium sisteret*[4].

2. *E. litis dividuae et rei residuae*[5].

U. 74. 3. *Si alieno nomine agatur: e^{es} cognitoriae, procuratoriae tutoriae, curatoriae etc.*[6]

U. 74, P. 69. 4. a. *E. mercis non traditae:* Si ea pecunia, q. d. a., non pro ea re petitur, quae venit neque tradita est[7].

b. *E. redhibitionis*[8].

5. *E. annalis*[9].

U. 75. 6. Quod praeiudicium hereditati (fundo partive eius) non fiat[10].

U. 75, P. 70. 7. *E. rei iudicatae vel in iudicium deductae:* si ea res, q. d. a., iudicata (*non est inve iudicium deducta*) non est[11].

U. 76. 8. *E. rei venditae et traditae*[12].

U. 76, P. 71. 9. a. *E. doli mali:* si in ea re nihil dolo malo A^{i} A^{i} factum est neque fit[13].

b. *E. metus:* si in ea re nihil metus causa factum est[14].

U. 76, P. 71. 10. Quarum rerum actio non datur[15]. (a. *E. iurisiurandi;* b. *negotii in alea gesti;* c. *onerandae libertatis causa*)[16].

---

1) *Dig.:* 'cautionibus in iudicio sistendi causa factis'. — 2) *Rubr. D. 2,11.* — 3) *Gai. 4,119, cf. D. 2,11,2 pr.* — 4) *D. 2,11,2,1.4—9; 4 pr. 1; 5 pr.; 22,3,19,1. Praeterea cf. D. 2,11,5; 1.2.* — 5) *Gai. 4,122.* — 6) *E. P. § 271.* — 7) *D. 50,16,66; 19,1,25. Gai. 4,126^{a}.* — 8) *D. 21,1,59; 44,1,14.* — 9) *D. 44,3,1.* — 10) *D. 44,1,13.16.18; 10,2,1,1.* — 11) *Cf. D. 44,2,9,2. Praetorem non duas exceptiones alteram rei iud. alteram rei in iud. ded. propositas habuisse, sed utramque speciem una in albo formula comprehendisse et Gai. 4,121 et commentarii docent.* — 12) *Rubr. D. 21,3.* — 13) *Gai. 4,119. D. 44,4,2,1.3—5.* — 14) *D. 44,4,4,33.* — 15) *Rubr. D. 44,5. Sub hoc titulo propositae erant exceptiones ex iis causis descendentes, ex quibus actionem se denegaturum esse praetor superioribus edicti partibus edixerat.* — 16) *D. 44,5,1.2.*

11. Si quid contra legem senatusve consultum factum esse dicetur[1]. U. 76, P. 71.

XLV. *Stipulationes praetoriae.*

1. *Vadimonium sisti*[2]. U. 77.

2. Pro praede litis et vindiciarum[3]. U. 77, P. 74.

3. Iudicatum solvi[4]. U. 78.

4. *De conferendis bonis et dotibus*[5]. U. 79.

5. Si cui plus quam per legem Falcidiam licuerit legatum esse dicetur[6]. U. 79, P. 75.

6. Evicta hereditate legata reddi[7]. U, 79, P. 75.

7. Usufructuarius quemadmodum caveat[8]. U. 79, P. 75.

8. Legatorum servandorum causa[9]. U. 79, P. 75.

9. Rem pupilli salvam fore[10]. U. 79, P. 76.

10. Ratam rem haberi[11]. U. 80, P. 76.

11. *De auctoritate*[12]. U. 80. 81, P. 76. 77.

12. *Ex operis novi nuntiatione*[13]. U. 81.

13. Damni infecti[14]. U. 81, P. 78.

66. Edicta aedilium curulium[15].

1. De mancipiis vendundis[16]. Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi vitiive cuique sit, quis fugitivus errove sit noxave solutus non sit: eademque omnia, cum ea mancipia venibunt, palam recte pronuntianto. quod si mancipium adversus ea venisset sive adversus quod dictum promissumve fuerit, cum veniret fuisset, quod eius praestari oportere dicetur: emptori omnibusque, ad quos ea res pertinet, (*in sex mensibus, quibus primum de ea re experiundi potestas fuerit,*) iudicium dabimus, ut id mancipium red- U. 1, P. 1. 2.

---

[1] *Gai. 4,121. E. P. § 279.* — [2] *E. P. § 280.* — [3] *E. P. § 281.* — [4] *Rubr. D. 46,7.* — [5] *E. P. § 283.* — [6] *Rubr. D. 35,3.* — [7] *D. 5,3,17; 29,4,1,9.* — [8] *Rubr. D. 7,9.* — [9] *Cf. Rubr. D. 36,3.* — [10] *Rubr. D. 46,6.* — [11] *Rubr. D. 46,8.* — [12] *Formulam actionis, quae dicitur auctoritatis, hoc loco propositam fuisse ostendi E. P. p. 518 sq. Cui actioni satisdationis secundum mancipium formulam adiunctam fuisse suspicari licet.* — [13] *D. 39,1,13,1; 45,1,4,2.* — [14] *D. 45,1,4,2.* — [15] *D. 21,1, ubi ex Ulpiani libris II ad ed. aed. cur. recepta sunt.* — [16] *Gell. 4,2,1:* 'in edicto aedilium curulium, qua parte de mancipiis vendundis cautum est'.

hibeatur, si quid autem post venditionem traditionemque deterius emptoris opera familiae procuratorisve eius factum erit, sive quid ex eo post venditionem natum adquisitum fuerit, et si quid aliud in venditione ei accesserit, sive quid ex ea re fructus pervenerit ad emptorem, ut ea omnia restituat, item, si quas accessiones ipse praestiterit, ut recipiat. Item si quod mancipium capitalem fraudem admiserit, mortis consciscendae sibi causa quid fecerit, inve harenam depugnandi causa ad bestias intromissus fuerit, ea omnia in venditione pronuntianto: ex his enim causis iudicium dabimus. Hoc amplius, si quis adversus ea sciens dolo malo vendidisse dicetur, iudicium dabimus [1].

U. 2, P. 2. 2. *De iumentis vendundis.* Qui iumenta vendunt, palam recte dicunto, quid in quoque eorum morbi vitiique sit, utique optime ornata vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradantur [2]. si quid ita factum non erit, de ornamentis restituendis iumentisve ornamentorum nomine redhibendis in diebus sexaginta, morbi autem vitiive causa inemptis faciendis in sex mensibus, vel quo minoris cum venirent fuerint, in anno iudicium dabimus. si iumenta paria simul venierint et alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat, iudicium dabimus, quo utrumque redhibeatur [3]. Quae de iumentorum sanitate diximus, de cetero quoque pecore omni venditores faciunto [4].

U. 2, P. 2. 3. *De feris.* Ne quis canem verrem [vel minorem] [5] aprum lupum ursum pantheram leonem, qua volgo iter fiet, ita habuisse velit, ut cuiquam nocere damnumve dare possit [6]. si adversus ea factum erit et homo liber ex ea re perierit, *sestertium* ducent*orum milium nummorum* [7], si nocitum homini libero esse dicetur, quanti bonum aequum iudici videbitur, (*iudicium dabimus*). ceterarum rerum, quanti damnum datum factumve sit, dupli (*iudicium dabimus*) [8].

U. 2, P. 2. 4. *Duplae stipulatio* [9].

---

1) *D. 21,1,1 pr. Exordium veteris edicti apud Gell. 4,2,1 ita refertur:* 'titulus servorum singulorum scriptus sit curato ita, ut intellegi recte possit, quid *rel.*' *Formulae redhibitoriae partem exhib. D. 21,1,25,9. Cf. E. P. p. 531.* — 2) *Praetorem etiam de servorum vestimentis et ornamentis edixisse verisimile est, cf. E. P. p. 539* — 3) *D. 21, 1,38 pr.* — 4) *D. 21,1,38,5.* — 5) 'maialem' *coni. Huschke, z. Pandektenkritik p. 52; v. tamen Scialoja, bullett. XIII p. 75 sqq.* — 6) *D. 21,1,40,1; 42. Quae ibid. 1 leguntur, verba edicti non esse primus perspexit Bruns (in prioribus huius collectionis edd.).* — 7) *D.:* 'solidi ducenti'. — 8) *Cf. D.21,1,42.* — 9) *E. P. § 296.*

67. Edictum censorum a. 662 (= 92) (*e Suet.*).

(*Suet. de ret. c. 1*[1]*:* Cn. Domitius Ahenobarbus L. Licinius Crassus censores ita edixerunt:)

Renuntiatum est nobis esse homines, qui novum genus disciplinae instituerunt, ad quos iuventus in ludum conveniat; eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras; ibi homines adulescentulos dies totos desidere. Maiores nostri, quae liberos suos discere et quos in ludos itare vellent, instituerunt. Haec nova, quae praeter consuetudinem ac morum maiorum fiunt, neque placent neque recta videntur. Quapropter et iis[2], qui eos ludos habent, et iis[2], qui eo venire consuerunt, videtur[3] faciundum, ut ostenderemus nostram sententiam nobis non placere.

^{VI} 68. Edictum M. Antonii triumviri a. 720. (*e grom.*)

Ex collectaneis gromaticis p. 246 Lachm.

M. Antonius IIIvir r. p. constituendae cos. II des. III dicit[4]:

Redditum suum quibus est, uti finibus antiquis sic teneant, neve si qui minus multa iugera professus est capiatur neve si nimis[5] multa iugera professus est teneat.

^{VII} 69. Edictum Octaviani Caesaris.

E pap. BU. 628 verso cf. n. 78. Ed. Gradenwitz. Cf. Dareste, Nouv. Revue 22, 69. — Scriptum ab homine latini sermonis minus perito.

Verso A. p. cum Manius Valens veteranus ex. [.] ter recitasserit[6]
partem edi[*c*]ti hoc quod infra scriptum est: Imp. Caesar
[*D*]ivi filius trium[*v*]ir rei publicae consul ter[7] dicit. Visum
[*est*]edicendum mi[*hi vete*]ranis dare omn[*ibus*] ut trbutis
comiti [*is*[8] que[*m*]

hiatus

Verso B. dire
l . . bro maio . po
[. .] ipsis parentibu[*s lib*]erisque eorum e[*t uxo*]ribus qui sec[*um*]
que[9] erunt imm[*u*]nitatem omnium rerum d[*a*]re, utique
optimo iure optamoque[10] legis cives Romani sint[11] immunes

---

[1] *Idem refert Gell. 15,11,2; cf. supra p. 170 n. 2.* — [2] his *Gell.* — [3] visum est *Gell.* — [4] *Sic Mo.;* l Antonio p. constituende cons ss II designatus et tertio *traditur* — [5] nimis *Mo.*, quis *traditur.* — [6] ex[*ac*]tor recitasse ait *coni. Dareste.* — [7] *Fortasse non excidit* constituendae, *sed fuit* const(ituendae) iter(um). — const. ter(tium) *Wilcken.* — [8] exemp[ti *coni. Dar.* — [9] qui sunt quique *coni. Mo.* — [10] Octaviae *coni. Dar.* — [11] sunt *supra lin. additum.*

sunto liberi . . . . [. *mi*]litiae muneribusque publicis fu[*ngen*-
d]i vocat[*i*]o, [*it*]em in[. . . .]s tribu s(upra) s(cripta) suffragium
[*fe*]rendi c[*e*]nsendi[*que*] potestas esto et si a[*b*]sentes voluerint
[*ce*]nseri . . tur quod [*cum*] que iis qui s(upra) s(cripti) sun[*t i*]psis
10 parentes
[*co*]n[*iu*]ges liberisq[*ue*] eorum item quem . . ụtum[1] veterani
imm[*u*]ne. esint et a [.[2]. . .] esse volui que [. . . .] sacerdotia
. .]tia qu[*o*]sque hon[*or*]es qu⟨*a*⟩eque praemia [*b*]eneficia commoda
habuerunt item ut habeant utantur fruantur que permit . . i
15 . o invitis iis neq[*ue*] magistr[*at*]us cete[*ros*] neque laegatum
[*n*]eque procuratorem [*ne*]que em[*p*]torem t[*ri*]butorum esse
[*p*]lace neq[*ue*] in domo eorum divertendi emendique causamque
es quem detuci place.

70. Decretum proconsulis Hispaniae ult. a. 565 (= 189).

CIL 2,5041. Dessau 15. E lamina ahenea (*a. 0,15 m., l. 0,22 m.*), *hodie Parisiis servata, reperta a. 1866 in Hispania a Gadibus orientem versus in vico Alcalá de los Gazules, ubi probabile est fuisse Lascutam antiquam nominatam a Plinio 3,1,15 inter oppida stipendiaria Baeticae. Hasta Regia sita est a Gadibus ad septentrionem. L. Aemilius L. f. is ipse, qui postea Persen devicit, praetorio iure Hispaniam administravit a vere a. 563 ad aestatem a. 565, imperator acclamatus, ut videtur, aestate a. 564. Lascutanos eo fere iure servos fuisse, ut Helotae servi fuerunt Spartanorum, agrum colentes suum, sed Hastensibus vectigalem Mo. ostendit Herm. 3,265—267* [= *Ges. Schr. IV, 56—62*].

L. Aimilius L. f. inpeirator decreivit,
utei quei Hastensium servei
in turri Lascutana habitarent,
leiberei essent; agrum oppidumqu.,
5 quod ea tempestate posedisent,
item possidere habereque
iousit, dum poplus senatusque
Romanus vellet. Act. in castreis
a. d. XII k. Febr.

71 a. Decretum proconsulis Sardiniae a. 69. p. C.

CIL 10,2,7852. Dess. 5947. — E tabula ahenea (*a. 0,40, l. 0,55*) *a. 1866 in Sardinia reperta ibique edita, tum a Mommseno repetita et explicata: Hermes 2,102; 3,157. ZRG. 8,159.* [*Ges. Schr. 5,325 sqq.*]

---

1) quem[*adm*]otum? *cf. lin. 17* detuci. — 2) inmunes et intactos *Dar*

Imp. Othone Caesare Aug. cos. XV k. Apriles ° descriptum 1 2
et recognitum ex codice ansato[1]. L. Helvi Agrippae procons(ulis)
quem protulit Cn. Egnatius ° Fuscus scriba quaestorius in quo 3
scriptum fuit it quod infra scriptum est tabula V Ͻ[2] VIII ° et 4
VIIII et X:

III idus Mart. L. Helvius Agrippa proco(n)s(ul) causa
cognita pronuntiavit:

° Cum pro utilitate publica rebus iudicatis stare conveniat et 5
de causa Patulcensi°um M. Iuventius Rixa vir ornatissimus procu- 6
rator Aug(usti) saepius pronuntiaverit

fi°nes Patulcensium ita ser- 7
vandos esse, ut in tabula ahenea a. M. Metello ordinati ° essent, 8
ultimoque pronuntiaverit:

> Galillenses frequenter retractantes controver°siam[3] nec parentes 9
> decreto suo se castigare voluisse, sed respectu clementiae optumi
> ° maximique principis contentum esse edicto admonere, ut quie- 10
> scerent et rebus ° iudicatis starent et intra k. Octobr. primas de 11
> praedis Patulcensium recederent vacuam°que possessionem trade- 12
> rent; quod si in contumacia perseverassent, se in auctores ° sedi- 13
> tionis severe anima⟪*a*⟫dversurum

et postea Caecilius Simplex vir
clarissi°mus ex eadem causa aditus a Galillensibus dicentibus: 14

tabu-
lam se ad eam rem ° pertinentem ex tabulario principis adlaturos, 15

pro-
nuntiaverit:

humanum esse ° dilationem probationi dari, 16

et in k. De-
cembres trium mensum spatium dederit,

in°tra quam diem nisi forma 17
allata esset, se eam, quae in provincia esset, secuturum:

° ego quo- 18

---

[1] *i. e. codice tabularum colligatarum ansa adiuncta.* — [2] [*Nota* Ͻ *quod vocabulum significet a* c *littera incipiens, parum constat.* Caput *quominus interpretemur, obstat quod in decreto Oropio supra p. 184 legitur (v. 59)* ἐν δέλτῳ πρώτῃ, κηρώματι τεσσαρεσκαιδεκάτῳ; cera *quominus legatur, impedit quod quomodo plures cerae una tabula contineantur non perspicitur. Apud Iosephum ant. 14,10,10 legitur similiter* δέλτῳ δευτέρᾳ καὶ ἐκ τῶν πρώτων. *In senatusconsulto Lebas-Waddington n. 1627 . . .* [π]έμπτῳ ἕκτῳ ἑβδόμῳ ὀγδόῳ ἐνάτῳ . . . . . δέλτῳ πρώτῃ, *ipsum vocabulum desideratur.* Th. M.] [^{VII} *Iam Mo. Ges. Schr. 5,326. 506* c(eram) *admittit.*] — [3] controversiae.

que aditus a Galillensibus excusantibus, quod nondum forma allata
19 esset, in ° k. Februarias quae p(roximae) f(uerunt) spatium dederim,
20 et moram[1] illis possessoribus intellegam esse iucun°dam:
Galilenses
ex finibus Patulcensium Campanorum, quos per vim occupaverant
21 intra k. ° Apriles primas decedant. Quodsi huic pronuntiationi non
22 optemperaverint, sciant ° se longae contumaciae et iam saepe denun-
23 tiatae animadversioni obnoxios ° futuros.
In consilio fuerunt: M. Iulius
24 Romulus, leg(atus) pro pr(aetore). T. Atilius Sabinus, q(uaestor) ° pro
25 pr(aetore). M. Stertinius Rufus f(ilius) (*et quinque alii*) . . . ° . . Sig-
26 natores: Cn. Pompei Ferocis, Aureli ° Galli (*et novem aliorum*) . . . ° . . .

VI 71. Epistula praefectorum praetorio c. a. 168.

𝕮 9,2438. — Lapis exesus et squalens extat Saepini antiquo loco ad portam Bovianum ducentem, per quam ad hunc diem callis ovium (*cf. v. 15*) *ducit; post alios titulum edidi l. l. descriptum diligenter a Dresselio.*

1 (1) Bassaeus Rufus et Macrin⟨*i*⟩us[2] Vindex mag(istrati-
bus)[3] Saepinat(ibus) salutem.
Exemplum epistulae scriptae nobis a Cosmo Aug(usti) lib(erto)
a rationibus cum his quae iuncta erant subiecimus, et admonem-
5 us abstineatis iniuris faciendis conductoribus gregum oviarico-
rum cum magna fisci iniuria, ne necesse sit recognosci de hoc
et in factum, si ita res fuerit, vindicari. ∾
8 (2) Cosmi Aug(usti) lib(erti) a rationibus scriptae ad Basseum
9 Rufum et ad ° Macrin⟨*i*⟩um[2] Vindic(em) pr(aefectos) pr(aetorio) e(mi-
10 nentissimos) v(iros)[4]. > Exemplum epistul(ae) scriptae mihi ° a Sep-
11 timiano colliberto et adiutore meo subieci, et peto tanti ° faciatis
sc⟨*r*⟩ibere mag(istratibus) Saepin(atibus) et Bovian(ensibus), uti de-
12 sinant iniuriam ° conductoribus gregum oviaricorum qui sunt ⟪sunt⟫
13 sub cura mea facere, ° ut be⟨*ne*⟩ficio vestro ratio fisci indemnis sit. ∾
14 (3) Script(ae) a Septimiano ad Co°smum. — ⟨*Cum*⟩ conducto-
res gregum oviaricorum, qui sunt sub cura tua, in re presenti
15 ° subinde mihi quererentur per itinera callium frequenter iniuria⟨*m*⟩
16 ° se accipere a stationaris et mag(istratibus) Saepino et Boviano

---

1) moras. — 2) Macrinus *lapis plerumque; sed requiritur* Macrinius. — 3) magg. *lapis et hic et vv. 11.16.23.* — 4) *Caput hoc loco significatur non spatio vacuo relicto, ut alibi, sed interposito signo* >.

eo, quod in tra⟨*n*⟩situ ° iumenta et pastores, quos conductos habent 17
⟨*retineant*⟩ dicentes fugitivos esse et ° iumenta abactia habere et 18
sub hac specie oves quoque dominicae ° *sibi pe*reant[1] in illo tu- 19
multu: necesse habe⟨*b*⟩amus etiam ⟨*et etiam*⟩ scribere, quietius
ag°erent, ne res dominica detrimentum pateretur; et cum in eadem 20
contumacia ° perseverent, dicentes non curaturos se neque meas lit- 21
teras neque si tu eis ° scrips[*eris ha*]ut fieri re[*m*], rogo, domin*e*[2], 22
si tibi videbitur, indices Basseo Rufo ° et Macrin⟨*i*⟩o[3] Vindici pr(ae- 23
fectis) pr(aetorio) e(minentissimis) v(iris), ut epistulas emittant ad
eosdem mag(istratus) et stati°onarios ....[4] [*t*]andiu t[*eme*]re (?) 24
[*ir*]ritum (?) factum est. ∾

72. Edictum Ti. Iuli Alexandri praefecti Aegypti

a. 68 p. C.

C. I. Gr. 3,445 n. 4957. Hoc edictum a. 1818 in Aegypti superioris oasi maiore in primo propylo templi muro incisum a F. Cailliaud Francogallo inventum primum editum est in itineris descriptione: Voyage à l'oasis de Thèbes p. 115 tab. 24. Cum commentario repetivit Rudorff, Rh. Phil. 2,64.138. [*VII Iam de curis Bissingii et Moritzii cf. Wilcken Pap. Archiv. II p. 171.*] — *Edicti emissi ad tollendas pravas consuetudines, quibus in vectigalibus aliisque rebus fiscalibus Aegyptii a magistratibus vexabantur, admodum longi eam tantum partem, quae ad ius privatum pertinet, fere sextam totius recepi, de qua praeter Rud. cit. cf. ZRG. 1,127. Bachofen, röm. Pfandr. 241. Bechmann, röm. Dotalr. 1,112. Schrader, Tübinger kr. Z. 1,2,129 sq. Czylharz, röm. Dotalr. 411.* [*VII Dittenberger, Or. Gr. Inscr. sel. II, 669.*]

(1.) Ἰούλιος Δημ̣ή̣τριος, στρατηγὸς[5] Ὀάσεως Θ[ηβ]αΐδος, τοῦ 1
πεμφθέντος μοι διατάγματος ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡγεμόνος ° Τιβερίου 2
Ἰουλίου Ἀλεξάνδρου τὸ ἀντίγραφον ὑμεῖν ὑπέταξα, ἵν' εἰδότες ἀπολαύητε τῶν εὐεργεσιῶν. L[6] β' Λουκίου Λιβίου Σεβαστοῦ Σουλπικίου ° Γάλβα αὐτοκράτορος, Φαωφὶ α'[7], Ἰουλίᾳ Σεβαστῇ[8]. 3

(1.) *Iulius Demetrius, strategus*[5] *Oasis Thebaidis, edicti a domino praefecto Ti. Iulio Alexandro mihi transmissi exemplar vobis subieci ut cognito eo beneficiis fruamini. Anno II*[6] *L. Livii Augusti Sulpicii Galbae imperatoris, Phaophi I*[7] *Iulia Augusta*[8].

---

[1] bipi cideant *videtur esse in lapide.* — [2] domini. — [3] *Cf. p. 242 n. 2.* — [4] u. quam a . . . . . apdiutia . re . . *litteris incertis.* — [5] στρατηγοὶ *Aegyptiaci nomorum praefecti sunt.* — [6] L *nota in monumentis Aegyptiacis annum significat.* — [7] *Dies 28 mensis Sept. De mensibus Aegypt. v. Ideler, Chronol. 1,97.143.* — [8] *Diei designatio eponymica.*

4—15 (2.) Τιβέριος Ἰούλιος Ἀλέξανδρος λέγει. — °

(4.) Ἐπειδὴ ἔνιοι προφάσει τῶν δημοσίων καὶ ἀλλότρια δά-
νεια παραχωρούμενοι εἴς τε τὸ πρακτόρειόν[1] τινας παρέδοσαν καὶ
16 εἰς ἄλλας φυλακάς, ἃς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ° ἔγνων ἀναιρεθείσας,
ἵνα αἱ πράξεις τῶν δανείων ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὦσι καὶ μὴ⟨⟨ι⟩⟩[2]
ἐκ τῶν σωμάτων, ἑπόμενος τῇ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ βουλήσει, κε-
17 λεύω μηδένα τῇ τῶν δημοσίων προφά°σει παραχωρεῖσθαι παρ'
ἄλλων δάνεια, ἃ μὴ αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς ἐδάνεισεν, μηδ' ὅλως κατα-
κλείεσθαί τινας ἐλευθέρους εἰς φυλακὴν ἡντινοῦν, εἰ μὴ κακοῦργον,
18 μηδ' εἰς τὸ πρακ°τόρειον, ἔξω τῶν ὀφειλόντων εἰς τὸν κυριακὸν
λόγον.

(5.) Ἵνα δὲ μηδαμόθεν βαρύνῃ τὰς πρὸς ἀλλήλους συναλλα-
γὰς τὸ τῶν δημοσίων ὄνομα, μηδὲ συνέχωσι[3] τὴν κοινὴν πίστιν
19 ° οἱ τῇ πρωτοπραξίᾳ πρὸς ἃ μὴ δεῖ καταχρώμενοι, καὶ περὶ ταύ-
της ἀναγκαίως προέγραψα. Ἐδηλώθη γάρ μοι πολλάκις, ὅτι ἤδη
20 τινὲς καὶ ὑποθήκας ἐπείρασαν ἀφελέσθαι νομίμως ° γεγονυίας, καὶ
ἀποδεδομένα δάνεια παρὰ τῶν ἀπολαβόντων ἀναπράσσειν πρὸς βίαν,
καὶ ἀγορασμοὺς ἀναδάστους ποιεῖν, ἀποσπῶντες τὰ κτήματα τῶν

(2.) *Tiberius Iulius Alexander dicit: — —*

(4.) *Cum quidam praetextu publicorum etiam propter debita aliena sibi cessa in pignerarium*[1] *quosdam coniecerint et in alias custodias, quas vel ob id ipsum sublatas novi, ut debitorum exactiones e bonis, non e corporibus fierent, divi Augusti voluntati obtemperans iubeo, ne quis sub praetextu publicorum aliis debita sibi cedere faciat, quae non ipse ab initio crediderit, neve omnino homines liberos in custodiam qualemcumque includat, nisi maleficum, neve in pignerarium nisi qui dominicae rationi obnoxii sunt.*

(5.) *Ne autem umquam publicorum nomen privatorum contractibus molestiam afferat, neve communem fidem infringant*[3] *privilegium exigendi ubi non licet usurpantes, etiam de hoc proscribere necessarium fuit. Saepe enim mihi denuntiatum est, quod quidam hypothecas legitime constitutas tollere conati sint, nec non debita soluta ab iis qui acceperint per vim reposcere, et emptiones irritas facere emptoribusque res emptas eripere, quippe qui con-*

---

1) *i. e.* Schuldgefängniss (πράσσειν = *exigere*). — 2) ι *mutum saepius perperam additur.* — 3) [^{VII} συγχέωσι (*i. e. turbent*) *coni. Dobree, cf. Dittenberger p. 394.*]

ὠνησαμένων, ὡς ° συμβεβληκότων τισὶν ἀναβολικὰ εἰληφόσ[ι][1] ἐκ 21
τοῦ φίσκου, ἢ στρατηγοῖς, ἢ πραγματικοῖς[2], ἢ ἄλλοις τῶν προσ-
ωφειληκότων τῷ δημοσίῳ λόγῳ. Κελεύω οὖν· ὅστις ἂν ἐνθάδε
° ἐπίτροπος τοῦ κυρίου ἢ οἰκονόμος ὕποπτόν τινα ἔχῃ τῶν ἐν 22
τοῖς δημοσίοις πράγμασιν ὄντων, κατέχεσθαι αὐτοῦ τὸ ὄνομα[3] ἢ
προγράφειν, ἵν[α μηδ]εὶς τῷ τοιούτῳ συνβάλλῃ, ° ἢ μέρη τῶν 23
ὑπαρχόντων αὐτοῦ κατέχειν ἐν τοῖς δημοσίοις γραμματοφυλακίοις
πρὸς ὀφείλημα. Ἐὰν δέ τις, μήτε ὀνόματος κατεσχημένου, μήτε
τῶν ὑπαρχόντων κρατου°μένων, δαν⟨ε⟩ίσῃ νομίμως λαβὼν ὑπο- 24
θήκην, ἢ φθάσῃ ἃ ἐδάν⟨ε⟩ισεν κομίσασθαι, ἢ καὶ ὠνήσηταί τι, μὴ
κατεχομένου τοῦ ὀνόματος μηδὲ τοῦ ὑπάρχοντος, οὐδὲν πράγμα
ἕξει· ° τὰς μὲν γὰρ προῖκας, ἀλλοτρίας οὔσας καὶ οὐ τῶν εἰληφό- 25
των ἀνδρῶν, καὶ ὁ θεὸς Σεβαστὸς ἐκέλευσεν καὶ οἱ ἔπαρχοι ἐκ τοῦ
φίσκου ταῖς γυναιξὶ ἀποδίδοσθαι, ὧν βεβαίαν δεῖ ° τὴν πρωτοπραξίαν 26
φυλάσσειν. — —

traxissent cum iis qui species devehendas a fisco accepissent[1] *vel cum strategis vel cum tabellionibus*[2] *vel cum aliis publicae rationi obnoxiis. Iubeo igitur, si quis posthac procurator Caesaris aut dispensator suspectum aliquem eorum habeat, qui in publicis negotiis versantur, aut nomen eius detineri*[3] *aut proscribi, ne quis cum eo contrahat, aut partes bonorum eius pro debitis retineri in publicis tabulariis. Si quis autem alicui cuius neque nomen detentum est neque bona possessa, crediderit hypotheca legitime accepta, aut quae crediderit antea ab eo receperit, aut ab eo emerit aliquid, neque nomine neque bonis detentis, nihil negotii ei fiet. Dotes enim, cum alienae sint neque virorum qui eas acceperant, etiam divus Augustus iussit et praefecti a fisco mulieribus reddi, quarum privilegium exigendi firmum servari oportet.*

---

[1] [*Intellegi videntur qui ex Aegypto Romam devehunt* anabolicas species (*vita Aureliani 45*), anabolicarii (*Vat. fr. 137*). Th. M.]. [*VII Si Dittenbergerum sequimur, intelleguntur ei, quibus mora* (ἀναβολὴ) *pendendi quod debebunt publico concessa erat.*] — [2] [*Cf. Dig. 48,19,9,4.* Th. M.] — [3] [*VII* ‘κατέχεσθαι *pass. structuram enuntiati paululum turbat’ Dittenberger. — Verba* κατέχεσθαι αὐτοῦ τὸ ὄνομα *abundare videntur.*]

^{VII} 73. Edictum Mettii Rufi de tabulis possessionum fundi (a. 89).

E pap. Oxy. 2,237, ^{VIII} 27 sqq. edd. Grenfell et Hunt. — Cf. Mitteis, Papyrus Arch. 2,183 sqq.

27 Μάρκος Μέττι-
28 ος Ροῦφος ἔπαρχος Αἰγύπτου λέγει· Κλαύδιος Ἄρειος ὁ τοῦ Ὀξυρυγχείτου στρατηγὸς [ἐ]δήλωσέν μοι μήτε τὰ ἰ[δι]ωτικὰ μ[ήτε τὰ δημ]όσια
πράγματα τὴν καθήκουσαν λαμβάνειν διοίκησιν διὰ τὸ ἐκ πολ̣λ̣ῶ̣ν χ̣ρ̣ό̣νων μὴ καθ᾽ ὃ̣ν̣ ἔδει τρόπον ᾠκονομῆσθαι τὰ ἐν τῇ τῶν ἐν-
30 κτήσεων βιβλιοθήκῃ δια[σ]τρώματα, καίτοι πολλάκις κ̣ρ̣ι̣θ̣ὲν ὑπὸ τῶν πρ̣ὸ ἐμοῦ ἐπάρ̣χων τῆς δεούσης αὐτὰ̣ τυχε̣ῖ̣ν ἐπανορθώ-
σεως, ὅπερ οὐ καλῶς ἐνδέχε̣τ̣α̣ι εἰ μὴ ἄνωθεν γένοιτο ἀντίγραφα. κελεύω οὖν πάντας τοὺς κτήτορας ἐντὸς μηνῶν ἓξ ἀπογρά-
32 ψασθαι τὴν ἰδίαν κτῆσιν εἰς τὴν τῶν ἐνκτήσεων βιβλιοθήκην καὶ τοὺς δανειστὰς ἃς ἐὰν ἔχωσι ὑποθήκας καὶ τοὺς ἄλλους
ὅσα ἐὰν ἔχωσι δίκαια, τὴν δὲ ἀπογραφὴν ποιείσθωσαν δηλοῦντες πόθεν ἕκαστος τῶν ὑπαρχόντων καταβέβηκεν εἰς αὐτοὺς
34 ἡ κτῆσ⟪ε⟫ις. παρατιθέτωσαν δὲ καὶ αἱ γυναῖκες τ̣ο̣ῖ̣ς ὑποστάσεσι τῶν ἀνδρῶν ἐ̣ὰ̣ν̣ κατά τινα ἐπιχώριον νόμον κρατεῖται τὰ ὑπάρ-

M. Mettius
Rufus, praefectus Aegypti, dicit: Claudius Arius Oxyrynchiti strategus notum fecit mihi nec privatas nec publicas
res eam quae deceret habere administrationem, quia in longo tempore non quemadmodum oporteret relatum esset in tabulas iuris praediorum
bibliothecae, etiamsi saepe decretum esset ab eis qui ante me fuissent praefectis ut eam quae deceret acciperent emendationem.
Quod non bene procedet, nisi ab initio fient exempla. Iubeo igitur omnes possessores intra menses sex profiteri
suas possessiones in iuris praediorum bibliothecam et creditores quas habeant hypothecas et ceteros
quae habeant iura, notum facientes unde unicuique bonorum obvenerit
possessio. Adscribant vero etiam mulieres indiciis maritorum si secundum quoddam regionis ius tenebuntur bona;

χοντα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τέκνα ταῖς τῶν γονέων οἷς ἡ μὲν χρῆσ«ε»ις διὰ δημοσίων τετήρηται χρηματισμῶν, ἡ δὲ κτῆ-
σις μετὰ θάνατον τοῖς τέκνοις κεκράτηται· ἵνα οἱ συναλλάσσοντες μὴ 36 κατ᾽ ἄ̣γ̣ν̣ο̣ιαν ἐνεδρεύονται. παραγγέλλω δὲ καὶ τοῖς συναλλα-
γματογράφοις καὶ τοῖς μνήμοσι μηδὲν δίχα ἐπιστάλματος τοῦ βιβλιοφυλακ[ίου τελειῶσαι, γνοῦσιν ὡς οὐκ ὄφελος τὸ] το̣ι̣οῦτο· ἀλλὰ καὶ
αὐτοὶ ὡς παρὰ τὰ προστεταγμένα ποιήσοντες δίκην ὑπομενοῦσι τὴν 38 προσήκουσαν. ἐ̣ὰ̣ν̣ δ᾽ εἰσὶν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τῶν ἐπά-
νω χρόνων ἀπογραφαί, μετὰ πάσης ἀκρ«ε»ιβείας φυλασσέσθωσαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ διαστρώματα, ἵν᾽ εἴ τις γένοιτο ζήτησις εἰς
ὕστερον περὶ τῶν μὴ δεόντως ἀπογραψαμένων ἐξ ἐκείνων ἐλεγχθῶσι. 40 [ἵνα] δ᾽ οὖν βεβαία τε καὶ εἰς ἅπαν διαμένῃ τῶν διασ-
τρωμάτων ἡ χρῆσ«ε»ις πρὸς τὸ μὴ πάλιν ἀπογραφῆς δεηθῆναι, παραγγέλλω τοῖς β[ι]βλιοφύλαξι διὰ πενταετίας ἐπανανεοῦσθαι
τὰ διαστρώματα μεταφερομένης εἰς τὰ καινοποιούμενα τῆς τελευ- 42 ταίας ἑκάστου ὀνόματος ὑποστάσεως κατὰ κώμην καὶ κα-
τ᾽ εἶδος.

similiter autem liberi quoque parentum quibus usus per publica obligatus est instrumenta, possessio autem
post mortem ad liberos redit, ne paciscentes per ignorantiam decipiantur. — Veto etiam scribas
et tabelliones quicquam non iussos a librorum custodibus perficere scientes nihil prodesse talia; sed etiam
ipsi ut contra mandata facientes poenam ferent eam quae par erit. Quodsi erunt in bibliotheca professiones
priorum temporum, cum omni diligentia custodiantur, similiter autem et tabulae ut si quae fiat requisitio in
posterum de eis quae non ut oportet professa sunt ex illis nota fiant. Ut autem firmus et in perpetuum maneat
tabularum usus ne iterum professione egeant, mando librorum custodibus, ut quinto quoque anno renovent
tabulas ita ut transferatur in novas ultimum cuiusque nominis indicium, secundum vicos et secundum
genera. Anno nono Domitiani, mense Domitiano 4.

VI 74. Edictum XVvirum sacris faciundis de luctu feminarum minuendo per ludos saeculares (a. 737 = 17).

Ex commentario XVvirum, de quo supra p. 191, nr. 46 in exordio diximus, inter alia eorum edicta ad ludos saeculares pertinentia hoc visum est recipere; est ibi v. 110—114.

110 ° XVvir(i) s(acris) f(aciundis) dic(unt). ° Cum bono more et
proind[*e c*]elebrato frequentibus exsemplis quandocumq[*ue i*]usta lae-
112 titiae publicae caussa fuit, ° minui luctus matrona[*r*]um placuerit, id-
113 que tam sollemnium sacroru[*m l*]udorumque tempore referri ° dili-
genterque opserva[*r*]i pertinere videatur et ad honorem deorum et
114 ad [*m*]emoriam cultus eorum statuimus ° offici nostri esse per edictum
denuntiare feminis, uti luctum minuant.

V 75. Decretum XVvirum sacris faciundis (a. 289).

ℭ 10,3698; Or. 2263. Dess. 4175. E tabula marmorea Cumis prope castellum Baianum reperta a. 1785, edita post alios a me l. l. Continet decretum decurionum Cumanorum factum die 23. m. Maii a. 289, quo sacerdos Matris Deum creatur (*v.* 1—15), *et epistulam XVvirum Romanorum datam die 17. Aug. eiusdem anni, quo sacerdos creatus confirmatur.*

Decretum.

1 M. Magrio Basso, L. Ragonio
Quintiano cos.[1] k. Iunis.
Cumis in templo divi Vespa-
siani, in ordine decurionum,
5 quem M. Mallonius Undanus
et Q. Claudius Acilianus praet.[2]
coegerant. Scribundo sorte
ducti adfuerunt Caelius Pan-
nychus, Curtius Votivos, Considi-
10 us Felicianus.
Referentibus pr.[3]
de sacerdote faciendo Matris
Deae Baianae in locum Restituti
sacerdotis defuncti placuit uni-
versis Licinium Secundum
15 sacerdotem fieri.

Epistula.

XV. sac. fac.[4] pr.[3] 16
et magistratibus Cuman. sal.[5]
Cum ex epistula vestra cognove-
rimus creasse vos sacerdotem
Matris Deum Licinium Secundum 20
in locum Claudi Restituti defunc-
ti[6], secundum voluntatem vestra(m)
permisimus ei occavo et
corona dum taxat intra
fines coloniae vestrae uti. 25
Optamus vos bene valere.
Pontius Gavius Maximus
pro magistro suscripsi XVI kal.
Septembres M. Umbrio Primo,
T. Fl(avio) Coeliano cos. 30

---

1) *Consules ordinarii a. 289 sunt v. 12, eiusdem anni suffecti in fine v. 29.30.* — 2) praet(ores). — 3) pr(aetoribus). — 4) XV(viri) sac(ris) fac(iundis). — 5) Cuman(is) sal(utem). — 6) defunc/cui.

76. Decretum pontificum.

CIL 10,2,8259. Dess. 8381. Prope Tarracinam nuper repertum loco antiquo in pilis duabus collocatis hinc inde ad ingressum sepulcri. — Cf. titulus urbanus CIL VI 1884. Dess. 1792: reliquiae treiectae (*scilicet ex Selinunte Ciliciae Romam*) ex permissu collegii pontificum piaculo facto.

I.

[*D(is)*] M(anibus).
[*C*]ollegi-
[*u*]m pon[*ti*-
f]icum [*de*]-
crevit, si e-
a ita sunt
que libelo
[*c*]ontene-
ntur, pla-
cere per
[*mitte*]re[1] puela-
[*m, de*] q(ua) agatu-
[*r, s*]acelo

II.

[*eximere et i*]ter-
[*um ex*] pra-
[*escr*]ipto
[*d*]eponer
e et script-
uram titu-
li at prist-
inam for-
mam rest-
ituere pia-
culo prius
dato operi-
s faciend-
i ove atra.

CAPUT VII.

CONSTITUTIONES IMPERATORUM.

77. Edictum Augusti de aquaeductu Venafrano.

CIL 10,4842. Dess. 5743. Hoc edictum Mommsenus e lapide marmoreo, quem muro insertum Venafri invenit, primus edidit (ZGR. 15,287); postea ab Henzeno ex gypseo lapidis ectypo suppletum prodiit in annalibus instit. archeol. Rom. 1854 p. 6 (imagine photographica adiuncta) et Or. 6428; a. 1876 lapis Mommseno rogante e pariete extractus est et adservatur hodie

---

[1] *Spatium quod vacat cum non plus duas litteras capiat, quadratarius errarit necesse est quibusdam omissis; notio permittendi ita requiritur, ut ea sublata decreti tenor solvatur: neque enim eximunt corpus et deponunt pontifices, sed permittunt, ut eximatur et deponatur. Itaque non recte pro eo vocabulum amicus quidam commendavit spatio sane aptum* peregre.

Venafri in aedibus Ianuarii Nola. — Venafrum oppidum fuit Samniticum, quo ab Augusto colonia deducta est. Aquaeductum ibi ab eo esse exstructum eique ius hoc edicto constitutum ex aliis inscriptionibus Venafri repertis Mo. probavit. Capita quae distinxi in lapide versibus in marginem una littera prominentibus notata sunt.

[*Ed*]ict[*um im*]p. Ca[*esaris Augusti*]

8 (*desunt versus sex*) ° Venafranorum nomin[*e . . . . ius sit lice*]atque.
9 ° Qui rivi specus saepta fon[*tes*] . . . . que aquae [*ducend*]ae
10 reficiundae ° causa supra infrave libram [*facti aedi*]ficati structi
11 sunt, sive quod ° aliut opus eius aquae ducendae ref[*ici*]undae causa
12 supra infrave libram ° factum est, uti quidquid earum r[*er*]um
13 factum est, ita esse habere itaque ° reficere reponere restituere re-
14 sarcire semel saepius, fistulas canales ° tubos ponere, aperturam
15 committere, sive quid aliut eius aquae ducen°dae causa opus [*er*]it,
16 facere placet: dum quí locus ager in fundo, qui ° Q. Sirini (?) L. f.
Ter. [*est esseve*] dicitur, et in fundo, quí L. Pompei M. f. Ter. Sullae
17 ° est esseve dicitur, m[*acer*]ia saeptus est, per quem locum subve
18 quo loco ° specus eius aquae p[*erve*]nit, ne ea maceria parsve quae
19 eius maceriae ° aliter diruatu[*r tollat*]ur, quam specus reficiundí aut
20 inspiciendí cau°sa: [*neve quid ibi pri*]vati sit, quominus ea aqua
21 íre fluere ducive poss[*it*] ° . . (20) . . Dextra sinistraque circa eum
22 rivom circaque ° ea o[*pera, quae eius aqu*]ae ducendae causa facta
23 sunt, octonos pedes agrum ° [*v*]acuo[*m esse placet*] [1]: p[*e*]r quem locum
24 Venafranís eíve, qui Venafranorum ° [*nomine opus su*]m[*et?*], iter fa-
25 cere eius aquae ducendae operumve eius aquae ° [*ductus faciendo-
r*]u[*m*] reficiendorum ⟨*causa* [2]⟩, quod eíus s(ine) d(olo) m(alo) fiat,
26 ius sit liceatque, ° quaeque ea[*rum rer*]um cuius faciendae reficiendae
27 causa opus erunt, quo ° proxume poterit advehere adferre adpor-
28 tare, quaeque inde exempta erunt, ° quam maxime aequaliter dextra
29 sinistraque p(edes) VIII iacere, dum ob eas res damn[*i*] ° infecti íu-
30 rato promittatur. Earumque rerum omnium ita habendarum ° co-
lon(is) (?) Ven[*afra*]nis ius potestatemque esse placet, dum ne ob id
31 opus domi°nus eorum cuius agri locive, per quem agrum locumve
32 ea aqua ire fluere ° ducive solet, invius fiat; neve ob id opus minus
33 ex agro suo in partem agri ° quam transire transferre transvertere

---

[1] [^{VII} *Dess. confert* ℭ *10,4843 = Dess. 5744:* iussu imp. Caesaris Augusti circa eum rivom qui aquae ducendae causa factus est, octonos ped. ager dextra sinistraq(ue) vacuus relictus est.] — [2] *excidit in lapide, ins. Mo.*

recte possít; neve cui[1] eorum per quo°rum agros ea aqua ducitur, 34
eum aquae ductum corrumpere abducere aver°tere facereve, quominus 35
ea aqua in oppidum Venafranorum recte duci ° fluere possit, liceat. ∾ 36
° Quaeque aqua in oppidum Venafranorum it fluit ducitur, eam 37
aquam ° distribuere discribere vendundi causa, aut eí reí vectigal 38
inponere consti°tuere IIviro IIvirís praefec(to) praefectís eius colo- 39
niae ex maioris partis decuri°onum decreto, quod decretum ita 40
factum erit, cum in decurionibus non ° minus quam duae partes 41
decurionum adfuerint, legemque eí dicere ex ° decreto decurionum, 42
quod ita ut supra scriptum est decretum erit, ius po°testatemve[2] 43
esse placet: dum ne ea aqua, quae ita distributa discripta deve qua ° ita 44
decretum erít, aliter quam fistulís plumbeis d(um) t(axat) ab rívo
p(edes) L ducatur; neve ° eae fistulae aut rívos nísi sub terra, quae 45
terra itineris viae publicae límí°tisve erit, ponantur conlocentur; 46
neve ea aqua per locum prívatum in°víto eo, cuius ís locus erit, 47
ducatur. Quamque legem eí aquae tuendae op[*e*]°ribusve, quae eius 48
aquae ductus ususve causa facta sunt erunt, tuendís ° [*IIviri prae-* 49
fect]i [*e*]x decurion(um) decreto, quod ita ut s(upra) s(criptum) e(st)
factum erit, dixerin[*t* ° *eam* . . . . . *fir*]mam (?) ratamque esse pla- 50
cet ∾ . . (*desunt versus undecim*) . . ° (30) Venafranae s . . . (8) 51—62
° (20) . . atio quam colono aut incola[*e aut*] . . . ° da . . i . . . . . is 63 64
cui ex decreto decurionum ita ut supra comprensum est ne°gotium 65
datum erit, agenti, tum, qui inter civís et peregrinos ius dicet, iu-
dicium ° reciperatorium in singulas res HS $\overline{X}$ reddere, testibusque 66
dum taxat X denun°tiand[*o q*]uaeri placet; dum reciperatorum re- 67
iectio inter eum qui aget et ° eum quocum agetur ita fi[*et ut ex lege,* 68
q]uae de iudicis privatís lata est, ° licebit oportebit. ∾ 69

VII 78. Edictum de temporibus accusationum.

E pap. B. U. 628ʳ. Ed. Gradenwitz, emendaverunt Mo. Mitteis. Commentario instruxerunt Mitteis, Hermes 32 p. 630 sqq., qui dubitanter Tiberio adscribit, Dareste, Nouv. revue 22, p. 689 sqq., Cuq, ibid. 32,111 sqq., qui Neroni attribuunt. Mo. (Strafrecht p. 472 n. 5) tertii saeculi edictum putat esse. Suppl. sunt Mo. Mitteisii, Gradenwitzii (cf. nr. 69).

Col. I.

A. Exemplum edicti.

In multis bene factis consultisque divi parentis mei id quoque 1
° iure nobis praedicandum pu[*t*]o [*q*]uod causas que a[*d*] principalem 2

---

[1] qui. — [2] *immo* potestatemque.

° notionem[1] [*vel*] prọvocatae vel [*rem*]issae fuissen[*t i*]mposita quа° ḍạm nec[*ess*]itate a[*dmitt*]enda[*s es*]se pers[*p*]exsit ne [*aut*] prob[*i*] h[*o*]mines ° [*c*]onfli^{c}ctar[*e*]ntur di[*ut*]ina mor[*a a*]ut call[*id*]iores fructu[*m ca*]pere ° [*ali*]quem p[*rot*]rahendọ litem [*aucu*]paren[*tu*]r, quod tum animadver°[*ti*]sset iam p[*er*] multo[*s*] annos ev[*en*]ire, et ·[*an*]xit salub[*ri*]ter[2] praefini°t[*is*] tempr[*ibus*] intra que [*c*]um [*ex p*]rovinciis [*a*]d a[*gend*]um veni°[*sse*]nt utrae[*qu*]e [*pa*]rte[*s*] nec disc̣e[*de*]rent priusqu[*am*] ad disceptan°[*du*]m i[*ntrodu*]cti [*es*]se[*nt*] scirent fore u[*t al*]tera parte audi°ta[3] ser[*v*]aret[*u*]r sententia aut [*sec*]undum praese[*nte*]m pronuntia°[*retur;* [4]*sin vero*] neut[*er*] litiga[*nti*]em adfuisset ex[*cid*]ere tum eas ° [*lites*] e[*x or*]dine cognitionum offici nostri. E[*t*]rcul . cio iam ° [*dudum*] id obtine^{n}ndum[5] fuit [*cu*]m a pres^{cr}ipto eius edi[*c*]ti satis super°q[*ue tempo*]ris quasi conive[*n*]tibus nobis tra[*ns*]cocurrerint . ° e[*t* . . . .] dex . : cs [. . . . . .] ṃedi [.] imis [. . . . . . .] rento tem°[*pore* . . . .] io [. . . . .] ation [. . . . .] conti[. .]

deperiit papyri pars quasdam lineas continens

B.]s in Italia q[ ] edi[. . .] . . .]t sex menses t[*ran*]salpinis [*autem et transmarinis*] annum qui nis[*i*] adfuerint vel [*defensi fuerint . . . . cum*] querelae eorum noscantur.

Col. II.

A. sciant fore et[6] stetur sentent[*i*]ae et acc[*us*]atores ad petendam poenam in re rogantur; sed quoniam capitale[*s*] causae aliquid a[*u*]x[*i*]lium conctationis[7] admittun[*t e*]t accusatoribus et rei[*s*] in It[*a*]lia qu[*i*]dem novem [*men*]ses dabuntur t[*ra*]nsalpinis audem[8] et transmarin^{i}s annus et sex menses intra quos nisi a . . adfuer[*in*]t fore iam nu[*n*]c sciant ut cu[*m*] prosecutoribus [*v*]eneant[9]; quod n[*e*]que grave n[*e*]que durum videri potes iis[10] tam prol[*i*]xum tempus i[*nd*]ulserim; et opinor qui aliqua di[*gni*]tate censer[*i*] possunt tanto [. . .] i debent so[*lli*]citi [*esse u*]t iis quae praecepta sunt ma[*t*]urato obsequantur cu[*m*] praesentem[1] reputent interesse hones[*t*]atis suae ut quam primum molestia careant. Appellationes vero quae ad magistratus et sacerdotia et alios honores pertinebunt habe[*nt*] formam tem[*po*]ris sui. Set ea [*q*]uaequae sunt er[. . . . . . .] rump[. . . . .] umqu[*e* . . *a*]d notion[*em*]

---

[1] notionem *corr. ex* notiorem. — [2] *Edictum hic citatum id esse quod habemus* (*nr.* 53) *censet Dareste.* — [3] *Cuq l. c. confert Senecae Apocolocynthosin XII v. 19 sq.:* deflete virum quo non alius potuit citius discere causas, una tantum parte audita, saepe et neutra. — [4] litiga[*nti*]um *fuisse ratus Mitteis ita restituit.* — [5] id ob *in particula separata servatur; huc pertinere vidit Mitteis.* — [6] ut *coni. Skutsch.* — [7] is *corr. ex* es. — [8] *leg.* autem. — [9] *leg.* veniant. — [10] potes iis] potest cum iis *fuisse coni. Mo.*

deperierunt quaedam lineae (cf. pag. 252, l. 17)

B. copr (8) f
bo

79. Edictum Claudii de civitate Anaunorum
a. 46 p. C.

ℭ 5,5050. Dess. 206. E tabula ahenea, quae a. 1869 prope Tridentum in vico 'Cles' vallis 'di Non' effosa est (a. 0,5 m., l. 0,38), primum edita a Mo. Herm. 4,99 (indeque in ZRG. 9,179 [Ges. Schr. 4,291]), post eum a F. Kenner, Edict d. Kais. Claud. 1869, cum tabula ad archetypum depicta et commentario.

M. Iunio Silano Q. Sulpicio Camerino cos. idibus Martis Bais in praetorio edictum Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici propositum fuit id quod infra scriptum est:

Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus pont. maxim. trib. potest. VI imp. XI p. p. cos.[2] designatus IIII dicit:

Cum ex veteribus controversis pe*n*dentibus[3] aliquamdiu etiam temporibus Ti. Caesaris patrui mei, ad quas ordinandas Pinarium Apollinarem miserat, quae tantum modo inter Comenses essent, quantum memoria refero, et Bergaleos[4], isque[5] primum apsentia pertinaci patrui mei, deinde etiam Gai principatu quod ab eo non exigebatur referre, non stulte quidem, neglexserit, et posteac detulerit Camurius Statutus ad me, agros plerosque et saltus mei iuris esse: in rem praesentem misi Plantam Iulium amicum et comitem meum, qui cum adhibitis procuratoribus meis qui⟪s⟫que in alia regione quique in vicinia erant, summa cura inqui-

---

1) praesentes *Mitteis*. — praesertim? — 2) pont(ifex) maxim(us) trib(unicia) potest(ate) VI imp(erator) XI p(ater) p(atriae), co(n)s(ul). — 3) petentibus. — 4) *Hodie 'Val di Bergell' sive 'Bregaglia'*. — 5) que *delendum*.

sierit et cognoverit, cetera quidem, ut mihi demonstrata commentario facto ab ipso sunt, statuat pronuntietque ipsi permitto.

Quod ad condicionem Anaunorum et Tulliassium et Sindunorum [1] pertinet, quorum partem delator adtributam Tridentinis, partem ne adtributam quidem arguisse dicitur, tametsi animadverto non nimium firmam id genus hominum habere civitatis Romanae originem: tamen cum longa usurpatione in possessionem [2] eius fuisse dicatur et ita permixtum cum Tridentinis, ut diduci ab is sine gravi splendi⟨di⟩ municipi iniuria non possit, patior eos in eo iure, in quo esse se existimaverunt, permanere benificio meo, eo quidem libentius, quod pleri⟪s⟫que ex eo genere hominum etiam militare in praetorio meo dicuntur, quidam vero ordines quoque duxisse, nonnulli collecti [3] in decurias Romae res iudicare.

Quod benificium is ita tribuo, ut quaecumque tanquam cives Romani gesserunt egeruntque, aut inter se aut cum Tridentinis alisve, rat*am* esse iubeat [4], nominaque ea, quae habuerunt antea tanquam cives Romani, ita habere is permittam.

80. Epistula Vespasiani ad Vanacinos c. a. 72.

𝕮 10,8038; Or. 4031. E lamina aerea, reperta in vico quodam Corsicae.

Imp. Caesar Vespasianus Augustus
° magistratibus et senatoribus ° Vanacinorum salutem dicit.

° Otacilịum Sagittam, amicum et procu°ratorem meum, ita vobis praefuisse, ° ut testimonium vestrum mereretur, ° delector.

° De controversia finium, quam ha°betis cum Marianis [5], pendenti ex ° is agris, quos a procuratore meo ° Publilio Memoriale emistis, ut ° finiret Claudius Clemens procu°rator meus, scripsi ei et mensorem ° misi.

° Beneficia tributa vobis ab divo ° Augusto post septimum consula°tum, quae in tempora Galbae reti°nuistis, confirmo.

---

[1] *Hodie 'Non, Dolas, Saone', in pago 'Giudicaria' prope Tridentum.* — [2] *Animadvertas* possessionem civitatis, *ut infra p. 262 n. 4* possessionem privilegii. — [3] *leg.* allecti. — [4] *leg.* rata esse iubeam. — [5] Οὐανακῖνοι *(apud Ptolemaeum) et Mariani populi erant in parte septentrionali Corsicae insulae.*

° Egerunt legati ° Lasemo Leucani f. sacerd(os) Aug(usti), ° Eunus Tomasi f. sacerd(os) Aug(usti) ° C. Arruntio Catellio Celere, M. ° Arruntio Aquila cos. IIII. idus Octobr.

81. Epistula Vespasiani ad Saborenses a. 78.

ℭ 2,1423. Dess. 6092. E lamina ahenea, in oppido Cañete (intra Malagam et Sevillam) saec. XVI reperta, quae nunc ubi sit ignoratur.

Imp. Cae[*s.*] Vespasianus Aug. pon°tifex maximus tribuniciae ° potestatis $\overline{\text{VIIII}}$, imp. XIIX, consul ° VIII, p(ater) p(atriae), salutem dicit $\overline{\text{IIII}}$viris et ° decurionibus Saborensium.

° Cum multis difficultatibus infirmita°tem vestram premi indicetis, per°mitto vobis oppidum sub nomine meo, ut ° voltis, in planum extruere. Vecti°galia, quae ab divo Aug. accepisse dici°tis, custodio; si qua nova adicere vol°tis, de his proco(n)s(ulem) adire debebitis; ego ° enim nullo respondente constitu°ere nil possum. Decretum vestrum ° accepi VIII. ka. August.; legatos dimi°si IIII. ka. easdem. Valete.

° IIviri C. Cornelius Severus et M. Septimi°us Severus publica pecunia in aere inciderunt.

82. Epistula Domitiani a. 82.

ℭ 9,5420; Or. 3118. E tabula ahenea Falerione in Piceno effossa a. 1595.

° Imp. Caesar divi Vespasiani f. ° Domitianus[1] Augustus ° pontifex max., trib. postest., imp. II, ° cos. $\overline{\text{VIII}}$ designat. $\overline{\text{VIIII}}$, p. p., salutem dicit ° $\overline{\text{IIII}}$viris et decurionibus Faleriensium ex Piceno.

° Quid constituerim de subsicivis cognita causa ° inter vos et Firmanos, ut notum haberetis, ° huic epistulae subici iussi. ~

° P. Valerio Patruino *!!!!!!*[2] cos. ° $\overline{\text{XIIII}}$ k. Augustas.

° Imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus[1] ° Aug. adhibitis utriusque ordinis splen°didis viris cognita causa inter Fale°rienses et Firmanos pronuntiavi quod ° suscriptum est.

° Et vetustas litis, quae post tot annos ° retractatur a Firmanis adversus ° Falerienses, vehementer me movet, ° cum possessorum securitati vel mi°nus multi anni sufficere possint. ° et divi Augusti, diligentissimi et in°dulgentissimi erga quartanos[1] suos ° principis, epistula, qua admonuit ° eos, ut omnia subpsiciva sua collige°rent et venderent, quos tam salubri ° admonitioni paruisse non dubito; ° propter quae possessorum ius confirmo[2]. ° Valete.

---

[1] Domitianus *voc. erasum est.* — [2] *Alterius consulis nomen erasum.*

D(atum) XI k. Aug. in Albano, ° agente curam T. Bovio Vero, ° legatis P. Bovio Sabino, ° P. Petronio Achille. — D(ecreto) d(ecurionum) p(ublice).

83. Epistula Traiani vel Hadriani.

CIL II S, 5368. E lamina ahenea, quae in Hispania prope Sevillam in parietinis antiqui oppidi Italicae (la Talca), de quo v. Huebnerum CIL 2,145, a. 1868 effossa nunc Sevillae adservatur. Lamina, l. m. 0,22, a. 0,16, paene undique fracta est. Litterarum forma ei similis est, quam prior tabula Ursonensis (supra p. 122) exhibet, quare ipsa quoque videtur saeculi esse primi exeuntis vel ineuntis secundi. Videtur continere aut Traiani aut Hadriani epistulam; nam e Plin. paneg. 35—6 constat a Traiano demum ordinem iudiciorum privatorum ad causas fiscales translatum esse, licet praetor, qui inter fiscum et privatos ius diceret, iam a Nerva introductus sit (v. D. 1,2,2,32). Plinius dicit: tribunal excogitatum principatui est, par ceteris. — Sors et urna fisco iudicem adsignat, licet reicere, licet exclamare: 'hunc nolo'. — *Lamina edita est primum a Berlanga in ed. legis Urson. addita laminae imagine, postea a Mo. (Eph. ep. 2,149) qui dubitanter supplevit. Cf. ZRG. 12,126.*

. . . . *fi*]eri
. . . . *cog*]nitio — |
. . . . i .
[*Ad fiscum meum si quae cuiuscumque rei*] nuntiationes[3]
[*posthac fient, in iudice uno eadem*] observari debe-
[*bunt, quae cum inter privatos ad unu*]m iudicem ibitur;
[*reciperatores autem ubi de ea re sortie*]ntur, eodem modo
[*ut in causa fisci sortiantur fieri d*]ebet, quo ut recipe-
[*ratores de rebus privatorum sortiant*]tur, lege, quam vobis
. . . . [*dedit,*] fit.

---

[1] *i. e. milites legiones IV.* — 2) *Hygin. de gen. controv. (ed. Lachm.) 133,9—13:* cum divus Vespasianus subsiciva omnia, quae non veniissent, — sibi vindicasset, — Domitianus per totam Italiam subsiciva possidentibus donavit. *Cf. Front. de contr. agr. 53—54. Rudorff, röm. Feldmesser 2,456.* — 3) *De nuntiationibus, quae ad fiscum fiunt, v. D. 49,14,1.*

^{VII} 84. Rescriptum Pii ad Smyrnaeos a. 139.

𝕮 3,411. C. I. Gr. 3175. Dess. 338. — Rep. Smyrnae in crasso marmore, iam imminuto. — Preces Smyrnaeorum, quibus constitutionis Hadrianae de festis instituendis exemplum a Pio petunt: lineas mutilas omittimus, neque damus nisi (II) *rescriptum imperatoris cum* (III) *actis de exemplo impetrato signatoque.*

(II.) Imp. Caes. T. Aelius Hadrianus Antoninus Augustus Pius 8
Sextilio Acutiano [1]. Sententiam divi Patris mei, ° si quid pro sententia 9
dixit describere tibi permitto. Rescripsi. Recogn(ovit) [2] undevicensimus.
Act(um) VI idus April. Romae Cae(are) ° Antonino II et Praesente II 10
cos. ∾

(III.) Ἐσφ̣ραγίσθη ἐν Ῥώμ̣ῃ π̣ρ̣ὸ τριῶν νωνῶν Μαΐων Αὐτοκ̣ρά- 11
τορι Καίσαρ̣ι Τ. Ἀιλίῳ Ἀδ̣ριανῷ Ἀντωνείνῳ τὸ Β̅, Γαΐῳ Β̣ρουτ-
τίῳ ° Π̣ραίσεντι το Β̅ ὑπάτοις. Παρ̣ῆσαν Τ. Φλ. Μακ̣ρεῖνος Σιμωνᾶς, 12
Λ. Ἀτάνιος, Φλαούιος Δημοσθενιανός, Λαίτιος, Ἑρμογένης Αἰλια . . .,
° Μ. Ἀντώνιος Κ̣ρίσπος, Λ. Λικίννιος Ἀλβ̣εινιανός, Μ. Κοσκώνιος 13
Καρικός, Τι. Κλαύδιος Ἄκτιος [3]. ∾

Stasime, Dapeni, edite ex forma sententiam vel constitutionem. 14

l. 11—13: Signata Romae a. d. III. nonas Maias imperatore Caesare T. Aelio Hadriano Antonino II, C. Bruttio Praesente II coss. Adfuerunt T. Fl. Macrinus Simonas Latanius, Flavius Demosthenianus Laetius, Hermogenes Aelia . . ., M. Antonius Crispus, L. Licinnius Albinianus, M. Cosconius Caricus, Ti. Claudius Actius.

85. Decretum M. Aurelii et Commodi a. 176—180.

𝕮 6,1016. Dess. 375 (cf. Ephem. epigr. 4 n. 787). Huius decreti exemplaria singula videntur proposita fuisse ante singulas portas urbis Romae, quorum ad nos pervenerunt quattuor, in his unum adhuc superstes integrum repertum ante portam Salariam. [^{VII} *Nos damus duabus columnis.*]

1 Imp. Caesar M. Aurelius
2 Antoninus Aug.
3 Germanicus Sarmat., et
4 imp. Caesar L. Aurelius

Commodus Aug. 5
Germanicus Sarmatic. [4] 6
hos lapides constitui iusserunt [5] 7
propter controversias, quae 8

---

1) *Nomen legati Smyrnaeorum.* — 2) 'Rescripsi' *in ipso rescripto fuit manu imperatoris, recognoscente undevicensimo eodem qui cetera scripsit; cf. Mo. 𝕮 3 p. 78 in fine et decretum Commodi 4, 9.* — 3) *Adnotamus septem testes fuisse.* — 4) *Commodi nomen remansit in uno exemplari, erasum est in tribus, substituto pro eo in uno nomine Alexandri.* — 5) *In uno exemplo inseritur* maxime.

9 inter mercatores et mancipes
10 ortae erant, uti finem
11 demonstrarent vectigali foriculari(i) et ansarii[1]
promercalium secundum 12
veterem legem semel dumtaxat exigundo. 13
14

V 86. Decretum Commodi de salto Burunitano

a. 180—183.

CIL 8,2,10570 et 8 S, 14464; cf. Ephem. epigr. 5 n. 470. Dess. 6870. Lapis altus 0,7 m., latus 0,9 m. repertus a. fere 1879 in Africa in loco qui vocatur Suk el-Khmis hodie, a Romanis saltus Burunitanus. Non longe inde in vico Gasr-Mezuar prodiit similis querela cum adiecto simili decreto imp. Commodi a. 181, edita Ephem. epigr. 5 n. 465 et CIL 8 S, 14428; sed ex ea quae supersunt frustula parum intelleguntur. De Burunitano decreto commentatus sum Hermae vol. 15,386 sqq. (Ges. Schr. 3,153 seq.).

col. 1. .. *linearum quinque primarum fines:* -tius (2)-os (3)-rm (4)c (5)ṭ.

col. 2. . . . . . . [*Procuratoris tui intellegis praevaricationem*], ° quam
2 non modo cum[2] Allio Maximo adv[*er*]°sario nostro, set cum omni-
3 bus fere [*con*]°ductorib(us) contra fas atq(ue) in perniciem ° ratio-
5 num tuarum sine modo exercuit, ° ut non solum cognoscere per tot
6 retro ° annos instantibus ac suplicantib(us) ° vestramq(ue) divinam
8 subscriptionem ° adlegantibus nobis supersederit, ve°rum etiam hoc
10 eiusdem Alli Maximi ° [*c*]onductoris artibus gratiosissimi ° [*an?*]imo
12 indulserit, ut missis militib(us) ° [*in e*]undem saltum Burunitanum
13 ali°[*os nos*]trum adprehendi et vexari, ali°[*os vinc*]iri, nonnullos
15 cives etiam Ro°[*manos*] . . virgis et fustibus effligi iusse°[*rit,*
17 *scilic*]et eo solo merito nostro, qu°[*od euntes*] in tam gravi pro
18 modulo me°[*diocritat*]is nostrae tamq(ue) manifesta ° [*iniuria im*]-
20 ploratum maiestatem tu°[*am, immodesta*] epistula usi fuissemus.
21 Cu°[*ius nostrae in*]iuriae evidentia, Caes(ar), ° [*inde profec*]to potest
23 aestimari qu°[*od*] . . . . . . quidem, quem maiesta ° . . . . [*ex*]-
25 sistimamus vel pro ° . . . . . t omnino cognos ° . . . . . . plane grati-
27 ficati ° . . . . mum invenerit ° . . . . nostris, quibus ° . . .
30 . . bamus cogni ° . . . . beret inte ° . . . . . . tare operas ° . . . ret
33 ita tot pe ° . . . . ieri . . . .

(*deficiunt quaedam*)

---

[1] *Quod genus vectigalium intellegendum sit, non liquet. — Cf. titulum in ripa Tiberis repertum, CIL 6,2,8594 = Or. 3348:* Quidquid usuarium (*i. e. usui ipsius emptoris destinatum*) invehitur, ansarium non debet. — [2] modicum.

col. 3. . . . . [*Idque co*]mpulit nos miserrimos homi°[*nes iam rur*]sum divinae providentiae ° [*tuae suppl*]icare. Et ideo rogamus, sa°cratissime imp(erator), subvenias. Ut kapite le°gis Hadriane, quod supra scriptum est, ad°emptum est, ademptum sit ius etiam proccb.[1], ° nedum conductori, adversus colonos am°pliandi partes agrarias aut operar(um) prae°bitionem iugorumve: et ut se habent littere ° proc(uratorum), quae sunt in ta⟨*b*⟩ulario tuo tractus Kar°thag(iniensis), non amplius annuas quam binas ° aratorias, binas sartorias, binas messo°rias operas debeamus[2] itq(ue) sine ulla contro°versia sit, utpote cum in aere inciso et ab ° omnib(us) omnino undiq(ue) versum vicinis nostr[*is*][3] ° perpetua in hodiernum forma pra[*e*]st[*it*]u°tum et proc(uratorum) litteris, quas supra scripsimus, ° ita conf[*ir*]matum. Subvenias, et cum homi°nes rustici tenues manu⟨*u*⟩m nostrarum ope°ris victum tolerantes conductori profusis ° largitionib(us) gratiosis⟨*si*⟩mo impares aput ° proc(uratores) tuos simu[*s*], quib(us) [*pe*]r vices successi°on(is) per condicionem conductionis notus est, ° miser*earis*[4] ac sacro rescripto tuo non ampli°us praestare nos, quam ex lege Hadriana et ° ex litteras proc(uratorum) tuor(um) debemus, id est ter ° binas operas, praecipere digneris, ut bene°ficio maiestatis tuae rustici tui vernulae ° et alumni saltu⟨*u*⟩m tuorum n(on) ultr(a) a conduc°torib(us) agror(um) fiscalium inquietem[*ur*].

(*deficiunt quaedam*)

col. 4. [*Imp. Ca*]es. M. Aurelius Commodus An°[*toni*]nus Aug(ustus) Sarmat(icus) Germanicus ° maximus Lurio Lucullo et nomine a°liorum. Proc(uratores) contemplatione dis°cipulinae et instituti[5] mei ne plus ° quam ter binas operas[6] curabunt, ° ne quit per iniuriam contra perpe°tuam formam a vobis exigatur. ° Et alia manu: Scripsi. Recognovi.

---

[1] *Errore quadratarii; littera* b *abundat; forma* procc. = procuratoribus, *geminata littera* c *pluralis significandi causa, per totum instrumentum adhibita est.* — 2) *In lapide Mezuarensi lacero toto leguntur haec:* ut aratorias IIII, sartorias IIII, messicias IIII. — 3) *Verba* lecto legis capite ita sit *ut culpa quadratarii omissa post* nostr(is) *inserit Mo.* — cum in aere incis(um) (*pro* inciso) ut a — vicinis nostris perp. — forma praeceptu(m) tum et proc. lit. — confirmatum *proponit Joh. Schmidt.* — 4) miserinus *vel* miserianus. — 5) [*VII Col. 4 initium usque ad* instituti (*vox Commodi periit*) *redit in lapide quodam* C 8 S, 14451, *cuius in parte sinistra haec praemissa sunt:* exe(mplum) | sac(rum) | pre|scri|ptu|m | unc, *quae verba barbare corrupta esse ex formula* exemplum sacri rescripti *censet Mo.*] — 6) *Comma* ne — operas *insiticium videtur.*

10 ° Exemplum epistulae proc(uratoris) e(gregii) v(iri). ° Tussanius
12 Aristo et Chrysanthus ° Andronico suo salutem. Secundum ° sacram
14 subscriptionem domini n(ostri) ° sanctissimi imp(eratoris), quam ad
15 libellum ° suum datam Lurius Lucullus [*misit*] . . . . (*erasi versus sex*)
22 [*Et ali*]°a manu: [*Opt*]amus te feli°cissimum be[*ne vive*]re.
24 Vale. Dat(a) ° pr(idie) idus Sept. Karthagine.
25 ° Feliciter ° consummata et dedicata ° idibus M[*a*]is Aureliano
27 et Corne°lian[*o*] cos[*s.*], cura agente ° C. Iulio . . . ope Salaputi
mag(istro).

^{VII} 87. Rescriptum Severi et Caracallae de longae possessionis praescriptione (a. 199).

E pap. B. U. 267. Ed. Krebs, commentariis instruxerunt Dareste Nouvelle Revue 1894, 692, Mitteis, Hermes 30,612 sq., Mo. Z. S. St. 16,195. 22,143 (Ges. Schr. 1,477. 2,369 not. 1). — Cf. Paul. sent. 5,2,4. — Cf. caput XIV.

1 [ca. 20] λογ( ) [Αὐτοκ]ρ[άτωρ] Καῖσαρ ° [Λούκιος Σεπτίμιος Σεουῆ̣-
3 ρ]ος Πέρ[τ]ιναξ [Σε]βαστὸς ° [Ἀραβικὸς Ἀδιαβη]νικὸς . . . . . ° [Παρ-
5 θικὸς Μέγιστος] καὶ αὐτοκρά[τωρ] Καῖσαρ ° [Μᾶρκος Αὐρή̣]λιος
6 Ἀντωνεῖνος Σεβαστὸς ° Ἰουλιανῇ Σω[σθ]ενιανοῦ διὰ Σωσθένους ° ἀν-
8 δρός. [Μ]ακρᾶς νομῆ̣ς παραγραφὴ̣⟪ς⟫ ° τοῖς δικαία[ν] αἰτ[ί]αν ἐσχη-
9 κόσι καὶ ἄνευ ° τινὸς ἀμφισβητή̣σεως ἐν τῇ νομῇ ° γενομ[έν]οις
11 πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀλλο°τρίᾳ πόλει διατρείβοντας ἐτῶν εἴκοσι
12 ° ἀριθμῷ βεβαιοῦται, τοὺς δὲ ἐπὶ τῆ̣ς ° αὐτῆς ἐτῶν δέκα. °
14 Προετέθη ἐν Ἀ°λεξανδρείᾳ η̣̄ L Τῦβι γ̄.

Imp. Caesar L. Septimius Severus Pertinax Augustus Arabicus Adiabenicus . . . Parthicus Maximus et Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Augustus Iulianae Sostheniani filiae per Sosthenem maritum. — Longae possessionis praescriptio eis, qui iustum initium habuerunt et sine ulla controversia in possessione fuerunt, adversus eos qui in alia civitate degunt annorum viginti numero firmatur, adversus eos autem qui in eadem (degunt) annorum decem. — Proposita Alexandriae die 30. Dec.

^{VII} 88. Rescripta duo Severi et Caracallae de transactionibus (a. 200).

E pap. Amherst II 63. Descr. Grenfell et Hunt. Mo. Z. S. St. 19,143 (Ges. Schr. 2,369).

I. [Αὐτοκράτωρ] Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σεουῆ̣ρ[ος] Εὐσεβὴς [Περτίναξ Σεβ]αστὸς Ἀραβ[ι]κὸ[ς] Ἀδιαβηνικὸς Παρθ[ι]κὸς Μέγισ[τ]ος

[καὶ Αὐτοκράτ]ωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρή̣λιος Αντων[ῖ]νος
[Εὐσεβὴς Σεβ]αστὸς ᾽Αρτεμιδώρῳ τῷ καὶ ᾽Αχιλλεῖ.
Τοῖς
. . . . οις] συνκαταθέμενος βραδέως μέμφη τὰ
. . . . πρ]οετέθη ἐν ᾽Αλεξανδρείᾳ η̅ (ἔτει) Φαμενὼθ ι̅η̅.

Imp. Caesar L. Septimius Severus Pius Pertinax Aug. Arabicus Adiabenicus Parthicus Maximus et Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Pius Aug. Artemidoro cui et Achilli. — Eis [quae convenerunt?] cum consenseris sero reprehendis quae [?]. — Proposita Alexandriae.

II. (ca. 10) τ]ῶν κυρίων Σεουή̣ρου καὶ ᾽Αντωνίνου
(10) Ε]ὐδαίμονος τὸ συμβό[λ]αιον ἀποδοθῆ̣ναι
(10)] καὶ ἄκυρον ἐκ τῆ̣ς διαλ[ύ]σ̣[ε]ω[ς] φανὲν καὶ[1]
]υ γενομένην κέλε[υσι?]ν δηλοῖ συνθη-
]νο . [. . .] εαν . . [. . . . .] . σει. Προετέθη
ἐν ᾽Αλεξανδρ]είᾳ η (ἔτει) Φ[αμε]νὼθ κδ. [᾽Αντινοϊτικόν]

89. Epistula Severi et Caracallae ad Tyranos a. 201.

𝔈 3,781 cf. p. 1009. Dess. 423. E tabula marmorea, a. 1847 in ripa fluminis Tyrae (hodie Dniestr) in Bessarabia prope urbem Ak-Kerman effossa, primum edita in actis soc. hist. Odessitanae. Initium supplevit Mo. In tabula extat extrema pars rescripti impp. Severi et Caracallae, quod, adiecta epistula ad alium scripta, praesidi provinciae transmiserunt Tyranis edendum. Promulgatur hoc lapide addito epilogo graeco.

[*Misimus tibi epistulam ad Heraclitum, unde intelleges, quid statuerimus de immunitate, quam Tyrani sibi concessam esse contendunt. Quam licet admittere non soleamus nisi privile*]-
gii auct[*oritate perpensa et origine immu*-
nitatis inspecta, quod us[*urpatum esse diu qua*]-
qua ratione videbatur, cum iusta [*moderati*]-
one servavimus, ut neque ipsi cons[*uetudi*]-
ne diuturna pellerentur, et in poster[*um*]
decreta civium adsumendorum consil[*iis*]
praesidis provinciae c(larissimi) v(iri) perpenderentu[*r*].
Exemplum epistulae ad Heraclitum.

---

1) *De instrumento (solutionis?) videtur tractari propter transactionem irrito facto; ceterum de sententia parum constat.*

Quamquam Tyranorum civitas oreginem dati beneficii non ostendat, nec facile, quae per errorem aut licentiam usurpata sunt, praescriptione temporis confirmentur[1], tamen, quoniam divi Antonini parentis nostri[2] litteras, sed et fratrum imperatorum[3] cogitamus, item Antonii Hiberi gravissimi praesidis, quod attinet ad ipsos Tyranos quique ab iis secundum leges eorum in numerum civium adsumpti sunt, ex pristino more nihil mutari volumus. Retineant igitur quaqua ratione quaesitam sive possessam[4] privilegii causam in promercalibus quoque rebus, quas tamen pristino more professionibus ad discernenda munifica mercimoniorum edendas esse meminerint. Sed cum Illyrici fructum[5] per ambitionem deminui non oporteat, sciant eos, qui posthac fuerint adsumpti, fructum immunitatis ita demum habituros, si eos legatus et amicus noster v(ir) c(larissimus) iure civitatis dignos esse decreto pronuntiaverit. Quos credimus satis abundequae sibi consultum, si grati fuerint, existimaturos, quod origine beneficii non quaesita dignos honore cives fieri praeceperimus.

Ὀουΐνιος Τέρτυλλος[6] ἄρχουσι βουλῇ δήμῳ Τυρανῶν χαίρειν. ~ Ἀντίγραφον τῶν θείων γραμμάτων, πεμφθέντων μοι ὑπὸ τῶν κυρίων ἡμῶν ἀνεικήτων καὶ εὐτυχεστάτων αὐτοκρατόρων, τούτοις μου τοῖς γράμμασιν προέταξα, ὅ-

Ovinius Tertullus magistratibus ordini populo Tyranorum salutem. — Exemplar divinae epistulae, missae mihi a dominis nostris invictis felicissimis imperatoribus, meis litteris his praemisi, ut

---

1) *Cf. D. 1,3,39:* Quod — introductum — errore primum, deinde consuetudine obtentum est in aliis non obtinet. — 2) *i. e. divi Pii.* — 3) *i. e. M. Aurelii et L. Veri.* — 4) *Nota* possessionem privilegii, *ut supra p. 254 n. 2* poss. civitatis. — 5) *i. e. vectigalis regionum a Danuvii fontibus usque ad mare Ponticum; v. App. Illyr. 6.* — 6) *D. 49,15,9:* Ovinium Tertullum, praesidem provinciae Mysiae (*i. e. Moesiae*) inferioris.

πως γνόντες τὴν θείαν εἰς ὑμᾶς μεγαλοδωρίαν τῇ μεγάλῃ αὐτῶν τύχῃ εὐχαριστήσητε. Ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς καὶ εὐτυχεῖν πολλοῖς ἔτεσιν εὔχομαι.

Ἀπεδόθη πρὸ
ιγ′ καλανδῶν Μαρτίων Ληνεῶνος[1] η′.
Ἀνεστάθη ἐπὶ Μουκιανοῦ καὶ Φαβιανοῦ
ὑπάτων ἐν τῷ εμπ′ ἔτει[2],
ἀρχῆς Π. Αἰλίου Καλπουρνίου[3].

cognita divina erga vos munificentia Genio eorum gratias agatis. Valere vos cupio et multis annis felicitate gaudere.

Accepta ante diem XIII kal. Mart. Lenaeone VIII[1]. *Proposita Muciano et Fabiano coss. anno CXLV*[2], *archonte P. Aelio Calpurnio.*

VI 90. Decretum Gordiani ad Scaptoparenos a. 238.

Petitio vicanorum Scaptoparenorum (*qui vicus fuit in territorio Pautaliensi prope eum qui nunc est Dschumaja in Bulgaria*) *directa ad imperatorem Gordianum propter exactiones militum per agros eorum transeuntium a Mo. tractata est in ZSSt. 12,244* (*Ges. Schr. 2,172 sqq.*). *Hoc loco inde non repetimus nisi* (*I*) *praescriptionem apographi et* (*II*) *precibus praemissam adnotationem, adiectam videlicet ab iis qui epistulis principis praefuerunt,* (*III*) *deinde decretum imperatoris; ipsas preces Graece scriptas collocatas inter adnotationem et decretum neque integras servatas omisimus.*

(I.) Bona fortuna. Fulvio Pio et *Po*⟨*n*⟩tio[4] Proculo cons. XVII kal. Ian. descriptum *et* reco*g*nitum[5] factum *ex l*ibro *l*ibellorum rescriptorum[6] a domino n*ostro* imp. Caes.[7] M. Antonio Gordiano Pio Felice Aug. *et* propositorum[8] *R*omae[9] in portic*u* thermarum Tr*a*ianarum in verba ⟨*q*(*ae*)⟩ i(nfra s(cripta) s(unt)[10].

(II.) Dat(um) per Aur(elium) Purrum mil(item) coh(ortis) X

---

[1] *Mensis anni Milesiaci.* — [2] *i. e. a. 145 postquam a Romanis a. 57 p. C. Romanae dicionis facta est Tyra.* — [3] *i. e. magistratus municipalis Tyrani, qui adscripsit et diem quo accepit epistulam* (ἀπεδόθη), *et annum, quo publice proposita est* (ἀνεστάθη). — [4] rotio. — [5] it recocnitum. — [6] fxii bro ubellorum rescripturum. — [7] cais. — [8] *Docuit nuper demum inventus lapis hic etiam rescripta proponere in usu fuisse imperatoribus, nec iam dubitatur, quid velit propositio in subscriptionibus constitutionum saepissime adscripta. Cf. Karlowa Röm. Rechtsgesch. 1,651, Mo. l. c. p. 258 sq.* — [9] it propociturum fomai. — [10] portico. iprmarum tr. ianarum in vebaiss.

[*pr*(*aetoriae*) *p*(*iae f*(*idelis*) *G*]ordiana[*e*] [*centuria*][1] Proculi con[*vi*]canu[*m*][2] et con[*p*]ossess[*o*]rem[3].

(*Sequuntur preces*)

(III.) Imp. Caesar M. Antonius Gordianus Pius Felix Aug. vikanis per Pyrrum mil. conpossessore[*m*]. Id genus qu[*ae*]rellae praecibus intentum an[*te*] iustitia pr[*aesi*]dis potius super his quae adlegabuntur instructa discinge [*q*]uam rescripto principali certam formam reportare debeas. Rescripsi. Recognovi.[4] Signa.

VII 91. Rescriptum de cessione bonorum (a. 200).

E pap. BU 473, ed. Wilcken. Cf. Mitteis, Hermes 32,651 sqq.

1 Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λο[ύκι]ος Σε[πτίμιος Σεουῆρος Εὐσεβὴς
Πέρτιναξ] ° Ἀραβικὸς Ἀδιαβαινικ̇ὸ̇ς Παρθι[κὸς Μέγιστος καὶ Αὐτοκ̣ράτωρ Καῖσαρ] ° Μάρκος Αὐρή̣λ(ιος) Ἀντωνεῖνος Εὐσεβὴ̣ς Σεβ[αστοὶ . . . .] ° Ἀφίστασαι τῶν ὑπαρχόντων ἐγ̣κηδε [. . . . . .]
5 ° π̣ινας[5] ὑπομένις[6] μετὰ τὸ ἐκστῆ̣ναί σε[. . .] ° νομοθετῆ̣σαι, ὅτι οὐ χρὴ̣ τοὺς τὴν ἔ̣[κστασιν? ποιήσαντας[7]] ° ἐνέχεσθαι οὔτε πολειτικοῖς[6] οὔτε ἰδιωτι[κοῖς πράγμασιν οὔτε] ° ἄλ̣λ̣η τινὶ ἐκτείσι[6] κρα-
12 τῖσθαι[6], ἀλλὰ ἀπολύε̣ς̣[θαι?] (*sequentia non intelleguntur*) ° . (ἔτος) η´´[8] Φαρμοῦθ[ι . .] Ἔρρωσο. ° [Α]ὐρηλίῳ̣ Ἀπολλωνίῳ̣ τῷ̣ καὶ Σωτῆρι στρ(ατηγῷ̣) (*sequuntur alia*).

Imperator Caesar L. Septimius Severus Pius Pertinax Arabicus Adiabenicus Parthicus Maximus et Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Pius Augusti . . . . Abstines bonorum (possessione?) . . . post cessionem leges tulisse, non oportere eos qui bonis cesserunt teneri nec publicis nec privatis debitis nec alia solutione urgeri, (sequentia non intelleguntur) *Anno 8. — Pharmuthi . . . . Vale. Aurelio Apollonio cui et Soteri magistro pagi.* (Sequuntur alia.)

VII 92. Rescriptum ad Aurelium Severum de litibus destitutis, Diocletiani ut videtur (a. 293?).

E pap. Amherst II, 27, descr. Grenfell et Hunt. — Commentariis instruxerunt Mo. ZSSt. 22, p. 194, qui partem collectionis esse vidit; Graden-

---

1) recordianaic. — 2) concanun. — 3) conpposess. rem. — 4) Rescripsi, *scil. imperator.* Recognovi, *scil. ab actis qui hoc exemplar cum descripsisset et recognovisset* (*cf. Decretum proconsulis Sardiniae v. 2*). *Scaptoparenis misit; cf. Diploma militis peregrini II, 5 et decretum Commodi 4,9.* — 5) *Fortasse scriptum* τινας. — 6) *Intellege l. 5* ὑπομένεις, *l. 7* πολιτικοῖς, *l. 8* ἐκτίσει, κρατεῖσθαι. — 7) ἔκστασιν ποιήσαντας *Mitteis.* — 8) *Mart./April 200 p. Chr.*

witz ZSSt. 23, p. 356 sqq., qui Diocletiano et anno 293 attribuit propter genus dicendi. — Lin. 16 vel 15 aliam partem collectionis incipit, forte ex libro de extraordinariis iudiciis desumpta.

(vestigia octo linearum.)

. . . . .] debere . [*q*] . pat. q̄d . . . bus fiet ac . . . . . . Const. 9
[. . . . .] $\overline{\text{ccq}}$sul. . . . . [1] °]Aurelio Severo . [.] . . . c . . e Rescriptum 10
. . . . . se . . . ationibus impetratum ° si contra reum narratio falsi 11
eligitur posse nocere constat; neque litem institutam ° diu trahi iura 12
[*pe*]rmittunt; si quidem contra eum etiam qui post litem institutam
destiºtit, huiusm[*o*]di passis quaestionem c[. . .] operies tuo [2] desti- 13
tutori a . . . r . o . s consulanºtur [3]; propter quod aditus rector 14
provinciae pro e . . . . tore . . . are [*8*] rogen [. .] ° litem institutam 15
aut de[. .]. . meg . . . ro saepe constitutum . . . c[*is*] ° repete po. n. 16
inonil . . [. . . .] . . . ast . . . x . t . de extraordinariis iudiciis [*10*] °
nondum actionem . . .[. .]. dit agere . . . o com . . . . en . . . . . [17

(vestigia quinque linearum.)

VII 93. Rescriptum Philipporum ad colonos vici cuiusdam Phrygiae.

C 3 S, 14191. Rep. a. 1897 prope Altyn Tasch in vico Yapuldjan Appiae Phrygiae. — Ed. qui repperit J. G. Anderson, Journal of hellenic studies 17,418; 18,340; repet. Schulten, acta Inst. Germ. Rom. 1898 p. 232; Scialoja Bullettino dell' ist. di dir. rom. 11,58. — Nos, ut in n. 90, preces mutilas graece scriptas omisimus. — I est epistola in precibus citata, II rescriptum ad preces datum.

I. Quae libello complexi esti[*s, ad procos. misimus*], ° qui dabit 36
operam, ne d[*iu*]tiu⟪i⟫s querell[*is locus sit*].

II. Ἀγαθῇ τύχῃ. 1

Imp. Caes. M. [*Iulius P*]hi[*lippus p. f. Aug.*] et [*M. Iulius Philip-* 2
pu]s n[*o*]bilissimus Caes. M. Au[*r*(*elio*) *Eglecto*] [4] ° per Didymum mili[*t*]e[*m* 3
f]rum. [5] — Proconsule v. c. perspecta fide eorum quae [*adlegastis, si*]
quid iniuriose geratur, ad sollicitudinem suam revocabit [*V*]a[*l*]e.

VI 94. Edictum Constantini de accusationibus.

Edicti Constantini de accusationibus praeter epitomam, quam servarunt codices constitutionum duo Theodosianus 9,5,1 et Iustinianus 9,8,3 tria exem-

---

[1] = caesaribus consulibus, *hic est finis praecedentis rescripti.* — [2] *sic Grenfell et Hunt;* e[dict]o perpetuo *Gradenwitz e simulacro.* — [3] destitutoria formula consulatur *exspectes.* — [4] *Is nomine concilii preces miserat.* — [5] miligenerum.

plaria lapidi incisa ad nos pervenerunt, primum sine dubio in Asiae civitate aliqua olim propositum indeque saec. XVI delatum Patavium, editum autem cum Patavinis ℭ 5,2781; secundum nuper repertum Lytti in Creta a Friderico Halbherr, editum in Eph. epigr. 7,416, tertium nuperrime a Benndorfio repertum in oppido Lyciae Tlo. — Damus, minoribus praetermissis, secundum fragmentum Cretense ad id etiam versibus numeratis, in quo deficientia quae e Patavino adsumuntur, uncis quadratis, quae ex Lycio, linea subducta notavimus, scilicet expressa omnia litteris rectis; inclinatis quae dantur, suppleta sunt coniectura.

[*E*]xemplum sacri edicti[1].

(4) ips (5) probatum est plurimos non [*s*]o[*lum*] fortunis (22) accusationis (5) [*n*]onnum[*quam*] (8) eiusmodi causis tam e[*o*]s qui accus[*an*]tur quam qui [*ad test*]imonium voc[*an*]tur gravissimis vexatio[*ni*]bus adfici. Un[*de c*]ons[*u*]lentes se[*cur*]itati provinciarum nostrarum eiusmodi remedi[*a*] prospeximus, ut accusator quidem non omnimodo[2] de iudicio repellatur, verum quicumque intentionibus suis probationes ad[*der*]e confidit. habeat adeundi iudicis liberam potestate[m ac ma]nifestis indiciis commissi[3] reum detegat, ut pro qua[lita*te*] factorum conpetenter in eum qui convictus fuerit vindic[et]ur. Quod si minime potuerit ea quae intentaverit conprobare, scire debet severiori [*se*] sententia subiugandum. Sane si quis alic[ui] maiestatis crimen intenderit, cum eiusmodi obiectus minime quemquam privilegio dignitatis alicuius a strictiori inquisiti[o]ne tueatur, scia[t] se quoque tormentis esse subdendum, si al[iis m]anifestis indiciis atque argumentis accusationem [su]am non potuerit conprobare, cum in eo, qui huius esse temeritatis deprehendetur, illut quoque tormentis erui oporte[at, c]uius consilio atque instinctu ad accusationem accessisse v[ide]atur, ut ab omnibus tanti comm[issi] consciis vindicta possit r[epo]rtari.

Delatoribus autem quod adeundi quoque iudici[s tam] statutis parentum nostrorum quam etiam nostris sanc[tio]nibus interclusa sit facultas, omnibus cognitum est, cum eiusmodi hominibus[4] audienti[a non] debeat commodari, qua[ndo] quidem eos pro tanti sceleris audacia poenae conveni[at] subiugari.

---

[1] *sic Cret.: in epitome est* imp. Constantinus Aug. ad Maximum praef. praet. — [2] *ab* odo *incipit Pat.* — [3] *a* ommissi *incipit Lyc.* — [4] omnibus *Cret.*

In servis quoque sive libertis, qui dominos vel [p]atronos ac-
cusare aut deferre temptant, eiusmodi legem iuxta [a]n-
tiqui quoque iuris statutum observandam esse censuimus[1], ut 30
[s]cilicet professio tam atrocis audaciae statim in admissi ipsius exor-
dio per sententiam iudicis conprimatur ac de[ne]gata audientia[2] pa-
tibulo adfixus qui ad [e]iusmodi desperationem processerit, exem-
plum ceteris praestet, ne quis in posterum aud[ac]iae similis exis°tat.

Sane ut undique versum securitati inn[o]centium consulatur pla- 36
cet etiam famosos libellos non admitti. Q[u]os sine nomine
propositos si qui invenerit, statim det[rah]ere atque scin-
dere vel igni debebit exurere. In quibus [eti]am iudicum ei-
usmodi observantiam esse oportebit, ut, si forte ad se ta- 40
lis libellus perlatus fuerit, igni eum praecipiat concremar[*i*],
cum eiusm[odi scr]ipturam ab audientia iudicis penitus o-
porteat [submov]eri; manen[*te*] contra eos inquisitione
qui libell[os eiusm]odi proponere ausi fuerint, ut [re]pert[i]
debitis t[*emeri*]-[t]atis suae poenis subiciantur. 45

[*S*]uper i[taque o]mnibus tam ad praefectos nostros[3]
quam [etiam et p]raesides et rationalem et magistrum
privat[ae script]a direximus[4] quorum exempl[*ar*]i alio [e]dic-
to no[stro] [*pr*][o]dit[*o*] cuiusmodi lege[m s]tatutumque
cont[ineat, pl]enissime declaratur[5].

P. P. kal. Ian. Volusiano et Anniano cos.[6]

VI 95. Fragmentum constitutionis contra Caesarianos.

ℭ 5,2781 l. 31—34. 'Extremum caput textus Patavini cum absit ab exemplo Cretensi et caput id quod in Cretensi ultimum est contineat quae leges omnes fere claudit clausulam de forma promulgationis, sine dubio pars est constitutionis diversae. Argumentum quoque ei coniecturae favet; nam extremum caput textus Patavini speciem prae se fert exordii legis contra Caesarianorum delicta emissae.' Mo. Eph. epigr. 7,417.

° [*Fidem, ut no*]stis, conscientia vestra, quae testis est, praebet, 31
eam summam clementiae ° [*nostrae res*]pectibus et fuisse senper et 32

---

[1] censemus *Lyc.* — [2] *in* denegatur (*sic*) audien *finit Lyc.* — [3] praetorio praefectos *intellege.* — [4] *Imperator epistulas, quas ante ad magistratus dixerit, ait promulgare se edicto ad populum emisso.* — [5] *Sequitur in textu Patavino caput quod subiungitur sub n. 95.* — [6] *Ut inscriptio plena ita subscriptio adest in epitoma sola. Errata autem sit necesse est altera utra; nam a. 314 Ian. 1 praefectus urbi fuit Rufius Volusianus item consul; contra Valerius Maximus praefectus urbi fuit ab a. 319 Sept. 1 usque ad a. 323 Sept. 1.*

esse curarum, ut beatitudo urbis Romanae, [*quae nutibus*] nostris
obtemperat, adversus omnes omnino calumnias, quas in universum
[*ibi genu*]s Caesarianorum desperatio porrigebat, firmissimis munita
33 securitatibus ° [*tuta sit*].

VII 96. Edictum Iuliani de auro coronario (a. 361).

E pap. Fayûm 20; edd. Grenfell et Hunt et Hogarth, qui verba passim corrupta restituerunt (nonnulla emend. Wilamowitz Gött. gel. Anz. 1901 p. 36 not. 3 et Buecheler Rh. Ph. 56 p. 327). — Iuliani esse demonstravit Dessau revue de philologie 1901, 285. — (Ex priore pagina haec tantum supersunt.)

Εὐσε]βὴς Εὐτυχ[ὴ]ς Σεβαστὸς . . [ὕ]πατος [πα]τὴρ πατρίδο[ς] . .
pag. II, 1 ὅ[πω]ς μὴ διὰ τὸ τῆς χαρᾶς τῆ[ς] ἑαυτῶν δήλωσιν ποιήσασθαι
2 ε . . . . νην [1] ἐπ᾽ ἐμοὶ παρελθόντι ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ° εἰστε[λ]εῖν βιασθεῖεν μείζω ἢ δύνανται. ὅθεν μοι παρέστη τὸ βούλευμα τοῦτο
3 οὐδὲ ἀποδέοντι παραδιγμάτων ° ἐν οἷς Τραιανόν τε καὶ Μάρκον
τοὺς ἐμαυτοῦ προγόνους Αὐτοκράτορας δὲ μάλιστα δὴ θαυμάσαι
4 ἀξίους ° γεγενημένους μιμεῖσθαι ἔμελλον, ὧν καὶ πρὸς τἆλλα τὴν
5 προαίρεσιν ζηλοῦν ἐγὼ γνώμην νῦν ἐμὴν ποιοῦμαι, ° ὡς εἴ γε μη
τὸ τῆς π[α]ρὰ τοὺς καιροὺς δημοσίας ἀπορίας ἐμποδὼν ἦν, πολὺ ἂν
6 φανερωτέραν τὴν ἐμαυτοῦ ° μεγαλοψυχίαν ἐπιδεικ[ν]ύμενος οὐδ᾽ ἂν
ἐμέλλησα ὅσα καὶ εἴ τι [2] ἐκ τοῦ παρελθόντος χρόνου ἐκ τῆς τοιουτοτρό-
7 °που συντελείας κατιὸν ὠφίλετο, καὶ ὁπόσα πρὸς τὴν **Καί-**
8 σαρος προσηγορίαν ἐπὶ τῷ τῶν [σ]τεφάνων ὀνόματι ° ψηφισμένα
πρότερον καὶ ἔτι ψηφισθησόμενα κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ὑπὸ τῶν
9 πολεων εἴη [3], καὶ ταῦτα ° ἀνεῖναι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ οἴομαι, δι᾽ ἃ
μεικρὸν ἔνπροσθεν εἶπον· ταῦτα δὲ μόνα ε[ἰστελέ]σειν [4] τὰς πόλεις,

ne manifestum facientes quantopere gaudeant me pervenisse ad imperium, impendere cogantur plus quam facere possint. Unde cepi consilium non carens exemplis, quibus Traianum et Marcum, maiores meos, imperatores summa admiratione dignos, imitari volui, quorum, etiam in aliis instituta, aemulari in animo est; iam, nisi misera publicarum rerum inopia impedimento esset, multo manifestiorem magnanimitatem meam demonstrarem nec deessem, quominus et si quae praeteriti temporis ex eiusmodi tributo cumulata debebantur et quae ad Caesaris nominationem nomine coronarii decreta antea sunt et quae decernentur ob eandem causam ab oppidis, etiam ea remitterem. Sed id quidem non opinor, propter id

---

1) ἱκανήν *coni. Wilamowitz* — 2) εἴ τι *Wilamowitz; antea legebatur* ἔτι. — 3) ἔτι *Wilamowitz; concedunt G. et H.* — 4) ε[ἰστελέ]σειν, *cf. v. 2.*

° ὡς ἐκ τῶν παρόντων ὁρῶ, δυναμένας οὐ παρεῖδον. διόπερ ἴστωσαν 10
ἅπαντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἁπάσαις ° ταῖς τε κατ' Ἰταλίαν κα[ὶ] ταῖς 11
ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν τὰ καὶ ἐπὶ τῇ προφάσει τῆς ἐμαυτοῦ ἀρχῆς
τῆς Αὐτοκράτορος, ° ἐφ' ἣν καὶ βουλομένων καὶ εὐχομένων ἁπάν- 12
των παρῆλθον, ἀντὶ τῶν χρυσῶν στεφάνων χρήματα ἀνδ . . . η°θέντα 13
ἀνεῖναι αὐταῖς, ταῦτα δὲ οὐ διὰ περιουσίαν πλούτου ποιοῦντα ἀλλὰ
διὰ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν δι' ἧ°ς ἀεὶ [ἐ]πεὶ Καῖσάρ εἰμι καὶ περι- 14
κέκμηκα τὸ κλῖνον ἀναλήμψασθαι οὐχ ὅρων ζητήσεσιν ἀλλὰ σωφρο-
[σύνῃ], ° μόνον οὐ πρὸς τὸ ἴδιον γεινομένων ἀναλωμάτων. οὐδὲ γὰρ 15
τοῦτό μοι σπουδαιότε[ρο]ν ἐξ ἁπάντω[ν κρατεῖν][1] ° χρημάτων, πλὴν 16
μᾶλλον φιλανθρωπίᾳ τε καὶ εὐεργεσίαις συναύξειν ταύτην τὴν ἀρχήν,
ἵνα ἐμοῦ ° καὶ τοῖς ἡγεμόσιν τοῖς κατ' ἐπιτροπείας παρ' ἐμοῦ 17
ἀπεσσταλμένοις, οὓς ἐγὼ εἰς τὸ ἀκριβέστατον δοκιμάσας ° καὶ προελό- 18
μενος [ἀ]πέσστειλα, κἀκείνοις συμβούλευμα εἴη ὡς μετριωτάτους παρ-
έχειν αὑτούς. μᾶλλον ° γὰρ δὴ καὶ μᾶλλον [ο]ἱ τῶν ἐθνῶν ἡγε- 19
μόνες καταμάθοιεν ἂν μεθ' ὅσης αὑτοὺς προθυμίας φείδεσθαι καὶ
° προορᾶσθαι τῶν ἐθνῶν οἷς ἐφεστήκασι προσήκει, ὁπότε καὶ τὸν 20
Αὐτοκράτορα ὁρᾶν παρείη αὐτοῖς ° μετὰ τοσαύτης κοσμιότητος 21
καὶ σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας τὰ τῆς βασιλείας διοικοῦντα. —
Τούτου τοῦ ἐμοῦ ° δόγματος ἀντίγραφα τοῖς καθ' ἑκάστην πόλιν 22

quod paulo antea dixi, ea vero sola (nec amplius) praestare oppida (quantum video) posse me non effugit. Qua de causa sciant omnes omnibus in oppidis et Italiae et in aliis provinciis me pecunias quae occasione initii imperii mei, ad quod et cupientibus et precantibus omnibus perveni, pro aureis coronis [decretae?] sunt eis remittere, id autem me non ob abundantiam divitiarum facere, sed mea ipsius voluntate, qua semper, ex quo die Caesar sum, adnitebar labentia sustentare, non finium proferendorum desiderio sed moderatione, dum ne ad privatam rem impensae fiant. Neque enim illud mihi magis studio est, ut ex omnibus rebus pecuniam hauriam, immo humanitate et beneficiis amplificem hoc imperium, ut etiam praefecti mei ad procurationes a me delegati, quos post diligentissimam aestimationem et selectionem delegavi, etiam illi studeant, ut quam moderatissimos se praestent. Magis enim magisque provinciarum rectores discant, quanto studio parcere et providere provinciis quibus praesunt eos deceat, si quidem iussi sint omnes Caesarem intueri tanta urbanitate et moderatione et temperantia regnum admini-

---

[1] *suppl. Wilamowitz.*

23 ἄρχουσιν γενέσθω ἐπιμελὲς εἰς τὸ δημόσιον μάλιστα ἐστάν[αι] ° σύνοπτα
τοῖς ἀναγιγνώσκουσιν.
(ἔτους) α, Παῦνι λ.

strantem. — Huius mei edicti exempla unius cuiusque oppidi magistratus curent in publico quam maxime ponere in conspectu legentibus.

VII 97. Epistulae Valentiniani Valentis Gratiani de provincia Asia (a. 370/371).

Rep. Heberdey, Anzeiger der Kais. Akademie (Wien) 1905 NX., Jahreshefte des österr. Arch. Inst. 8, Beibl. p. 71. — Schulten, ibid. 9, p. 40. Heberdey, ibid. p. 182. Mitteis, Z. S. St. 26,490 squ. — Suppl. sunt Sch. et Heb.

a) Epistula ad Eutropium proc. Asiae de moenibus restituendis et de reditibus fundorum civitatium.

1 D. D. D. n. n. n.[1] Auggg. Valentinia[*nus, Valens*], Gratianus.
Hab(e), Eutropi car(issim)e nobis.[2]
2 *Quod ex red*]itibus fundorum iuris re[*i p . . . . . .*[3] *quo*]s intra
Asiam diversis quibusque civitatibus ad instaurand[*am mo*]enium
3 fac[*iem . . . . pr*]o certis ° [*partibu*]s [4] habita aestimatione concensimus
[5] capere quidem urb[*e*]s singulas beneficii nostri uberem fruc-
4 tum et pro [*temporum r*]efers felici[*tate nostror*]um a foedo ° *priorum*]m
squalore ruinarum [6] in antiquam sui faciem nova reparatione
consurgere, verum non integram gra[*tiam con*]cessi ad [*ur*]bes sin-
5 gulas beneficii ° [*perv*]enire si quidem pro partibus praestitis reditus
civitatibus potius q[*ua*]m ipsi cum reditibus fundi fuerint restitu[*end*]i
6 et ministrandi, idem reditus ab acto[*ri*]bus ° *pr*]ibatae [7] rei nostrae
et diu miserabiliterque poscantur et vix aegr《a》eque tribuantur adque
7 id quod amplius e[*x i*]sdem fundis super statutum canonem ° [*c*]olliga《n》tur,
et isdem civitatibus pereat eorundemqu《a》e actorum [8]
fraudibus devoratum nihil tamen aerario nostro adiciat augmenti
8 possitque ° a curialibus vel excultione maiore vel propensiore diligentia
nonnullus praestitionis cumulus ad gratiam concessionis acce-
9 dere, igitur cuncta diligenti coram investigatione perspeximus. ∾ Et

---

[1] Domini nostri. — [2] *Primae lineae maioribus litteris scriptae finis super l. 2* instaurandam. — [3] *Supplendum est aut* privatae *aut* publicae. — [4] *de hoc suppl. et de l. 5* potius q[ua]m *v. Heberdey Jahreshefte 9,183, n. 185 contra Schulten.* — [5] *leg.* concessimus. — [6] Ad *motus terrae a. 358 et 365 imperatorem alludere monet Schulten.* — [7] *leg.* privatae. — [8] *de actoribus rei priv. cf. 𝔈. 3,26,8.9. Schulten l. c. p. 47.*

primum Efesenae urbi, quae Asiae caput est, missa ad nos dudum
legatione poscent[*i* ° *p*]artem redituum non fundorum advertimus 10
fuisse concessam; unde illi interim quam esse omnium maximam
nulla dubitatio est, in parte co[*n*°*c*]essa cum eo fundo quem 11
Leucem nomine nostra iam liberalitate detentat, tra[*di*] centum iuga
promulgata sanctione mandavimus, ut eius exemplo quid adhoc ° ista 12
in reparandis moenibus profecerit intuentes an reliquis praestandum
sit similia, decernamus. Hac sane quia ration[*e*] plenissima, quod
intra Asiam rei publicae ° iu[*g*]a esse videantur cuiusque qualitatis 13
quantumve annua praestatione dependant, mansuetudo nostra instructa
[*c*]ognovit, offerendam experientiae tu[*ae*] ° credidimus optionem, ut, 14
si omnem hanc iugationem quae est per omnem diffusa⟪m⟫ pro-
vinciam, id est sex milia septingenta triginta sex semis opim[*a*] °
adque idonea iuga, quae praeter vinum[1] solidorum ad fixum semel 15
canonem trea milia extrinsicus[2] solidorum annua praestare referuntur,
sed et septingenta tr[*ia deserta*] ° et iam defecta [*a*]c sterilia iuga 16
quae p[*e*]r illa quae idonea diximus sustinentur, suscipere propria prae-
statione non abnuis,[3] petitis maiestas nostra consen[*tiat,*] ° s[*c*]ili[*c*]et 17
u[*t*] arbitrio tuo per curias singulas omni iugatione dispersa retracto
eo redituum modo quem unicuique civitatum propria largitate con-
cen[*simus*[4] ° *r*]eliquam summam per officium tuum rei privatae 18
nostrae inferre festines, ut et omnem usuram diligentia⟪m⟫ avidis
eripiamus actoribus et si quid extrinsi[*cus*] ° [*luc*]ri est, cedat ratio- 19
nibus civitatum. Sane quia rerum omnium integram cupimus habere
notitiam et ex industria nobis tuam expertam diligen[*ti*]a[*m* ° *pol-* 20
lic]emur, plena te volumus ratione disquirere per omnem Asiam pro-
vinciam fundos iugationemque memoratam, qui in praesentem diem
ha[*bita* ° *licitati*]one possideant et quantum per iuga singula rei pri- 21
vatae nostrae annua praestatione dependant, qui etiam opimi adque
utiles fundi ° . . . .]o gr[. . .[5] *si*]ngulis quibusque potentissimis[6] 22
fuerint elocati[7] et qui contra infecundi ac steriles in damnum rei
nostrae paenes actores ° *f*]uerint d[*erelicti s*]cilicet ut omni per 23

---

[1] VINVM *corruptum esse ex* VI = sex milium *vidit Mitteis ZSSt. 26,493 iam consentiente Heberdey l. c. 9,188 n. 7, qui tamen* VIII (*unde* VIN) *fuisse mavult.* — [2] *Intellege* tria milia extrinsecus. — [3] *i. e. Eutropius ipse fisco tenetur, cf. Schulten p. 55.* — [4] *leg.* concessimus *cf. lin. 3.* — [5] *fisc*]o gr[*ati*] *Schulten.* — [6] ℭ *11,59,10:* qui per potentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt. — [7] *Cf. legem Arae Hadrianae l. 10.*

idoneos ratione discussa a⟨*c*⟩ (?) confectis quam diligentissime brevibus
24 mansuetudini nostrae veri ° fidem nunt[*i*]es, u[*t inst*]ructi super omnibus amplissimum efficacis industriae praestantiae tuae testimonium deferamus.

b) Epistula ad Festum proc. Asiae de ludis provincialibus (a. 375).

C. Th. 15,5,1. Schulten l. c. p. 61 sqq. — Municipales muneribus etiam in alia civitate fungi, ut liceat, in decurionatum alius civitatis transire, ne liceat, sancitur. Cf. Edicta Praef. Aeg. Ael.

1 *D. D.*] D. n. n. n.[1] Auggg. Valen[*t*]inianus, Valens, Gratia[*n*]us
[*Hab*(*e*)*?*] Feste, [*car*(*issim*)*e n*]*ob*(*is*).
2 Honorem Asiae ac totius provinci[*a*]e dignitatem quae ex iudicantis pendebat arbitrio, [*ex*]emplo Illyri[*ci*] a[*d*]que [*It*]alarum ur-
3 bium recte perspexi[*mus*] ° esse firmatum. Nec enim utile videbatur, u[*t po*]npa conventus publici unius arbitrio gereretur, qu[*a*]m con-
4 suet[*u*]dinis instaurata deberet solemnitas ° exhibere. Ex sententia deni[*q*]ue factum est, quod divisis officiis per quattuor civitates, quae met[*r*]opolis apu[*d*] Asiam nominantur[2], lustralis cernitur edi[*tio?*] °
5 constituta, ut, dum a singulis ex[*hi*]bitio postulatur, non desit provinciae coronatus nec gr[*a*]vis cuiquam erogatio sit futura, cum ser-
6 vatis vicibus qu[*in*]$\overset{\circ}{-}$to anno civitas praebeat editorem. Nam et [*illu*]d quoque libenter admisimus quod in minoribus m[*u*]nicipiis
7 generatis, quos popularis animi gloria maior ° attollit, facultatem tribui edendi mu[*ner*]is postulasti, videlicet ut in metropoli Efesena[3] a[*lia*] e civi⟨*ta*⟩te asiarchae sive alytarchae pro[*ceda*]n[*t ac*] s[*ic*] °
8 officiis melioribus nobilitate contend[*an*]t. Unde qui desideriis sub seculi nostri felicitate ferv[*entib*]us gaudiorum debeamus f[*om*]en[*t*]a
9 [*p*]raes[*t*]are cele $\overset{\circ}{-}$ brandae editionis dedimus potestat[*e*]m, adversum id solum voluntatem contrariam ref[. . . .]tes,[4] ne suae civitatis obliti
10 e[*i*]us in qua ediderin[*t*] ° munera, cu[*ria*]e socientur, Feste carissime ac iucundissime. Lauda⟨*ta*⟩ ergo experientia tua n(*ost*)ri potius prae-
11 cepta sequatur arbitrii, ut omn[*es*] ° qui ad hos h[*on*]ores transire festinant, c[*u*]nctas primitus civitatis suae restituant functiones, u[*t*
12 *p*]eractis curiae muneribus a[*d h*]onorem totiu[*s*] ° provinciae debito fabore[5] festinent p[*er*]cepturi postmodum, si tamen voluerint, sena-

---

[1] D(omini) n(ostri). — [2] *Alias usque ad septem* μητροπόλεις *provinciae Asiae nominantur cf. Marquardt, Staatswesen 1,343.* — [3] *Ephesus, re vera caput Asiae,* πρώτη πασῶν καὶ μεγίστη *nominatur, cf. Marquardt l. c.* — [4] ref[*eren*]tes *temptat Schulten.* — [5] *leg.* favore.

to[*r*]iam dignitatem, [*ita tam*]en, ut satisfacien[*te*]s legi in locis
s[*uis*] ° alteros dese⟨*r*⟩ant substitutos. Ceterum nequaquam ad com- 13
modum credimus esse iustitiae, ut expensis rebus suis laboribusque
transactis ° veluti novus tiro ad curiam transeat alienam, cum rectius 14
honoribus fultus in sua debeat vivere civitate.

Τὴν τειμὴν τῆς Ἀσίας καὶ ὅλης τῆς ἐπαρχίας τὸ ἀξίωμα, ὅπερ 15
καὶ ἐκ τῆς ἐπικρίσεως ἤρτητο τοῦ ἄρχοντος, ἐξ ὑποδίγματος τοῦ
Ἰλλυρικοῦ καὶ τῶν [τ]ῆς Ἰταλίας ° πόλεων ὀρθῶς λείαν κατενοήσα- 16
μεν διακεκρίσθαι· οὔτε γὰρ λυσιτελὲς ἐνομίζετο τὴν πομπὴν τῆ[ς]
συνόδου τῆς δημοσίας ἑνὸς γνώμη[1] πράτ[τε]σθαι, ° ἣ[ν] ἐκ συνηθίας 17
ἐπανατρέχοντες οἱ χρόνοι ἀπήτουν. Ἀκολούθως τοίνυν γεγένηται
ἐπιμε[ρ]ισθῆναι τοὺς χρόνους εἰς τὰς τέσσαρας πόλεις, αἵτινες ° μητρο- 18
πόλεις ἐν Ἀσίᾳ[2] ψηφίζονται, ὡς τὴν τῆς πενταετηρίδος ἔκδοσιν
τοιαύτην ἔχειν τὴν κατάστασιν καὶ μηδεπώποτε δύνασθαι λείπειν
° τὸν κοσμούμενον ὑπὸ τοῦ τῆς Ἀσίας στεφάνου. Ἀλλ' οὔτε ἐπι- 19
φορτίζεσθαί τις δύναται ὑπὸ τοῦ δαπανήματος, ἐπὰν μάλιστα ἀμοι-
βαδὸν τρεχόντων ° τῶν χρόνων ἑκάστη τῶν μητροπόλεων μετὰ 20
πενταετῆ τὸν χρόνον δίδωσιν τὸν λιτουργή[σ]οντα. καίτοι ἡδέως
προσηκάμεθα, ἐπί περ τοὺς τε°χθέντας ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσιν, ἐπὰν 21
δημοτικωτέρας γενάμενοι ψυχῆς τὸν ἔπαινον τὸν ἐκ τοῦ δήμου φαν-
τάζωντε, ἐξουσίαν αὐτοῖς ° παρέχεσθαι τοῦ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητρο- 22
πέ[λ]ει μόνῃ τὴν ἀσιαρχίαν ἢ τὴν ἀλυταρχίαν αὐτὸν ἀνύειν καὶ τοῖς
καθήκοις τοῖς καλλίοσιν ἐκ τῆς ἐπιφανοῦς ° λειτουργίας φαίνεσθαι. 23
Ὅθεν, ἐπειδὴ ἐκ τῆς εὐμοιρίας τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων αἱ ἐπι-
θυμίαι αἱ πλιόνα τὴν ἑορτὴν ἔχουσαι ἐφίλουσιν αὔξεσθαι ° καὶ παρ' 24
ἡμῶν αὐτῶν ἔχειν τὴν σπουδήν, βουλομένοις αὐτοῖς λειτουργεῖν
παρέχομεν ἄδιαν, εἰς τοῦτο μόνον διασφαλιζόμενοι τοὺς τοιούτους,
ἵνα μ[ὴ ° τῶν ἰδίων πόλεων ἐπιλανθανόμενοι πάντη ἑαυτοὺς μετα- 25
γράφουσιν, Φῆστε τιμιώτατε καὶ προσφιλέστατε. Ἡ ἐπαινετὴ ἐν-
πειρία σου τοῦ ἡμετέρου θ[ε]σ°πίσματος ἀκολουθησάτω τῇ γνώμη[1] 26
καὶ πάντας τοὺς εἰς ταύτην τὴν τιμὴν ἐπιτρέχοντας πάσας πρότε-
ρον τὰς λιτουργίας τῇ[1] ἑαυτοῦ πόλει ἀποπληροῦν ° προσταξάτω, 27
πληρωθέντων δὲ τῶν λιτουργημάτων εἰς τὴν τιμὴν τὴν μίζονα, τουτ-
έστιν ὅλης τῆς [ἐ]παρχίας σπεύδουσιν αὐτοῖς ἄδιαν παρεχίτω δυνα-
μένοις μ[ετὰ] ° ταῦτα καὶ τὸ τῶν λαμπροτάτων ἀξίωμα κ[α]τ[αδ]έ- 28
χεσθαι, οὕτως μέντοι, ὡς πρότερον αὐτοὺς τὸ ἱκανὸν ποιοῦντας τῷ
νόμῳ[1] εἰς τὸν ἑαυτῶν τόπον ὑποκαθίσταν(ται) τα[ῖς] ° ἑαυτῶν πατρά- 29

---

[1] *Intellege l. 16* γνώμῃ, *l. 26 et 30* τῇ, *l. 28* τῷ νόμῳ. — 2) *cf. p. 272 n. 2.*

σιν ἑτέρους. Οὔτε δὲ ἑτέρο[θι λ]υσιτελεῖν νενομίκαμεν, αὐτοῖς ἵνα ἀναλώσ(α)ντες τὰ ἑαυτῶν μετὰ τοὺς πόνους τῶν λειτουργημάτων ἀπα[χθεὶς] ° ὡς νεαρὸς τίρων εἰς ἕτερον βο[υλευτ]ή̣[ριο]ν ἑαυτὸν μεταγράφει ἰφίλων ἐν τῇ (ἑ)α̣υτοῦ (μᾶ)λλον ζ[ῆ]ν τε καὶ φαίνεσθαι πόλει.

CAPUT VIII.

PRIVILEGIA VETERANORUM.

Civitas vel conubium aetate liberae rei publicae lege tantum dari potuit a populo. Quod ius sumpserunt quidem sibi postea imperatores, semper tamen beneficia illa legis vicem habebant aerique incisa in loco publico proponebantur. Donabantur autem ita post impleta stipendia legitima milites, sive militantes sive dimissi honesta missione, peregrini civitate, cives conubio cum peregrinis, atque solebant imperatores una constitutione complecti exercitus provinciarum singulos singulasve classes. Quae constitutio, adscriptis omnium nominibus, in Capitolio affigebatur, unde honorato ita exemplum descriptum et in formam diptychi redactum dabatur, quo ius suum probaret. E magna eiusmodi diplomatum copia per omnes imperii provincias dispersa hodie extant ad centum in diversis regionibus reperta. Quae etsi imperatorum sunt a Claudio usque ad Diocletianum, cum et argumento et formulis simillima sint inter se, sufficit duorum generum, scilicet civibus datorum et datorum peregrinis, singula exempla proponere; in notis adieci, si quae occurrunt minores differentiae. — Collectionem edidit post alios plenissimam et accuratissimam, commentario totam rem illustrante adiecto, Mo. in ℭ 3,2,843—919; suppl. p. 1956—2038. 2212. 2213. 2328^{64}—2328^{72}. Quae nuperrime prodierunt, edita sunt Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. f. Geschichte u. Kunst 1906 p. 20. Mitth. des archaeol. Inst. Rom. 1907 p. 434.

98. Diploma militis peregrini, a. 71 p. C.

E duabus tabellis aheneis in formam diptychi redactis, quae Salonae saec. XVI repertae hodie Berolini in bibliotheca regia [iam in antiquario musei regii Th. M.] *adservantur, ubi ipse eas descripsi. Cf. Mo. p. 853. Aequales sunt et forma et magnitudine, a. 0,167, l. 0,128. [De forma et magnitudine vide exemplaria diptychi et triptychi quae huic editioni accedunt]: Orbiculi, quibus litterae* a, b, c, d *adscriptae sunt, locos indicant, quibus tabulae perforatae sunt. Per foramina* b *et* d *fila ahenea* (e *et* f) *ducta sunt, quibus tabulae ita coniungebantur, ut libelli duorum foliorum sive quattuor paginarum instar essent; continent autem paginae 2 et 3 scripturam primariam eandemque interiorem, pagina 4 scripturam exteriorem accurate ex interiore repetitam, pagina 1 signa et signatorum nomina. Clauso* *scilicet libello per foramina* a *et* c *triplex (i. e. tripliciter tortum) filum aheneum ducebatur, cui colligato in pagina 1 signa a septem testibus imponebantur nominibus bipertito adscriptis. Cum similem formam etiam in contractuum et testamentorum tabulis ligneis ceratis veteres observaverint, nisi quod filis linteis in iis utebantur, illustratur inde locus Paul. sent. 5,25,6:* ordo decrevit — tabulas — ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur, atque impositae supra linum cerae signa imprimantur, ut exteriori scripturae fidem interior servet. *Cf. Suet. Ner. 17.*

Imp. Caesar Vespasianus Aug., pont.
max., tr. pot. II, imperator VI, p. p., cos. III, desig.
IIII, veteranis [1], qui militaverunt [2] in
classe Ravennate sub Sex. Lucilio Basso,
qui sena et vicena [3] stipendia aut plura
meruerunt et sunt deducti in Panno-
niam [4], quorum nomina subscripta
sunt, ipsis liberis posterisque eorum [5]
civitatem [6] dedit et conubium cum
uxoribus, quas tunc habuissent, cum
est civitas is data, aut si qui caelibes
essent cum iis, quas postea duxissent,
dumtaxat singuli [7] singulas. Non. April.
Caesare Aug(usti) f(ilio) Domitiano, Cn. Pedio Casco cos.
Platori Veneti f(ilio), centurioni, Maezeio [8].
Descriptum et recognitum ex tabula
aenea, quae fixa est Romae in Capitolio ad

---

1) *In aliis dipl.:* equitibus et peditibus *vel* trierarchis et remigibus, *vel* classicis. — 2) *In aliis:* qui militant. — 3) *In classicis nominantur stipendia XXVI (posteriore aetate XXVIII), in militibus auxiliaribus XXV, in legionariis XX, in praetorianis XVI.* — 4) *In aliis:* et sunt dimissi honesta missione, *vel* emeritis et dimissis hon. miss., *vel coniunctim cum sequentibus:* honestam missionem et civitatem dedit; *in aliis autem:* qui militant, — item dimissis hon. miss. — 5) *In aliis liberi posterique omissi sunt, in aliis additum est:* ipsis filiisque eorum, quos susceperint ex mulieribus, quas secum concessa consuetudine vixisse probaverint. — 6) *In al. additum:* Romanam, qui eorum non haberent. — 7) singulis *exemplum utrumque.* — 8) *Dio 55,32,4:* Μαζαίους, Δαλματικὸν ἔθνος. *Verba:* non Apr. — Maezeio, *itemque infra* in Capitolio *usque ad finem, in utraque tabula litteris tenuioribus postea adiecta esse monet Mo. (p. 850), scilicet, ut observat idem (p. 904), post recognitionem a testibus factam. In tabula adiecta verba illa litteris inclinatis scripsi.*

aram gentis Iuliae 1), de foras podio sinisteriore,
tab. I pag. II. loc. XXXXIIII 2).

99. Diploma militis civis Romani a. 76 p. C.

E lamina reperta in litore maris nigri prope oppidum Bulgaricum Kustendje; iuncta ei altera desideratur. Quindecim tantum diplomata civium hucusque reperta sunt: vide Mo. CIL 3 suppl. p. 2031 et p. 2328^{65}; Huelsen Roem. Mitth. 1907 p. 434.

Imp. Caesar Vespasianus Augustus,
pontifex maximus, tribunic(ia) potestat(e)
VIII, imp. XVIII, p(ater) p(atriae), censor, cos. VII, design(atus) VIII.
Nomina speculatorum qui in praetorio
5 meo militaverunt, item 3) militum qui
in cohortibus novem praetoriis et quat-
tuor urbanis subieci 4), quibus fortiter
et pie militia functis ius tribuo 4) conu-
bi 5), dum taxat cum singulis et primis
10 uxoribus, ut etiamsi peregrini iu-
ris feminas matrimonio suo iunxe-
rint, proinde liberos tollant, ac si ex
duobus civibus Romanis natos.
A. d. IV non. Decembr.,
15 Galeone Tettieno Petroniano,
M. Fulvio Gillone cos.
Coh(ortis) VI pr(aetoriae)
L. Ennio L. f. Tro(mentina) Feroci, Aquis Statellis 6).
Descriptum et recognitum ex tabula
20 aenea, quae fixa est Romae in Capitolio
n basi Iovis Africi.

---

1) *In aliis alia loca sunt scripta, post Domitianum vero semper:* in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam. — 2) *Nomina testium in tabula adiecta videas; omnes sunt Dalmatae ex oppidis Dalmaticis Salona, Epitauro, Iadere, Risinio.* — 3) *In ceteris dipl. praetorianorum speculatores hic primum locum tenentes non nominantur.* — 4) *Ubi duo Augusti loquuntur:* subiecimus, tribuimus. — 5) *Quae sequuntur verba usque ad finem v. 13 in omnibus dipl. eadem sunt illustranturque loco Gai. 1,57:* veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisve, quas primas post missionem uxores duxerint, et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives Romani et in potestatem parentum fiunt. — 6) *Oppidum Liguriae hodie Acqui.*

^{VII} 100. Missio simplex equitis (a 122).

E tab. altera cerata diptychi (altera periit) in mus. Cairensi ass., ubi cum duabus aliis (apud nos infra) repperit qui descripsit Seymour de Ricci. — Ed. S. de Ricci Nouv. Revue 1906 p. 471 cum comm. ipsius et P. F. Girardii, qui missionis sine aeribus (coll. pap. B. U. 113, Mo. CIL III S. p. 2008), exemplum esse vidit (l. c. p. 488 sq.). — Suppl. sunt S. de Riccii.

M. Acilio Av⟪an⟫iola et Pansa cos. ° pridie nonas Ianuarias. 1
T. Haterius Nepos praef. Aeg.[1] ° L. Valerio Nostro equiti ° 3
alae Vocontiorum turma ° Gaviana emerito hone° 5
stam missionem dedit. ° 7
[*Pe*?]rlegi o(mnia) s(upra) s(cripta) e(t) h(onestam) m(issionem) 8
dedi prid(ie) non(as)[2].

CAPUT IX.

IURIS IURANDI IN PRINCIPEM FORMULAE.

Iuris iurandi Gaio principi praestiti in ipso regni exordio (nam obiit Tiberius a. d. XVII k. Apr., praestiterunt id Aritienses Lusitani post dies duo et quinquaginta), ex consensu ut videtur universorum nuntio ab urbe Roma per provincias sparso, duo exemplaria quae supersunt coniuncta edidi in Ephem. epigr. 5,154. [^{VII} *Cf. Iusiurandum quod Paphlagones aliquot annis post regionem illam provinciae Romanae adiectam Augusto Caesari iuraverunt, Dess. 8781; Dittenberger, Orient. Gr. inscr. sel. 532, v. 7 sqq.*]

101. Ius iurandum Aritiensium.

CIL 2,172. Tabella ahenea reperta a. 1659 in Lusitania ad Tagum amnem inter rudera oppidi raro memorati Aritii, hodie deperdita.

C. Ummidio Durmio Quadrato, ° leg(ato) C. Caesaris Germanici imp(eratoris) ° pro pr(aetore). °

Ius iurandum Aritiensium. °

Ex mei animi sententia, ut ego iis inimicus ° ero, quos C. Caesari 5
Germanico inimicos esse ° cognovero, et si quis periculum ei salutiq(ue)
eius ° in*f*ert in*f*eretque[3] armis bello internicivo ° terra mariq(ue) persequi
non desinam, quoad ° poenas ei persolverit: neq(ue) me ⟨*neque*⟩ liberos 10
meos ° eius salute cariores habebo, eosq(ue), qui in ° eum hostili animo
fuerint, mihi hostes esse ° ducam: si sciens fallo fefellerove, tum me °

---

[1] Praef(ectus) Aeg(ypti). — [2]]rlegi — no(nas) *subscriptio praefecti, qui, loco imperatoris, hanc missionem dedit.* — [3] inperii in inperiique *similiterve exempla.*

15 liberosq(ue) meos Iuppiter optimus maximus ac ° divus Augustus ceteriq(ue) omnes di immortales ° expertem patria incolumitate fortunisque ° omnibus faxint.

[*A. d.*] V idus Mai[*as*] in ° Aritiense oppido veteri Cn. Acerronio °
20 Proculo, C. Petronio Pontio Nigrino cos., ° mag(istris) ° Vegeto Tallici,
. . . ibio . . . arioni.

102. Ius iurandum Assiorum.

Tabella ahenea reperta a. 1881 Assi in Troade, edita a Lawtono Americano, Papers of the arch. Institute of America, classical series I, Boston, 1882, p. 133.

1 Ἐπὶ ὑπάτων Γναίου Ἀκερρωνίου ° Πρόκλου καὶ Γαΐου Πον-
3 τίου Πετρω°̲νίου Νιγρίνου.
4 ° Ψή̣φισμα Ἀσσίων γνώμη τοῦ δή̣μου.
5 ° Ἐπεὶ ἡ̣ κατ᾽ εὐχὴν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐλπισθεῖσα Γαΐου ° Κ̇αί-
7 σαρος Γερμανικοῦ Σεβαστοῦ ἡγεμονία κατή̣νγελται, ° οὐδὲν δὲ μέτρον
8 χαρᾶς εὕρηκεν[1] ὁ̣ κόσμος, πᾶσα δὲ πόλις ° καὶ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τὴν
9 τοῦ θεοῦ ὄψιν ἔσπευκεν, ὡς ἂν τοῦ ° ·῾δίστου ἀνθρώποις αἰῶνος[2]
νῦν ἐνεστῶτος,
10 ° ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τοῖς πραγματευομένοις παρ᾽ ἡμῖν ° Ῥω-
12 μαίοις καὶ τῷ δή̣μῳ τῷ Ἀσσίων κατασταθῆναι πρεσ°̲βείαν ἐκ τῶν
13 πρώτων καὶ ἀρίστων Ῥωμαίων τε καὶ Ἑλλή°̲νων τὴν ἐντευξομένην
14 καὶ συνησθησομένην αὐτῷ ° δεηθησομένην τε ἔχειν διὰ μνήμης καὶ
15 κηδεμονίας ° τὴ̣ν πόλιν, καθὼς καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ πατρὸς Γερ-
16 μανικοῦ ° ἐπιβὰς πρώτως τῇ ἐπαρχείᾳ τῆ̣ς ἡ̣μετέρας πόλεως, °
17 ὑ̣πέσχετο.

Cn. Acerronio Proculo et C. Pontio Petronio Nigrino coss. Decretum Assiorum de populi consensu.

Cum ex voto omnibus hominibus speratus C. Caesaris Germanici Augusti principatus nuntiatus sit nullumque modum laetitiae inveniat mundus, omnis autem civitas omnisque gens ad dei adspectum festinaverit, quasi gratissimo hominibus saeculo iam coepto,

placuit ordini et negotiantibus apud nos Romanis et populo Assiorum decerni legationem ex primis et optimis Romanis et Graecis adituram et gratulaturam ei petituramque, ut in memoria et cura civitatem habeat, sicut et ipse, cum primum cum Germanico patre advenit in provinciam civitatis nostrae, promisit.

---

1) ευρηχην — 2) αιωνου.

° Ὅρκος Ἀσσίων. 18
° Ὄμνυμεν Δία σωτῆρα καὶ θεὸν Καίσαρα Σεβαστὸν καὶ τὴν 19
° πάτριαν ἁγνὴν παρθένον εὐνοήσειν Γαΐῳ Καίσαρι Σεβασ°τῷ καὶ 20
τῷ σύμπαντι οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ φίλους τε κρίνειν, ° οὓς ἂν αὐτὲς 22
προαιρῆται, καὶ ἐχθροὺς οὓς ἂν αὐτὸς προβά[λ]°ληται. Εὐορκοῦσιν 23
μὲν ἡμῖν εὖ εἴη, ἐφιορκοῦσιν δὲ τὰ ἐναν°τία. 24
° Πρεσβευταὶ ἐπηνγείλαντο ἐκ τῶν ἰδίων· 25
° Γάιος Οὐάριος Γαΐου υἱὸς Οὐολτινία Κάστος, 26
° Ἑρμοφάνης Ζωίλου, 27
° Κτῆτος Πισιστράτου, 28
° Αἰσχρίων Καλλιφάνους, 29
° Ἀρτεμίδωρος Φιλομούσου, 30
° οἵτινες καὶ ὑπὲρ τῆς Γαΐου Καίσαρος Σαβαστοῦ Γερμανικοῦ ° σω- 31
τηρίας εὐξάμενοι Διὶ Καπιτωλίῳ ἔθυσαν τῷ τῆς πόλε°ως ὀνόματι. 33

Iusiurandum Assiorum.

Iuramus per Iovem conservatorem et divum Caesarem Augustum et patriam virginem sanctam benevolos nos futuros esse erga C. Caesarem Augustum et universam domum eius, et amicos iudicaturos, quos ipse elegerit, et hostes, quos ipse censuerit. Vere iurantibus autem nobis bene eveniat, periurantibus vero contra.

Legati professi sunt suis impensis:
C. Varius C. f. Vol. Castus,
Hermophanes Zoili f.,
Ctetus Pisistrati f.,
Aeschrio Calliphanis f.,
Artemidorus Philomusi f.,
qui etiam ob salutem C. Caesaris Augusti Germanici supplicantes Iovi Capitolino sacrum fecerunt nomine civitatis.

103. ORDO SALUTATIONIS SPORTULARUMQUE PROVINCIAE NUMIDIAE

(a. 361—363).

CIL VIII S, 17896 recognitum a Dessavio. — E lapide alto m. 1,17 lato m. 0,53 reperto in oppido Numidiae Thamugadi in foro. Titulum primus edidit Poulle, recueil de Constantine 22 (*1882*) *p. 401 sq.; deinde Ioh. Schmidt in Ephem.epigr. 5,386; postea recognovi ipse ad ectypum et inscriptionem cum commentario edidi Eph. e. 5,629. Continet inscriptio ordinem salutationis* (*v. 1—12*) *et sportularum* (*12—fin.*) *constitutum a consulari Numidiae imperante Iuliano* (*a. 361—363*).

Ex au[*ctori*]tate Ulpi Mariscia°̲ni v(iri) c(larissimi) consularis
sexfascalis, ° promoti primo a domino nostro ° invicto principe
5 Iuliano, ordo sa°̲lutationis factus et ita at perpetui°̲[*t*]atis memoriam
aere incisus:

Primo ° senatores et comites et ex comitibus ° et admin[*ist*]ratores.

Secundo prin°̲ceps, cornic[*u*]lar[*ius, Pa*]latini.

10 Ter[*t*]io co°̲ronati [*provi*]nc]*iae*].

[*Quart*]o promoti of°̲ficiales, ... tus cum ordi°̲ . . . ni.

[*Quinto? offi*]ciales ex ordine.

Item ° quamt[*a com*]moda consequi debeat prin°̲ceps: Ad off[*i*-
15 *cia*]lem intra civitatem dan°̲dum Italic[*os*] tritici modios quinque °
aut pretium frumenti; intra p[*r*]i°̲mum modios septem aut pretium
mo°̲diorum septem; etiam per dena mi°̲lia bini modi vel eorum
20 praetia ° subcrescant; s[*i*] mitte[*n*]dus sit tra°̲ns mare, centum modi
vel modio°̲rum centum praetium sufficiet.

° Cornicularius et commentarien°̲sis medietatem huius summae
25 com°̲modi nomine consequentur.

Sco°̲lastici in postulatione simplici ° quincue modios trittici vel
quin°̲que modiorum praetia consequen°̲tur; in contradictione decem
30 modi°̲os tritici vel decem modiorum prae°̲tium consequantur; in urguenti ° qu*ae*[1] finienda sit, quindeci modios vel ° quindeci modiorum
praetia consequan°̲tur.

35 Exceptores in postulatio°̲ne quinque modios tritici vel quin°̲que modiorum praetium consequan°̲tur; in contradictione duodeci
m⟨*o*⟩°̲dios tritici vel duodeci modiorum ° praetium consequantur; ⟨*i*⟩n

---

[1] qui.

definita cau°sa viginti ° modios trittici vel viginti ° modiorum praetia consequantur.

Car°ta in postulatione singuli tumi[1] suffici°unt maiores; in contradictionibus ° quatern*i*[2] maiores; in definito nego°tio numquam amplius sex a liti°gatore exigi oportebit.

Libellensis in li°bello uno duos modios tritici vel duorum ° modiorum pretium debebit accipere.

Of°ficialis missus intra civitate duos mo°dios trittic*i* vel duorum modiorum ° pretium consequatur.

---

1) '*id est* tomi' *Schmidt.* — 2) quaternos.

PARS SECUNDA.

NEGOTIA.

CAPUT I.

LEGES DICTAE REBUS COMMUNI SACROVE USUI DESTINATIS.

[Legem ut suae rei quivis recte dicit *(Dig. 23,4,20,1)*, ita populus quoque vel quaevis res publica ad populi similitudinem constituta, neque fere dictio ea a privata recedit nisi in rebus communi sacrove usui destinatis. Nam quae populi sunt vel collegii corporisve cuiuscumque, iis saepissime secundum certas leges aut omnes utuntur aut aliquod hominum genus; id quod iuris privati fines excedit. Supersunt autem non pauca eius generis instrumenta, quae cum ad hanc syllogen omnino pertineant, quo loco potissimum collocentur dubitari potest; sed magis placuit, ut inter privata instrumenta referrentur, cum ea quoque quae populi sunt esseve videntur non tam a publico iure pendeant quam a rei dominio. Id luculenter ostendit inter alia lex infra edita vici Furfonensis; nam vicus cum iure publico collegiis aequiparetur neque rem publicam habeat nisi ea ratione, qua item corpori cuicumque tribuitur, hanc legem privatam esse dubitari non potest. Ea autem lex re non differt a lege quam populus Romanus dixit viae Appiae et Appiae aquae. Accedit quod haec legum dictio quamquam iure ad populum spectat neque dubium est 'leges de singulis aquis latas' Frontini (de aquis 94) intellegi publicas populi Romani, saepenumero perficitur edictis magistratuum sive populi de ea re iussu sive sua potestate rem ordinantium. Denique multoties eius generis instrumenta quae ad nos pervenerunt a quonam proficiscantur parum apparet, id quod cadit inter alias in leges antiquissimas duas Lucerinam Spoletinamque. Itaque haec omnia re certe coniuncta hoc capite proposui. Potuerunt addi edicta Augusti de aquaeductu Venafrano (supra n. 77) et ipsum conditoris magis iure propositum quam principis et L. Sentii praetoris de campo Esquilino (supra n. 44ª); sed ea magis visum est aliis capitibus relinquere. Th. M.]

104. Leges lucorum a) Lucerina, b) Spoletina.

a) ℭ 9,782 cf. p. 667. Dess. 4912. E lapide, in Apuliae oppido Lucera (antiqua Luceria colonia Latina) reperto, primum edito a. 1861 in: d'Amelis, storia di Lucera, postea a Mo. Ephem. epigr. 2,198, indeque in ZRG. 12,127. Lapis periit.

b) Cf. supra n. 44ª. ℭ 11,4766. Dess. 4911. E lapide a. 1876 prope Spoletium reperto (alto m. 0,57, lato 0,54, crasso 0,24) ab utroque latere inscripto, Spoletii in pinacotheca publica adservato. Titulum edidit E. Bormann in miscellaneis Capitolinis, quibus 'Instituto archaeologico C semestria feliciter peracta gratulati sunt iuvenes Capitolini Bormann Duhn aliique', Romae 1879.

a) Lex Lucerina.

In hoce loucarid[1] stircus
ne [*qu*]is fundatid[2], neve cadaver
proiecitad, neve parentatid[3].
Sei quis arvorsu[4] hac faxit, [*in*]ium
quis volet pro ioudicatod n(ummum) I[5]·manum iniect[*i*]o estod. Seive
mac[*i*]steratus volet moltare,
[*li*]cetod.

b) Lex Spoletina.

Honce loucom[6]
ne qu⟨*i*⟩s violatod,
neque exvehito neque
exferto quod louci
siet, neque cedito[7]
nesei[8] quo die res deina[9]
anua fiet; eod die
quod rei dinai[9] causa
[*f*]iat, sine dolo cedre[10] [*l*]icetod. Sei quis
violasit, Iove bovid[11]
piaclum datod;
sei quis scies[12]
violasit dolo malo,
Iovei bovid piaclum
datod et a(sses) CCC
moltai suntod; eius piacli
moltaique dicator[*ei*][13] exactio est[*od*].

105. Lex a vicanis Furfensibus templo dicta (a. u. c. 696).

ℭ 9,3513 = 1,603. Ri. tab. 82. Dess. 4906. E lapide in ruinis Furfonis antiqui reperto. Furfo vicus ad rem publicam Peltuinatium, civitatis

---

1) = luco. — 2) = fundito. — 3) = proicito neve parentato. — 4) = adversus. — 5) *Mo. conicit* L, *scilicet* quinquaginta, *non* quinquaginta milia. — 6) = hunc lucum. — 7) = caedito. — 8) = nisi. — 9) = divina; divinae. — 10) = caedere. — 11) = Iovi bove. — 12) = sciens. — 13) *Dicator est, qui dicat rem sacram.*

Sabinae, pertinebat. — Difficultates, quas titulus praebet, Mo. corruptelis tribuit, Hu. (Jahrb. f. cl. Phil. 5,857) e lingua Sabina, rectius Jordan (Hermes 7,201) e rustico sermone explicandas esse censet.

1 L. Aienus L. f. Q. Baebatius Sex. f. aedem dedicarunt ° Iovis
liberi Furfone a. d. III idus Quinctileis, L. Pisone A. Gabinio cos.,
3 mense Flusare[1], ° comulateis[2] olleis legibus illeis regionibus, utei
4 extremae undae quae[3] lapide ° facta hoiusque aedis ergo, uteique ad
5 eam aede⟨*m*⟩ scalasque lapide stauctuendo[4] ° columnae stant citra
6 scalas ad aedem versus stipitesque aedis, hu*i*us[5] tabula°mentaque,
utei tangere sarcire tegere devehere defigere mandare[6] ferro oeti
7 ° promovere referre ⟨*liceat*⟩ fasque esto. Sei quod ad eam aedem
8 donum datum donatum dedicatum°que erit, utei liceat oeti, venum
9 dare. Ubei venum datum erit, id profanum esto. Venditio ° locatio
aedilis esto, quem quomque veicus Furfens(is) fecerit, quod se senti*a*t[7]
10 eam rem ° sine scelere sine piaculo ⟨*vendere locare*⟩ alis ne potesto.
11 Quae pequnia recepta erit, ea pequnia emere ° conducere locare
dare, quo id templum melius honestius seit, liceto. Quae pequnia
12 ad eas ° res data erit, profana esto, quod d(olo) m(alo) non erit
13 factum. Quod emptum erit aere aut argento, ° ea pequnia, quae
pequnia ad id templum[8] data erit quod emptum erit, eis rebus ea-
14 dem ° lex esto, quasei sei dedicatum sit.

15 Sei qui heic sacrum surupuerit, aedilis multatio esto, ° quanti
volet; idque veicus Furf(ensis) m[*a*]i[*or*] pars fifeltares[9] sei apsol-
16 vere volent sive condemnare, ° liceto.

Sei quei ad hoc[10] templum rem deivinam fecerit Iovi libero
17 aut Iovis genio, pelleis ° coria fanei sunto.

106. Leges arae Augusti Narbonensis a. p. Chr. 11 et 12/13.

CIL 12,4333; Or. 2489, Dess. 112. Ara marmorea a. 1566 Narbone effossa, ubi extat in museo. Scriptam esse non Augusti ipsius, sed Antoninorum aetate ostendunt et scriptura et orthographia; itaque aram Pio imperante incendio deletam mox restitutam esse recte coniecisse videtur Herzog.

---

1) *i. e.* Florali = Iulio. *Mo. Chron. 219.* — 2) comula · teis *lapis, in quo diei feriati quandam indicationem vetustam latere conicit Mo.* — 3) *Quid significetur, parum constat. Cf. legem Narbonensem II, 10 squ.* (*n. 106*). — 4) STAVCTVENDO *lapis;* structa endo *Iordan*, structas struendas *Mo. dubitans.* — 5) humus. — 6) *Or.* mundare, *Hu.* emendare. — 7) sentiunt. — 8) *Mo.:* emendum. — 9) *Vox corrupta, Hu. fingit vocem Sabinam* fifla = fibula, fifeltares = fibulati, *i. e. patricii Furfenses!* — 10 huc.

— *Votum susceptum est die 22. Sept. a. p. Chr. 11 (I v. 1—3), cui anno convenit Augusti tribunicia potestas XXXIIII* (v. 9)*; ara ipsa dedicata est per Augusti trib. potestatem XXXV, id est a. 12/13.*

I. In antica.

T. Statilio Taur[*o*] ° L. Cassio Longino ° cos. X k. Octobr. 1
° Numini Augusti votum ° susceptum a plebe Narbo°nensium in- 4
perpetuom.

° Quod bonum faustum felixque sit imp(eratori) Caesari ° divi 7
f(ilio) Augusto p(atri) p(atriae) pontifici maximo trib(unicia) pote-
st(ate) ° $\overline{\text{XXXIIII}}$ coniugi liberis gentique eius, senatui ° populo- 9
que Romano et colonis incolisque ° c(oloniae) I(uliae) P(aternae) 11
N(arbonis) M(artii), qui se Numini eius inperpetuum ° colendo obli- 12
gaverunt!

Pleps Narbonen°sium aram Narbone in foro posuit, ad ° quam 13
quot annis VIIII k. Octobr., qua die ° eum saeculi felicitas orbi 15
terrarum ° rectorem edidit, tres equites Romani ° a plebe et tres 16
libertini hostias singu°las inmolent et colonis et incolis ad ° sup- 18
plicandum Numini eius thus et vinum ° de suo ea die praestent; et 20
VIII k. Octobr. ° thus vinum colonis et incolis item prae°stent: 21
k. quoque Ianuar. thus et vinum ° colonis et incolis praestent; 23
VII quoq(ue) ° idus Ianuar. qua die primum imperium ° orbis ter- 24
rarum auspicatus est, thure ° vino supplicent et hostias singul(as) 26
in°molent et colonis incolisque thus vi°num ea die praestent. ∾ 27
° Et pridie k. Iunias, quod ea die T. Statilio ° Tauro M.' Aemilio 29
Lepido cos.[1] iudicia ° plebis decurionibus coniunxit[2], hostias ° sin- 31
gul(as) inmolent et thus et vinum ad ° supplicandum Numini eius 33
colonis et ° incolis praestent. ∾ ° Exque iis tribus equitibus Ro- 34
man[*is tribusve*] ° libertinis unu[*s*] 36

II. In latere.

[*Plep*]s Narbonesis a[*ram*] ° Numinis Augusti de[*di*]°cavit *! !* 4
° *! ! ! !* ° *! !*[3] legibus iis q(uae) i(nfra) s(criptae) s(unt):

---

1) *A. p. Chr. 11. Mai. 31.* — 2) Iudicia *sunt eorum qui comprobant et* adsentiuntur *solentque ubi similiter usurpantur referri ad magistratus creandos: itaque hoc significatur Augustum effecisse, ut decuriones, in quorum potestate tum videtur fuisse magistratuum creatio, eos facerent quos creari vellet populus.* [*VII cf. Dessau 112 n. 7 et* 𝔈 *4, 1074.*] — 3) *Versus 3 fin., 4.5 init. in lapide erasi sunt; quae verba ibi fuerint, non perspicitur.*

6 ° Numen Caesaris Aug(usti) p(atris) p(atriae), quando tibi
7 ° hodie hanc aram dabo dedicabo°que, his legibus hisque regio-
9 ni°bus dabo dedicaboque, quas hic ° hodie palam dixero, uti in-
11 fimum ° solum huiusque arae titulorum°que est [1]:
13 si quis tergere ornare ° reficere volet, quod benificii ° causa fiat, ius fasque esto;
15 sive ° quis hostia sacrum faxit, qui [2] ° magmentum nec pro-
17 tollat, id°circo tamen probe factum esto;
18 si ° quis huic arae donum dare au°gereque volet, liceto, eadem-
20 q(ue) ° lex ei dono esto, quae arae est;
21 ° ceterae leges huic arae titulisq(ue) ° eaedem sunto, quae sunt
23 arae ° Dianae in Aventino [3].
24 Hisce legi°bus hisque regionibus, sic uti ° dixi, hanc tibi aram
26 pro imp(eratore) ° Caesare Aug(usto) p(atre) p(atriae) pontifice
27 maxi°mo tribunicia potestate XXXV, ° coniuge liberis genteque
29 eius, ° senatu populoque R(omano), colonis ° incolisque col(oniae)
31 Iul(iae) Patern(ae) Narb(onis) ° Mart(ii), qui se Numini eius in
32 per°petuum colendo obligaverunt, ◡ doque dedicoque, uti sies volens
34 ° propitium.

^{V} 107. Lex arae Iovis Salonitanae a. 137.

CIL 3,1933. Dess. 4907. Ex epistylio magno Salonis in Dalmatia reperto, quod bipertitum descripsit Petrus quidam Tragurinus (c. a. 1435) et post eum alii; pars posterior hodie extat Patavii in porta prope pontem S. Benedicti. — Quae hodie non exstant, inclusimus uncis quadratis.

[L. Aelio Caesare II P. Coelio B]albino Vibullio Pio cos.
2 ° [VII idus] Octobres.
3 ° C. Domitius Valens IIvir i(ure) d(icundo), prae[eunte C. Iulio
4 Severo pontif(ice), °]legem dixit in ea verba quae infra scripta sunt ~:
5 ° [Iuppiter optime maxime, quandoque tibi] hodie hanc aram
6 dabo dedicaboque, ollis legib(us) ° ollisque regionibus dabo dedicaboque, quas hic] hodie palam dixero, uti infimum solum huius arae est [4]:

---

[1] *Cf. n. 4.* — [2] *immo* quod; *cf. infra p. 287 n. 1.* — [3] *Scilicet ea ara aedesque prima videtur fuisse quam Romani dedicarint scripta lege proposita.* — [4] *Intellege sic:* illis legibus dedicabo, quas hic hodie palam dixero; illis regionibus dedicabo, uti infimum solum huius arae est. *Nam ibi arae termini sunt, ubi solum incipit planum esse.*

° [si quis hic hostia sacrum faxit, quod magmentum n]ec pro- 7
tollat[1], it circo tamen probe factum esto;
ceterae ° [leges huic arae eaedem[2] sunto, quae arae Dianae 8
sunt] [*i*]n Aventino monte dictae[3].
Hisce legibus hisce regionib(us) ° [sic, uti dixi, hanc tibi aram, 9
Iuppiter optime maxime, do] dico dedicoque, uti sis volens propitius
mihi collegisqu[*e*] ° [meis decurionibus colonis incolis coloniae Mar- 10
tia*e*] [*I*]uliae[4] Salonae, coniugibus liberisque nostri[*s*].

^{V} 108. Lex dedicationis Brixiana.

CIL V suppl. Italicum n. 1273. Dess. 4910. E tabula marmorea litteris optimis scripta compluribus paginis, quarum unius quinque versus integri, sequentis quinque versuum initia servata sunt; descripsi in museo Brixiano.

. . . . $\overline{\text{I}}$.[5]
itque eadem lege sacrum esto.
Si quot
donum pecuniave aut stipes huic
signo dono datae erunt[6] itq(ue) si IIvi-
ri decurionesq(ue) coloni coloniae
Civicae Aug(ustae) Brixiae vendere volue[*rint*] . . . .
[*fu?*]neris c[*ausa?*] . . .
fieri iu[*sserit*] . . .
. . . facito . . . .
Si hosti[7] . . . . .
caeder . . . . .
secun . . . .

109. Lex arae urbanae a. 84—96.

CIL 6,826 = 30837^{b}; Or. 736. Dess. 4914. Tituli compluria exemplaria videntur prodiisse Romae, unum in Quirinali ex fundamentis ecclesiae S. Andreae, alterum loco incerto; neutrum ex iis recte descriptum habemus; tertii notitia tantum superest. [^{VII} *Quae una columna praebet lapis, damus duabus columnis.*]

Haec area, intra hanc	clausa veribus, et ara, quae 3
2 definitionem cipporum	est inferius, dedicata est ab 4

---

[1] *Intell.:* quamvis exta non deponat. — [2] eadem *tradunt auctores meliores.* — [3] *Cf. supra p. 286 n. 3.* — [4] Martia | c. Iuliae *Tragurinus.* — [5] *Haec littera sola e praescriptione superest.* — [6] *Similia sunt in lege Furfonensi (No. 89) v. 8.* — [7] *Agitur de hostiis caedendis; cf. leges Furfonensem v. 15, Narbonensem v. 15, Salonitanam v. 7.*

imp. Caesare Domitiano Aug.
Germanico [1] ex voto suscepto,
quod diu erat neglectum nec
redditum, incendiorum
arcendorum causa,
quando urbs per novem [2] dies
arsit Neronianis temporibus.
Hac [3] lege dedicata est, ne cui
liceat intra hos terminos
aedificium exstruere, manere,
nego[*t*]iari, arborem ponere
aliudve quid serere,
et ut praetor, cui haec regio
sorti obvenerit, sacrum faciat [4]
aliusve quis magistratus
Volcanalibus X. k. Septembres
omnibus annis vitulo robeo
et verre [5] . . . r. ac precationibus
infra scriptam aedi . . . k. Sept.
ianist . . . .
. . . dari . . . . quaes . .
quod imp. Caesar Domitianus
Aug. Germanicus pont. max.
constituit q . . . .
fieri.

110. Lex rivi incerta.

𝕮 12,2426. E lapide in Savoia prope oppidum Echelles ad flumen Gayer a. 1787 reperto. — Mo. Hermes 4,283.

Lex rivi Ul . . . .
Si quis in eo m-
ixserit spurcit(iam)
fecerit [6], in tem(plum)
Iovis d(omestici?) X [7] I d(ato*)*. De-
l(atoris) pars dim(idia) esto [8],
nesi l. p. v. [9]

111. Ex legibus incertis de aquaeductibus urbis Romae (*e Front.*).

(*Frontinus de aquis urbis Romae c. 94:* dum altius repeto leges, de singulis collata [10] quaedam apud veteres aliter observata inveni. apud antiquos . . . . . . cautum ita fuit:)

---

[1] *Verba* ab imp. Caesare Domitiano Aug. *in exemplo primum invento erasa fuerunt.* — [2] *Scilicet cum sexto die incendio, quod accidit a. 64, finis factus esset, mox denuo erupit teste Tacito ann. 15,40.* — [3] et hac *ex. I.* — [4] sacrum faciat *ex. II*, litaturum se sciat *ex. I.* — [5] *Hic finit ex. I; quae sequuntur in ex. II, lacera sunt et parum bene lecta.* — [6] *Cf. No. 104 et infra cap. XI, 23 squ.* — [7] *i. e.* denarium. — [8] *Praemium delationis in titulis sepulcralibus saepius additur; cf. infra cap. XI, 38; Wilm. 298:* qui detulerit accipere debebit sum(mae) s. s. quartas; *𝕮 3,125 n. 684:* delatori den.cc n. — [9] *Notae quid significent, non liquet.* [^{VII} nesi (= nisi *cf. 104^{b},6*) l(egi) p(arcere) v(olet), *scilicet si delator etiam suam (dimidiam) partem Iovis d(omestici?) arcae inferre mavult, proponit Seckel.*] — [10] collata *Gundermann*, qui lata *cod.*

Ne quis privatus aliam [1] ducat quam quae ex lacu humum accidit [2].

(haec enim sunt verba et leges: id est quae ex lacu abundavit; eam nos caducam vocamus. — *c. 97:* in isdem legibus adiectum est ita:)

Ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice saliet; si quis oletarit, sestertiorum decem milia multatum [3] esto.

10. *Addi potest fragmentum quod servavit Festus in glossa lacera p. 340* sifus (= *tubus*) *sumptum ex* [le]ge rivalicia *lata* [rogant]e populum Ser. Sulpicio:

[mon]tani paganive si[fis aquam dividunto]: donec eam inter se [diviserint], ... s [4] iudicatio esto.

112. Lex metalli Vipascensis.

𝕮 2 S., 5181. Dess. 6891. E tabula ahenea a. 1876 in Lusitaniae parte meridionali prope vicum Aljustrel in aerifodinis vetustis nuper denuo apertis reperta (a. 0,82, l. 0,53), effracta a latere dextro ita ut tricenae fere in quovis versu perierint litterae. Tertiam fuisse legis tabulam numerus III *ostendit in ima tabula positus. Fuit lex fiscalis metallo, quod v. 2 Vipascense appellatur, ab imperatore dicta, qua non solum res metallaria sed in universum quidquid ad vicum territoriumve metalli, ut v. 37 dicitur, pertinebat tamquam lege colonica ordinabatur.* [*VII Datam eam esse post Hadriani tempora fragmentum a. 1906 inventum (n. 113) ostendit.*] — *Tabulae utrumque latus eandem inscriptionem proponit, nisi quod in alterius initio accedunt versus undecim, in fine alterius septem, ut priore exemplo propter causas nescio quas improbato in altera parte alterum incisum esse videatur. Secundae scripturae versus cum pressius scripti sint, prior scriptura quaedam habet deficientia in secunda. Lex in capita divisa est, quibus rubricae praescriptae sunt, numeri non adiecti. — Editiones sunt: Soromenho, la table de bronze d'Aljustrel, Lisbonne 1877. Huebner in Eph. ep. 3,165—189. Bruns ZRG. 13,372. Wilmanns, Zeitschr. f. Bergrecht 19,2. J. Flach, Paris 1879. Berlanga, Hispaniae Anteromanae Syntagma, p. 625. — In hac editione ea, quae ex priore scriptura suppleta sunt, lineolis subductis indicavi; cetera supplementa sunt Huebneri, Mo., aliorum.* [*VII Cf. Buecheler Arch. f. Lexicogr. 2, 605.*]

Centesimae argentariae stipulationis. Conductor ea- 1
[*rum venditionum quae per* [5] *auctio*]-

---

[1] aquam *add. Buecheler.* — [2] accidit *Graeuius*, accedit *cod.* — *Posteriore tempore ne hoc quidem licebat. In capite mandatorum, quod servavit Frontinus c. 111, sic est:* caducam neminem volo ducere nisi qui meo (*sic cod., non* nostro) beneficio aut priorum principum habent. *Cf. supra leg. Urson. c. 100.* — [3] multatum *cod.* — [4] [praetoris *Ursinus; sed cuinam hanc iudicationem lex commiserit, definiri non potest.* Th. M.] — [5] *Hueb.:* stipulationum quae ob.

2 nem intra fines metalli Vipascensis fient, exceptis iis, quas proc(urator) metallorum iu[*ssu imp*(*eratoris*) *faciet, centesimam a vendito*]-

3 re accipito. Conductor ex pretio puteorum, quos proc(urator) metallorum vendet, cen[*tesimam ab emptore*[1] *accipito.*]

4 Si instituta auctione universaliter omnia addicta fuerint, nihilo minus venditor ce[*ntesimam conductori socio acto*]-

5 rive eius praestare debeto. Conductori socio actorive eius, si volet stipulari a v[*enditore, is promittito. Conductor*]

6 socius actorve eius ⟨*eius*⟩ quoque summae, quae excepta in auctione erit, centesimam exigito. ~ [*Qui res sub praecone*]

7 habuerit, si eas non addixerit et intra dies decem, quam sub praecone fuerint, de condici[*one vendiderit, nihilo minus con*]-

8 ductori socio actorive eius centesimam d(are) d(ebeto). Quod ex hoc capite legis conduct[*ori socio actorive eius debebitur,*]

9 nisi in triduo proximo quam debere coeptum erit, datum solutum satisve factum erit, du[*plum d*(*are*) *d*(*ebeto*)].

10 Scripturae praeconii. Qui praeconium conduxerit, praeconem intra fines praeb[*eto. Pro mercede ab eo qui venditionem*]

11 X L[2] minoremve fecerit, centesimas duas, ab eo qui maiorem[3] X C fecerit, centesimam exig[*ito. Qui mancipia sub praecone venum*]

12 dederit, si quinque minoremve numerum vendiderit, capitularium in singula capita [𐆖 . . ., *si maiorem numerum vendi*]-

13 derit, in singula capita 𐆖 III conductori socio actorive eius dare debeto. Si quas [*res proc*(*urator*) *metallorum nomine*] fisci ven-

14 det locabitve, iis rebus conductor socius actorve eius praeconem praestare debeto. Q[*ui inventari*]um cuiusque rei vendun-

15 dae nomine proposuerit, conductori socio actorive eius 𐆖 I d(are) d(ebeto). Puteorum, quos proc(urator) metallorum vendiderit, em-

16 ptor centesimam d. d. Quod si in triduo non dederit, duplum d. d. Conductori socio actorive eius pignus cape⟨*re*⟩ liceto.

17 Qui mulos mulas asinos asinas caballos equas sub praecone vendiderit in k. sing.[4] 𐆖 III d. d. Qui mancipia aliamve quam re[*m sub*]

18 praeconem subiecerit et intra dies XXX de condicione vendiderit, conductori socio actorive eius [*idem d*(*are*) *d*(*ebeto*)].

19 Balinei fruendi. Conductor balinei sociusve eius omnia sua inpensa balineum, [*quod ita conductum habe*]bit in

---

1) *Cf. ZRG. 13,380. — Cf. v. 15—16.* — 2) *Aut hic scribendum* C, *aut postea* L. — 3) *Hic incipit exemplum prius.* — 4) K(apita) sing(ula).

pr. k. Iul.[1] primas omnibus diebus calfacere et praestare debeto a 20
prima luce in horam septim[*am diei mulieribus*] et ab hora octava
in horam secundam noctis viris arbitratu proc(uratoris) qui metallis 21
praeerit. Aquam in [*alveum*[2] *usque ad*] summam ranam[2] hypo-
caustis et in labrum ta*m*[3] mulieribus quam viris profluentem recte 22
praestare debeto. Conductor a viris sing(ulis)
aeris semisses et a mulieribus singulis aeris asses exigito. Excipiun- 23
tur liberti et servi [*Caes(aris) qui proc(uratori)*] in officis[4] erunt vel
commoda percipient, item inpuberes et milites. Conductor socius 24
actorve eius [*instrumentum balinei et e*]⟪t⟫a omnia quae
ei adsignata erunt integra conductione peracta reddere debeto nisi 25
si qua vetustate c[*orrupta erunt*]. Aena quibus
utetur lavare tergere unguereque adipe e recenti tricensima qua- 26
que die recte debeto. [*Si qua necessaria refectio inpedi*]-
erit[5], quo minus lavare recte possit, eius temporis pro rata pensio- 27
nem conductor reputare deb[*eto. Praeter*][6] haec et siquid
aliut eiusdem balinei exercendi causa fecerit reputare nihil debebit. 28
Conductori ve[*ndere ligna*] nisi ex recisamini-
bus ramorum quae ostili idonea non erunt ne liceto. Si adversus hoc 29
quid fecerit, in singul[*as venditiones HS*] centenos n(ummos) fisco d. d.
Si id balineum recte praebitum non erit, tum proc(uratori) metallo- 30
rum multam conductori quo[*ti*]ens recte praebitum non erit usque
ad HS CC dicere liceto. Lignum conductor repositum omni tem- 31
pore habeto, quod diebus . . . . [*satis sit.*]

Sutrini. Qui calciamentorum quid loramentorumve, quae 32
sutores tractare so[*lent, fecerit clavomve cali*]ga-
rem fixerit venditaveritve sive quid aliut, quod sutores vendere de- 33
bent, vendidis[*se intra fines convictus erit, is*]
conductori socio actorive eius duplum d(are) d(ebeto). Conductor 34
clavom ex lege ferrariar[*um vendito. Conductori soci*]o
actorive eius pignus capere liceto. Reficere calciamenta nulli licebit 35
nisi cu[*m sua dominive*[7] *quis curaverit refece*]rit-
ve. Conductor omne genus calciamentorum praestare debeto: ni ita 36
fecer[*it unicuique ubi volet emendi*] ius
esto. 37

---

[1] pr(idie) k(alendas) Iul(ias). — [2] *Partes balinei; cf. Flach p. 42.* — [3] tan. — [4] offiois. — [5] *Ita Flach, Mo.:* Si non per conductorem factum erit. *Illud praeferendum videtur propter sequens* aliut. [*VII* Si vis maior damnumve fatale inpedi- *Hirschfeld apud Dessav.*] — [6] *Hueb. et Wilm.:* propter, *relata voce ad v. 25:* Aena cet., *non recte.* — [7] *Cf. v. 40.*

Tonstrini. Conductor frui debeto ita, ne alius in v[*ico metalli Vipascensis inve*]
38 territoris eius tonstrinum quaestus causa faciat. Qui ita tonstrinum fecerit, in sin[*gulos ferramentorum usus 𐆖 . . . . .*]
39 conductori socio actorive eius d(are) d(ebeto) et ea ferramenta commissa conductori sunto. [*Excipiuntur servi*] qui
40 dominos aut conservos suos curaverint. Circitoribus, quos conductor [*non miserit, tondendi ius ne es*]to. Con-
41 ductori socio actorive eius pignoris captio esto. Qui pignus capientem prohibuerit, [*in singulas prohi*]bitiones 𐆖 V d(are)
42 debeto. Conductor unum pluresve artifices idoneos in portionem recipito.
43 Tabernarum fulloniarum. Vestimenta rudia vel recurata nemini m[*ercede polire nisi cui conductor so*]-
44 cius actorve eius locaverit permiseritve liceto. Qui convictus fuerit adversus ea qui[*d fecisse, in singulas la*]cinias
45 𐆖 III conductori socio actorive eius d(are) d(ebeto). Pignus conductori socio actoriv[*e eius capere liceto*].
46 Scripturae scaurariorum et testariorum. Qui in finibus met[*alli Vipascensis . . . . scau*]ri-
47 as argentarias aerarias pulveremve ex scaureis rutramina⟨*ve*⟩[1] ad mesuram pondu[*sve . . . . . purgare tundere ure*]re[2] expe-
48 dire frangere cernere lavare volet quive lapicaedinis opus quoquo modo facien[*dum suscipiet, quos ad id*] faciendum
49 servos mercennariosque mittent, in triduo proximo profiteantur et solvan[*t 𐆖 . . . . conductori quo*]que mense
50 intra pr(idie) k(alendas) quasque: ni ita fecerint, duplum d. d. Qui ex alis locis ubertumbis ae[*ris argentive ru*]tramina[1] in
51 fines metallorum inferet, in p(ondo) C 𐆖 I conductori socio actorive eius d. d. Qu[*od ex hoc capite*] legis condu-
52 ctori socio actorive eius debebitur neque ea die, qua deberi coeptum erit, solu[*tum satisve factum erit*], d(uplum) d. d.
53 Conductori socio actorive eius pignus capere liceto et quod eius scauriae pu[3][*rgatum tunsum ustum expeditum frac-*]
54 tum cretum lavatumque erit quive lapides lausiae expeditae in lapicaedi[*nis erunt, commissa ei sunto, nisi quid-*]

---

[1] *Cf. Buecheler l. c.* — [2] *Plin. n. h. 33,4,69:* Quod effossum est, tunditur, lavatur, uritur, molitur. *Cf. Flach p. 53.* — [3] *Hic finit exemplum secundum.*

quid debitum erit conductori socio actorive eius solutum erit; ex[*cipiuntur servi et liberti*][1] 55
flatorum argentariorum aerariorum qui flaturis dominorum patron[*orumque operam dant*]. 56
Ludi magistri. Ludi magistros a pro(curatore) metallorum immunes es[*se placet*]. 57
Usurpationes puteorum sive pittaciarium. Qui intra fi[*nes metalli Vipascensis puteum locum*]- 58
que putei iuris retinendi causa usurpabit occupabitve e lege metallis dicta, b[*iduo proximo quod usurpaverit occupa*]- 59
verit apud conductorem socium actoremve huiusce vectigalis profiteatu[*r* 60

VII 113. Eiusdem legis fragmentum, a. 1906 repertum.

E tabula ahenea, e pluribus non prima, fortasse ultima; rep. a. 1906. Desc. qui repp. Burthe, ingénieur de la société des mines; edd. Cagnat, Journal des savants 1906 p. 441 sqq. et p. 671 sq. cum simulacro; Mispoulet, Nouv. revue hist. 31 p. 20 sqq. cum commentario; Mitteis Z. S. St. 1906, p. 356 sq. — Agitur de occupatore putei, qui et pretii dimidiam partem fisco dare et opus sine intermissione facere debet; si cunctabitur, alii occupandi ius dabitur, qui ipse partem dimidiam fisco debebit. — Sociorum ius XII tabulis morosum debitorem tractantibus simile est. Fiscus partem suam vendere solet, eique, qui a fisco emit, alii ex colonis vendere licet. — Sequuntur regulae de puteis agendis cum poenis eorum, qui contra eas regulas facient; liberi servique a finibus metallorum excludentur, praeterea servi flagellis caedentur, liberorum bona in fiscum redigentur.

. . . .] Ulpio Aeliano suo salutem.[2]

. . . [*pretia secundum liberalitatem sacratissimi imp(eratoris) Hadriani*] ‖ Aug. praesens numerato. Qui ita non fecerit et convictus erit prius coxisse venam quam pretium sicut ° supra scriptum est solvisse pars occupatoris commissa esto et puteum universum proc(urator) metallorum ° vendito. Is qui probaverit ante colonum venam coxisse quam pretium partis dimidiae ad fiscum pertinen°tis[3] numerasse partem quartam accipito.

Putei argentari ex form[*a*] exerceri debent quae hac lege continetur; quorum pretia secundum 5

---

1) *Cf. v. 39.* — 2) *i. e.* [procurator provinciae] procuratori metalli Vipascensis. *Cf. Mispoulet l. c. p. 5.* — 3) *Cf. quod de thesauris refert J. 2,1,39:* Thesauros, . . . divus Hadrianus naturalem aequitatem secutus . . . si quis in Caesaris loco invenerit, dimidium inventoris, dimidium Caesaris esse statuit.

6 liberalitatem sacratissimi imp(eratoris) Hadriani Aug. obser°vabuntur
it[*a*] ut ad eum pertineat proprietas partis quae ad fiscum pertinebit,
qui primus pretium puteo fecerit ° et sestertia quatuor milia nummum
fisco intulerit.

Qui ex numero puteorum quinque unum ° ad
venam perduxerit, in ceteris sicut supra scribtum est opus sine intermissione
facito; ni ita fecerit [*alii*] ° occupandi [*ius*] esto. Qui
10 post dies XXV praeparationi impensarum datas opus quidem ° statim
facere coeperit, diebus autem continuis decem postea in opere
cessaverit alii occupandi ° ius esto. Puteum a fisco venditum continuis
sex mensibus intermissum alii occupandi ius ° [*es*]to ita ut
cum venae ex eo proferentur ex more pars dimidia fisco salva sit.

O[*ccu°pa*]tori puteorum socios quos volet habere liceto ita ut
pro ea parte qua quis socius erit impensas ° conferat. Qui ita·non
fecerit tum is qui impensas fecerit rationem impensarum factarum
15 a se ° continuo triduo in foro frequentissimo loco propositam habeto
et per praeconem denuntiato ° sociis ut pro sua quisque portione
impensas conferat. Qui ita non contulerit quive quid dolo ° malo
fecerit quominus conferat quove quem quosve ex sociis fallat, is
eius putei partem ne ° habeto eaque pars socii sociorum ut qui impensas
fecerit esto.[1] ° Et ii[*s*] coloni[*s*] qui impensam fecerint in eo
20 puteo in quo pluris socii fuerint repetendi a sociis quod ° bona
fide rogatum[2] apparuerit ius esto. Colonis inter se eas quoque
partes puteorum quas ° a fisco emerint et pretium soluerint vendere
quanti quis potuerit liceto. Qui vendere suam partem ° quive
emere volet apud proc(uratorem) qui metallis praeerit professionem
dato; aliter emere aut vendere ° ne liceto. Ei qui debito[*r*] fisci
erit donare partem suam ° ne liceto.

Venas quae ad puteos prolatae
25 ° [*i*]acebunt ab ortu solis in occasum ii quorum erunt in officinas
vehere debebunt, qui post occa°sum solis [*us*]q(ue) in o[*r*]tu[*m*]
venas a puteis sustulisse convictus erit, HS ∞ nummos fisco inferre
debeto. ° Venae furem si servos erit procurator caedito et ea conditione
vendito ut in perpetuis ° vinculis sit neve in ullis metallis
29 territorisve metallorum moretur; pretium servi ad dominum ° pertineto;
liberum procurator confiscato et finibus metallorum in perpetu[*u*]m
prohibeto.

---

[1] *Cf. D. 17, 2, 52, 10 de oratione Divi Marci quae socio qui cessantium portiones insulae restituerit, dominium totius rei dedit.* — [2] erogatum *Mitteis.*

° Putei omnes diligenter fulti destinatique sunto proque putri materia colonus cuiusque putei no°vam editionem sub[*i*]cito. Pilas aut fulturas firmamenti causa relictas attingere aut ° violare dolove malo quid facere quominus eae pilae fulturaeve firmae et ..... sint ne liceto. ° [*Q*]ui puteum vitiasse labefactasse aliutve quid dolo malo fecisse quominus is puteus ° firmus sit convictus erit si servos erit flagellis arbitratu proc(uratoris) caesus ea conditione a dom[*i*]°no veneat ne in ullis metallis moretur; liberi bona proc(urator) in fiscum cogito et finibus ei metal°lorum in perpetuum interdicito.

Qui puteos aerarios aget a cuniculo qui aquam metallis ° subducet recedito et non minus quam quinos denos pedes utroque latere relinquito. [*Cu*]°niculum violare ne liceto. Proc(urator) explorandi novi metalli causa ternagum a cuniculo agere ° permittito ita ut ternagus non plures latitudinis et altitudinis quam quaternos pedes habeat. ° [*V*]enam infra quinos denos pedes ex utroque latere a cuniculo quaerere caedereve ne liceto. ° [*Q*]ui aliter quit in ternagis fecisse convictus erit, servos flagellis arbitratu proc(uratoris) caesus ea condi°tione [*a*] domino veniet ne in ullis metallis moretur; liberi bona proc(urator) in fiscum cogito et fini°bus ei metallorum in perpetuum interdicito.

Qui puteos argentarios [*aget*] a cuniculo qui ° aquam metallis subducet recedito et non minus quam sexagenos pedes utroque latere relin°quito et eos puteos quos occupaverit adsignatosque acceperit in opere uti determinati erunt ° habeto nec ultra procedito neve ecbolas colligito neve ternagos ita agito extra finis putei adsignati [*ut*] .....

^{VII} 114. Lex de villae Magnae colonis data ad exemplum legis Mancianae.

E lapide reperto a. 1896 in Africa non longe a Bagrada in ruderibus dictis Henchir Mettich. Edd. Toutain l'inscription d'Henchir Mettich (Mémoires présentés à l'Académie des inscr. ser. I vol. 11,1 p. 31 sqq.), 1897; Schulten die lex Manciana (Abh. d. Gött. Ges. d. Wiss. II 3), 1897; recognoverunt ille Nouvelle revue historique de droit 1899, hic Rhein. Ph. 56, 1901 p. 120 sqq. 187 sqq. Cf. praeterea Scialoja et Vaglieri bull. dell' Istit. di diritto romano 9, 1897 p. 185 sqq.; Seeck Zeitschr. f. Sozial- und Wirthschaftsgeschichte VI, 1898 p. 305 sqq., Neue Jahrb. f. d. klass. Alterth. I, 1898 p. 628 sqq.; H. Krüger ZSSt. 20, 1899 p. 267 sqq. Loca nonnulla difficiliora rogatus a Dessavio nobis contulit Merlin.

In basi lapidis sub prima pagina: [*H*]ec lex scripta a Lur(i)o Victore Odilonis magistro et Flavio Geminio defensore; Felice Annobalis Birzilis.

Pro sal]ute Aug(usti) n(ostri) im[*p*(*eratoris*)] Caes(aris) Traiani prin[*c*(*ipis*)] totiusqu[*e*] domus divine[1] optimi Germanici Pa[*r*]thici. Data a Licinio [*Ma*]ximo et Feliciore Aug(usti) lib(erto) procc(uratoribus) ad exemplu[*m*] *leg*]is Manciane. § 1.[4] Qui eorum[2] [*i*]ntra fundo villae Magne Variani id est Mappalia Siga[3], eis eos agros qui su[*b*]cesiva sunt excolere permittitur lege Manciana ita ut eas qui excoluerit usum proprium habeat.[4] Ex fructibus qui eo loco nati erunt, dominis aut conductoribus vilicisve eius f(undi) partes e lege Manciana prestare debebunt hac condicione: coloni fructus cuiusque culture quos[5] ad area[*m*] deportare et terere debebunt, summas de[*fer*]ant arbitratu [*s*]uo conductoribus vilicis[*ve ei*]us f(undi) et si conductores vilici⟪s⟫ve eius f(undi) in assem pa[*rtes co*]l(on)icas[6] daturas[7] renuntiaverint tabellis[*que obsignatis* . . .][8] es[9] caveant eius fructus partes, qu[*as presta*]re debent, conductores vilici⟪s⟫ve[10] eius f(undi) [*colo*]ni colonicas partes prestare debeant. § 2[4]. Qui in f(undo) villae Magnae sive Mappalia Siga villas habent habebunt dominicas[11] eius f(undi) aut conductoribus vilicisv[*e*] eorum in assem partes fructu⟨*u*⟩m et vinea⟨*ru*⟩m ex consuetudine Manciane cu[*i*]usque gene-

---

[1] *Offendit* 'domus divine' *elocutio cum a Traiani temporibus abhorrens tum inter imperatoris nomen et cognomina interposita.* — 2) *Ex hoc articulo* 'Qui eorum' *colligitur fundum villae Magnae partem esse eius territorii, de cuius colonis* (*cf. IV 23*) *tractabant versus legis Mancianae antecedentes. Verbi gratia:* Qui coloni agros excolere volent, qui eorum intra fundos villarum morabuntur, eis eos agros . . . *et pro* permittitur lege Manciana *fuit:* permittitur hac lege. — 3) *Requiri* habitabunt *monet Schulten coll. IV 23,33; idem disserit de nomine* Mappalia Siga (*Poeno*) *et de villa Magna plurium fundorum.* — 4) § 1 *de emphyteutis ut agri rudis cultoribus,* § 2 *de eis qui cultae iam terrae incubuerunt.* — 5) *Vaglieri;* quot *priores.* — 6) par[*tes*] colicas *Seeck ex imagine;* pa[*rtes co*]licas *Schulten Rh. Ph. ex làpide* (*ante legerant* . . . . icas). — 7) *Exspectes* (se) datur|os; *attraxit* 'partes' *femininum prope antecedens.* — 8) *suppl. Seeck.* — 9) es *vel* fs; [*s*(*ine*)] f(raude) s(ua) *Seeck.* — 10) conductores vilici⟨⟨s⟩⟩ve *Schulten*, conductoribus vilicisve *H. Krüger.* — 11) dominis *ins. Schulten.*

ris habet prestare debebunt: tritici ex a-
ream partem tertiam, hordei ex aream
[*part*]em tertiam, fabe ex aream partem qu-
[*ar*]tam, vinu[1] de laco partem tertiam, ol-
[*ei co*]acti partem tertiam, mellis in alve-
[*is*] mellaris sextarios singulos. § 3. Qui supra
quinque alveos II. 1
habebit in tempore quo [*vin*]-
demia mellaria fu[*it fuerit*],
dominis aut conduct[*oribus vili*]-
cisve eius f(undi) qui in assem [*colunt*][2]
d(are) d(ebebit). Si quis alveos, examina, apes, [*vasa*]
mellaria ex f(undo) villae Magne sive M-
appalie Sige in octonarium agru[*m*]
transtulerit quo fraus aut dominis au[*t*]
conductoribus vilicisve eis quam[3] fiat, al[*v*]-
ei⟪s⟫, exam⟨*in*⟩a, apes, vasa mellaria, mel qui in [*eo f(undo)*]
erunt conductoribus[4] v[*ili*]corumve in assem e[*ius*]
f(undi) erunt. § 4. Ficus aride arbo[*res . . . q*]ue[5] extra pom[*a*]-
rio erunt, qua pomariu[*m in*]tra villam ipsam
sit, ut non amplius iu[. . . . .] . . at[6], col[*on*]-
us arbitrio suo co[*actorum fructuu*]m con[*ducto*]-
ri vilicisve eius f(undi) par[*tem d(are) d(ebebit)*]. § 5. Ficeta ve[*te*]-
ra et oliveta, que ante ha[*nc lege*]m [*sata sunt, ex*] consuet[*u*]-
dine⟪m⟫ fructum conductori vilicisve eius presta[*re*]
debea⟨*n*⟩t. § 6. Si quod ficetum postea factum erit, eius fic[*eti*]
fruct⟪uct⟫um per continuas ficationes quinque
arbitrio suo eo[7] qui seruerit percipere permittitur,
post quintam ficationem eadem lege⟪m⟫ qua s(upra) s(criptum) est
conductoribus vilicisve eius [*f(undi)*] p(restare) d(ebebit). § 7. Vineas
serere
colere loco veterum permittitur ea condicione [*ut*]
ex ea satione proxumis vindemi[*s*] quinque fructu[*m*]
earum vinearum is qui ita fuerit[8] suo arbitr⟨*i*⟩o per-

---

[1] *sic lapis.* — [2] colunt *supplevi collato libello* Geminii Eutychetis (*cf. infra*) *1, 2:* in asse colens, *et h. l. IV, 24.* — [3] usquam *proposuerim vel* eis qu(i) (in) a(sse)m *male correptum.* — [4] conductorum *scr.* — [5] quae? — [6] iu[*geris tot pa*]teat *vel* iu[*sta vindemia fi*]at *proposuit Schulten.* — IIAT *certum est.* — [7] eo] *sic lapis.* — [8] severit *emendavit Seeck,* secuerit *Schulten* (*Rh. Ph. 56,131*).

cip[*i*]at itemque post quinta(m) vindemia(m) quam ita sata
erit, fructus partes tertias e lege Manciana conduc-
30 toribus
III 1 v[*ilicisve*] eius in assem dare debe-
bu[*nt.* § 8. *O*]livetum serere colere in
eo loc[*o*] qua quis incultum excolu-
erit permittitur ea condici《ci》one u-
5 t ex ea satione eius fructus oliveti q-
uid ita satum est per olivationes pro-
ximas decem arbitrio suo permitte-
re debeat [1], item post olivationes (decem) ole[*i*]
coacti partem tertiam [*c*]onducto-
10 ribus vilicisve eius f(undi) d(are) d(ebebit). § 9. Qui inserue-
rit oleastra post [*olivationes qui*]nque par-
tem tertiam d(are) d(ebebit). § 10. [. . . . . . .] [2] in f(undo)
ville Magne Var[*iani*] si[*ve*] Mappaliae
Sige sunt eruntve ex[*tra eo*]s agros qui
15 vicias habent, eorum a[*gr*]orum fruct-
u《u》s conductoribus vilicisv[*e e*]ius d(are) d(ebebunt); custodes e-
xigere debebu⟨*n*⟩t. § 11. Pro pecora [*que i*]ntra f(undum) ville M-
agne sive Mappalie Sig[*e*] pascentur, in pecora sin-
gula aera quattus [3] conductoribus vilicisve do-
20 minorum eius f(undi) prestari debebu[*n*]t. § 12. Si quis ex f(undo) ville
Magne [*siv*]e Mappalie Sige fructus stantem pen-
dentem, maturum inmaturum cae[*cide*]rit excider-
it, exportaverit deportaverit conbuserit desequer-
it [4] seq[. .]enii [5] detrimentum conductoribus vilicisve eius f(undi)
IV 1 coloni erit ei cui de[. . . .[6]
tantum prestare d(ebebit). § 13. [*Si qui in f*(*undo*) *ville Mag*]-
ne siv(e) Mappalie Sige [*arbores frugiferas se*]-
verunt severint [*iis eius superficiei usum*]

---

[1] permittere debeat] percipiat *vel* perc. permittitur *fuitne in l. M.? cf. II 27/28.* — [2] [Qui agri in herbis consiti] *Schulten, Rh. Phil. p. 131. Rostowzew sic legit:* q[*ui a*]gr[*i herbosi*]. — [3] *de* quattus *vocabulo cf. Buecheler, Arch. f. lat. Lexicographie 1, p. 102; Rh. Phil. 57, p. 325.* — [4] *Sic Toutain* = desecuerit. — [5] seq[(*uentis bi*]enii *Schulten; fuitne* sequens, *vel ut monet Hirschfeld* seq[*u*]ens inde, *scilicet ut iungantur:* sequens detrimentum conductoribus (= detrimentum quod emerserit conductoribus) coloni erit (= a colono resarcietur conductoribus)? — [6] ei cui de[*bet p. colonicas alterum*] *suppl. H. Krüger.*

qui e legitimo [. . . . . . .]
testamen[. . . . . . [1] . . . . *sup*]-
erficies . . . hoc tempus lege Ma[*nciana*]
ritu [2] . . . fiducieve data sunt dabuntur . . . [*id*]
. . ve ius fiduciae lege Manciana serva[*bitur* . . . § 14. *Qui*]
superficiem ex inculto excoluit excoluer[*it ibique*]
. . . aedificium deposuit posuerit eive [3] qui [*coluit colere*]
desierit perdesierit eo tempore, quo ita ea superfi[*cies*]
coli desit desierit ea quo fuit fuerit ius colendi dumtaxa-
d bienn⟨*i*⟩o proximo ex qua die colere desierit servatu[*r*]
servabitur; post biennium conductores vilici⟪s⟫ve eor[*um* . . .] [4]
Ea superficies que proxumo anno ⟪f⟫culta [5] fuit et coli [*desi*]-
erit conductor vilicusve eius f(undi) ea [6] superficies esse dicit-
ur denuntiet superficiem cultam . . . . . .
denuntiationem denuntiatur . . . [7] testa[. . .]-
o itemque insequentem annum . . . . . at ea sine que[*re*-
l]a eius ⟪eius⟫ f(undi) [8] post biennium conductor vilicusve[8] co[*lere de*]-
beto. § 15. Ne quis conductor vilicus[*ve eoru*]m [9] inquilinum [*eius*]
f(undi) [10]. § 16. Coloni qui intra f(undum) ville Magne [*sive*] Mappalia
Sige habit-
abunt dominis aut conduct[*oribus vilicisve*] in assem [*qu*]-
odannis in hominibus [*singulis in arati*]ones ope-
ras n(umero) II et in messem op[. . . . . . .] [11] generis
singulas operas bin[*as*] pr[*estare debebunt*]. § 17. Coloni
inquilini eius f(undi) intra . . . anni n-
omina sua conductor[*ibus vilicisve* . . . . *i*]n custo-
dias singulas qu[. . . . .]nent [12]

---

[1] *l. 5 et 6 sic restituit Seeck:* [*post* . . . *annos liberis*] qui e legitimo [*matrimonio procreati sunt*] testamen[*to relinquere licet* . . . .] *collato loco legis Hadrianae:* heredi relinquendi. — *Equidem ad sensum propono: eis*] qui e legitimo [*iure ad hereditatem eius venient vel*] testamen[*to instituti heredes erunt*] *scilicet ut non solum legitimus sed quilibet heres in colonatum succedat.* — 2) ritu] [pigno]|ri . . *temptarim sive fuit* pign]oribu[s] *sive* pignori⟨s⟩ t[itulo] (*quod et Dessauio et mihi in mentem venit*) *sive alia.* — 3) *leg.* isve. — 4) eo co[*lere*]? — 5) *An fuit* exculta? — 6) *ins.* ei cuius? — 7) essegabit *vel* essechatis *Schulten* (*Rh. Phil. p. 196*) *ad lapidem*, . . . sigales *idem ex ectypo et phot.* — 8) eius f. *post* conductor vilicusve *transp. Schulten.* — 9) *sic Schulten;* vilicusve [*s*]er[*vu*]m *Toutain.* — 10) *Excidisse* plus quam . . . prestare cogat *coni. Schulten; 22/23* inquilinum[*v*]/e coloni *iungit Toutain.* — 11) [et in sarritiones cuiusque generi] *suppl. Schulten.* — 12) qu[*as*] agr[*is*] *Schulten secundis curis, de litteris* gr *dubitans.*

35 ratam seorsu[*m* . . .]um.
§ 18. Stipendiarior[*um qui in f*(*undo*) *ville Magne sive M*]appa-
lie Sige habitab[*unt* . . . .]uas c-
onductoribus vil[*icisve* . . .]cust-
odias f(undi) servis dominic[. . .]nit est

quae sequuntur quinque lineae legi non possunt.

VI 115. Ara legis Hadrianae.

Basis tribus lateribus inscripta, rep. a. 1892 in Africa ad Ain-Wassel non longe a Thugga et Thubursico Bure (*cf.* ℭ *8,15470 sqq.*), *est Tunete. Ed. qui repperit Carton revue arch. ser. 3 vol. 19, 1892 p. 214, vol. 21, 1893 p. 21; La Blanchère collections du Musée Alaoui p. 134, alii, tractaverunt Mispoulet nouvelle Revue hist. 1892 p. 117, Schulten Herm. 29, 1894 p. 207; post repertum lapidem n. 116. Carcopino mél. de l'Ecole fr. le Rome 26, 1906 p. 440, Mispoulet Nouvelle Revue hist. 1907 p. 43. Nobis textum constituit Dess. — Linea subducta notavimus quae redeunt in simili monumento n. 116 vel supplementa ex eo adsumpta.*

1.

[*pro salute et incolumitate*] [1]
[*imp. Caes. L. Septimi Severi Pii*]
[*Pertinacis Aug. et imp. Caes.*]
[*M. Aurelii Antonini Aug.*]
1 [*et L. Septi*]mi Severi Get[*ae*] [2]
[*Caes. et Juliae D*]omnae Aug. matr.
[*cast*]rorum, aram legis divi Ha-
driani Patroclus Auggg. [3] lib.
5 proc. instituit et legem infra
sc⟨*r*⟩iptam intulit.
Exemplum [4] legis Hadrianae
in ara proposita [5]. Sermo procu-
ratorum. Qui[*a*] [6] Caesar n(oster) pro in-
10 fatigabili cura⟪tor⟫ per qu-
am adsidue pro humanis uti-
litatibus excubat omnes par-
tes agrorum qua[*e*] [7] tam oleis

2.

[*aut vineis quam frumentis aptae*]

---

1) *Supplementum incertum.* — 2) Get . . *litteras erasas agnovit Merlin.* — 3) *tertia* g *erasa.* — 4) intulit ⟨*ad*⟩ exemplum *Schulten p. 230, refragante lapide, in quo v. 7 novum caput incipit.* — 5) *Requiritur* propositum. — 6) quid. — 7) quam.

[*sunt excoli iubet, idcirco permissu*]
[*providentiae eius potestas fit*]
[*omnibus etiam eas partes*]
[*occupandi*] quae in centu[*ris*]
[*elocat*]is saltus Blandiani ⟨*et*⟩
Uden[*sis*] et [*in*] iis partibus su[*nt*]
quae ex saltu Lamiano et Dom[*i*]-
tiano iunctae[1] Thusdritano
sunt nec a conductoribus ex[*er*]-
centur[2]; isque qui occupaverint pos-
sidendi ac fru[*en*]di⟪i⟫[3] eredique s[*u*]-
o relinquendi id ius datur
quod et lege Ha⟨*dria*⟩na[4] compre-
hensum de rudibus agris
et iis qui per X an⟨*n*⟩os conti-
nuos inculti sunt; nec ex
Blandiano et Udensi sal-
⟪*sal*⟫tu maiores [*p*]artes[5] fruc-

3.

[*tuum*] . . . .
. . . .
. . . . . [*si quis lo*]c]*a neglecta a conduc*]-
toribus occupave[*rit, quae dari so*]-
lent tertias part[*es fructuum da*]-
bit. De his quoque r[*egionibus quae*]
ex Lamiano et Domi[*tiano saltu iun*]-
ctae[6] Thusdritano sun[*t tantundem da*]-
bit. De oleis quas quisq[*ue aut in scro*]-
bibus[7] posuerit aut oleastris [*inse*]-
ruerit, captorum fructuum nu[*lla pars*]
decem proximis annis exiget[*ur*];
set nec de pomis septem annis proximis;
nec alia pom(a) in divisione(m) umquam
cadent qu[*a*]m[8] quae venibunt a posses-

---

1) *Sic, et deinde* Th *contignatum* (iuncta Th- *primi editores*). — 2) *Supplevit Schulten.* — 3) fruidii. — 4) Hana. — 5) dartes. — 6) *Sic potius quam* [iun]cta *lapis* (*cf. not. 1*). — 7) *Supplevit Mispoulet* (. . bibus *recte videtur lectum esse a La Blanch,* . . . ribus *plerique editores; cf. Merlin Klio 8, 1908 p. 156*); *cf. Columell. 3,13 cet.* — 8) qum.

soribus. Quas partes aridas fruct[*u*]-
15 um quisque debebit dare, eas pr[*o*]-
ximo buinquennio ei dabit in
cuius conductione agr(um) occupa-
verit; post it tempus rationi.[1]

VII 116. 'Sermo' et epistulae procuratorum de terris vacuis excolendis.

Hunc ut praecedentum libellum damus secundum Dessavium: Lapis in quattuor lateribus inscriptus, rep. a. 1906 in Africa, loco dicto Ain-Dschemala, circ. 20 chil. a n. 115 orientem versus, 6 chil. a Thignica. Ed. qui repperit Carcopino mél. de l'Ecole franç. de Rome 26, 1906 p. 365 sqq. cum imaginibus, adiecto commentario. Tractaverunt Mispoulet Nouvelle Revue historique 1907 p. 5 sqq.; Schulten Klio 7, 1907 p. 188 sqq.; denuo Carcopino Klio 8, 1908 p. 154 sqq. — Linea subducta notavimus quae redeunt in simili monumento n. 115 vel supplementa ex eo adsumpta.

1.

. . . .
. . . .
1 . . . . tuant[2], rogamus, procurato-
[*res, per pr*]ovidentiam vestram, quam
[*nomine Ca*]esaris praestatis, velitis nobis
[*et utilitat*]i[3] illius consulere, dare no⟪*b*⟫-
5 b[*is eos agros*] qui sunt in paludibus et
in silvestribus instituendos olivetis
et vineis lege Manciana condicione
[*s*]altus Neroniani vicini nobis cu . .
. . eremus[4] hanc pe[*tit*]ionem nostr[*am*]
10 . . ndum suprascriptum n . . .[5]
[*i*]ncrementum habit . . .[6]
. . . .
. . . .

2.

. . . .
. . . .

---

1) *Scilicet Caesaris* (*i. e. fisco*). (*Lapis hoc loco integer; nihil deficit.*) — 2) . . ivani *vel* . . . tuani *vel* . . . tuant. — 3) *Supplevit Schulten.* — 4) Cu[*m ed*]eremus. — 5) [*fu*]ndum suprascriptum N[*eronianum*]. — 6) habit[*atorum*] *supplet primus editor.*

iubeas. Sermo procurato[*rum im*]-
p. [*C*]aes.[1] Hadriani Aug. Quia Cae[*sar n. pro*]
infatigabili cura sua, per qu[*am adsi*]-
due ⟨*pro*⟩ humanis utilit⟨*at*⟩ibus excu[*bat, om*]-
nes partes agrorum, quae tam oleis au[*t*]
vineis quam frumentis aptae sunt [*ex*]-
[*c*]oli iubet, itcirco permissu⟪*m*⟫ prov[*id*]-
[*en*]tiae eius potestas fit omnibus e[*tia*]-
m[2] eas partes occupandi quae in c[*ent*]-
[*u*]ris elocatis saltus Blandiani e[*t U*]-
[*de*]nsis ⟨*et*⟩ i[*n illi*]s partibus sunt q[*uae ex*]
[*saltu Lamiano et Domitiano iunctae*]
[*Thusdritano sunt nec a conductoribus*]
[*exercentur* cet.]

3.

. . . .[3]
. . . . [*si quis lo*]ca neglecta a co[*ndu*]-
[*ctoribus o*]ccupaverit, qua[*e da*]-
[*ri sole*]nt tertias partes fructuu[*m*]
[*dabit. De*] eis quoq. regionibus qua-
[*e ex*] Lamiano et Domitiano
[*saltu*] iunctae Tuzritano sunt
[*tantum idem*] dabit. De oleis quas quis[*q. in*]
[*scrobibu*]s [*po*]suerit aut oleas[*tr*]-
[*is inseruerit*], c[*aptor*]um fruct[*uum*]
[*nulla pars decem proximis annis exige*]-
[*tur*] cet.

4.

. . . .
[*E*]arinus et Dor[*ypho*]rus Primige[*nio*]
[*s*]uo salutem. Exemplum epistulae scrip-
tae nobis a Tutilio Pudente egregio viro
ut notum haberes et it quod subiectum est
[*ce*]leberrimis locis propone[4]. Verridius
Bassus et Januarius Martiali suo salut[*em*].

---

1) paes. — 2) *Suppl. Carcopino.* — 3) *Reliquias litterarum exiguas has enotavit Carcopino, adiecto quoque numero litterarum quae periisse videntur:* . . (4) : . ua . . (8) . . ob (*vel* d) . . . . (8) . . . mm . . . . (8). — 4) *Sic potius lapis quam* proponi.

Si qui agri cessant et rudes sunt, s[*i qui sil*]-
vestres aut palustres in eo sal[*tuum trac*]-
[*tu, v*]olentis lege Mancia[*na* . .

CAPUT II.

TESTAMENTA ET LAUDATIONES FUNEBRES.

117. Testamentum Dasumii (a. 108 p. C.).

ℭ 6,2,10229. Magnae tabulae marmoreae, cui inscriptum erat hoc testamentum (a. 3 m., l. 1 m.), frustula quaedam a. 1820 et 1830 prope Romam reperta servantur in horto Instituti archaeologici Germanici; quibus totius tabulae altitudo fere integra conficitur, latitudinis vix septima pars. Reliquiae media e tabula effractae sunt; initio minor numerus litterarum deesse videtur quam in fine; omnino singulos versus octogenas litteras continuisse intellegitur ex versuum 61/2 et 63/4 supplementis certis. Supplementa temptaverunt Ambrosch, annali 1831 p. 388, plenius paulloque audacius Rud. ZGR. 12,301; novissime ea retractavit Mo. in ℭ l. l., unde hic repetuntur. Annum indicaverunt consulum nomina v. 124 servata. Testatorem fuisse Dasumium quendam probabile est; qui num fuerit auctor SC. Dasumiani, cuius in D. 40,5,36. 51,4 mentio fit, non constat. [Notus est L. Dasumius Tullius Tuscus (ℭ 6,1526) filius naturalis P. Tullii Varronis, adoptatus sine dubio a nescio quo L. Dasumio Tusco; eius Tusci hoc esse testamentum et Varronis filium heredem primo loco in eo institutum sub nominis ferendi condicione, cum Borghesio putaverim, quamquam ipse Borghesius postea reiecit; initium formavi, quasi haec certa essent. Th. M.]

° [*Test*]amentu[*m L. Dasumi Tusci?*]

° [*Quod post vitae cursum con*]fectum praest[*antissimum est,*
rem cum nomine filio relinquere, ° *quoniam mihi natura negavit,*]
amicus rarissim[*us P. Tullius Varro quem genuit filium* ° *natu*
primum, si eum pater nome]n meum laturum po[*llicitus erit,* . .
5 ° . . *mearum fortu*]narum ex uncia [*heres esto* . . . . ° *cernitoque in*
diebus C prox]imis quibus scie[*rit poteritque.* . . *Item* ° *Dasumia* . .
filia mea p]ientissima mihi [*heres esto ex* . . *cernitoque eadem con-*
dicione. ° *Item* . . . . *f*]ilia Serviani ex [. . *mihi heres esto cernito-*
que eadem condicione. ° *Item* . . . .]us meus mihi heres [*esto ex* . .
10 *cernitoque eadem condicione.* ° *Item* . . . . *et* . . *m*]ihi heredes sunto

[*ex . . cernuntoque eadem condicione. Denique . .* ° *eadem condicione*
ex . . m]ihi heres esto [1].

Si Da[*sumia filia non creverit, . . ex . . mihi heres esto, item*
° *. . . . ex . . mihi heres e*]sto, iique cernunto [*in diebus C proxi-*
mis quibus scierunt poteruntque. ° *Si nec eorum quisquam*] creverit,
tunc Sy [2] [*. . mihi heres esto . . .*]

° [*. . . Amicis*] infra scriptis qu[*isquis mihi heres erit* ° *dare* 15
damnas esto singul]is auri p(ondo) libras: Iuli[*o . . . .* ° *. . . .*]no, Vo-
lusio Iuliano, [*. . . .* ° *. . . . Plinio (?)*] Secundo, Cornelio [*Tacito (?)*
. . . . . ° *. . . . . A*]uspicato; singulis [*argenti p*(*ondo*) *. . . .* ° *. . . . Mi*]- 19
nicio Iusto, Fabul . . . . (*multisque aliis*) [3] (19—26)

° [*. . . Pro (?)*]culo iurisconsulto, Ateio M[. . . ° . . .]no, Cornelio 27
Seni, Iulis Threp[*to et . . .* ° *. . .*]oro adfini meo 𐆖 CXXV co[. . .
° *. . . fideiq*]ue eius eorumque comitto u[*t . . .* ° *. . . sub inscriptione* 30
nominis m]ei consecrent; Cordubae it[*em . . .* ° *. . . sub inscrip*]tione
nominis mei consec[*rent . . .* ° *. . . Volo*] opera supra scripta fiant
ei[*us eorumque arbitratu . . .* ° *. . . fidei*]que eius eorumque com-
mit[*to ut perficiantur . . .* ° *. . . ita ut supra scriptum*] est. 35

Dasumiae Syche nutric[*i do lego . . .* ° *. . .* Venugum Arrum
piscator[*es . . .* ° *. . . item . . quae*] elegerit praeterquam 𐆖 C[. . .
° *. . . item argenti es*]cari et potor[*i*] ex meo quod e[*legerit . . .*
° *. . . item chartam si*]ve philuram calculatoriam . . . .

° [*. . . . e*]t Sabinum notarium et My[. . . ° *. . . rat*]ionibus red- 40
ditis cum cont[*ubernalibus suis liberos esse volo.* ° *Item . . . .*]m
cocum et Crammicum c[. . . ° . . .] et Diadumenum notarium [. . .
° *. . . item . .*]onem sumptuarium ration[*ibus redditis cum contuber-*
nali sua ° *ita ut eam in m*]atrimonio habeat fidele. Iu[*beo . . .* 45
° *. . . in a*]rculis pusillis componi. Tu . . . .

° . . . [*C*]olono lib(erto) 𐆖 cIↄ; Dasumiae Sy[*che libertae* 𐆖 *. . .*
° *. . . li*]b(erto) 𐆖 cIↄ; Heliopaedi l(iberto) 𐆖 cIↄ; Ca[. . . ° . . .] sin-
gulis 𐆖 cIↄ; Eurotae lib(erto) 𐆖 [. . . ° *. . . volo dar*]i. 50

Eros vestiarius ratione u[*t oportet reddita . . .* ° *. . . paeda*]-
gogus ratione reddita, Pho[*ebus . . . . liberi sunto.* ° *Si que*]m ex
his alio scripto liberum [*esse vetuero, is liber ne esto. . . .*

° *. . . Quodcum*]que vicensimae nomine e[*x lege publica debe-* 53

---

[1] *Sequitur virgula capitis indicandi causa, hic et v. 55.* — [2] *Recte fortasse editores priores nomen Syches nutricis hic suppleverunt e v. 35.* — [3] *Fieri potest ut etiam vv. 27 et 28 ad hoc caput trahendi sint.*

bitur . . . ° . . . *propter eos omn*]es quos liberos esse iussi, eo s[*oluto*
55 *iis qui solverunt heredes meos* ° *reddere volo fideique it*]em
eorum committo.[1]

Quis[*quis mihi heres erit dato* . . *et* . . . ° . . . *denarios* . . *ita*
ut ii dent tri]buant concedant sine ull[*a controversia* . . *liberto fundum*
. . . ° . . . *preti denariorum* . . *et ho*]c amplius ✱ $\overline{V}$ et hoc amplius
[*us* . . .; *item ut supra nominati* . . . ° . . . *ancillae*] cum primum
manumissa [*fuerit, dent tribuant concedant* . . . ° . . . *a*]rculam, Thal-
60 [*l*]um ornato[*rem* . . . ° . . . *item ut supra nomin*]ati dent tribuant
concedan[*t sine ulla controversia* . . . ° . . . *Thau*]masto Anatellonti
liberti[*s in singulos annos quandiu quis eorum* ° *vivet, initio cuiusque*
an]ni vestiari nomine singul[*is denarios* . . . ° . . . *item Te*]rpno
Achilli Heliopaedi lib[*ertis initio cuiusque anni vestiari* ° *nomine*
singulis in sing]ulos annos quandiu quis eo[*rum vivet denarios* . .;
65 *item* . . . ° . . . *libertis quandi*]u quis eorum vivet initio c[*uiusque*
anni vestiari nomine denarios . ., *idque* ° *ita ii danto cura*]ntove
dare.

Infra scriptis c[*ondicionibus do lego Septumae Secundini* ° *materterae*
meae patera]m auream meam maxima[*m* . . . ° . . . *es*]t et
Diadumenum cubicul[*arium* . . . ° . . . *e*]t Stephanum dropacatorem
70 [. . . ° . . .]orem et Faustum sutorem e[*t* . . . ° . . . *paria m*]ularum
quae elegerit cum [*carrucis. Do lego Septumae* ° *materterae meae*
pienti]ssimae hoc amplius Epaphro[*ditum* . . . ° . . .]tum medicum,
Philocyrium [. . . ° . . . *item signa mea aure*]a et argentea omnia
75 et ima[*gines argenteas meas omnes* . . . ° . . . *Rogo autem, Septuma,*
pie]tatem tuam, ut cures in pub[*lico proponi signa* ° *deorum imperatorumque,*]
quae ubique habeo, in amp[*liorem nominis nostri honorem.*
° *Rogo item ut* . . . . *d*]ispensatorem rationibus [*redditis* . . .
° . . . *et* . . . .]em et Eutychen cubicul(arium) maio[*rem(?) manumittas*
. . . *Hoc* ° *amplius do lego mat*]erterae Septumae Secundin[*i* . . .
80 . . . *Menecraten Paede*]rotem. Menecraten et Paedero[*tem rogo ne*
manumittas, ° *sed in eodem o*]pere illos habeas donec viv[*ent, quo*
habui ego, . . . ° . . . *quoniam n*]ullo merito meo tam valde [*offenderunt*
. . . ° . . . *gestione improba et ini*]qua. Septumae materterae
m[*eae hoc amplius do lego* . . . ° . . .]us meis habuit fideique eius
85 n[. . . ° . . . *committo. Hoc a*]mplius Septumae matertera[*e meae do*

---

[1] *Sequitur virgula capitis indicandi causa ut v. 11.*

lego . . . ° . . . *cu*]rsorem, Encolpium actorem [. . . ° . . . *denique* 86
sestertiu]m sexagies quod beneficio . . .

[*Memoriae* ° *meae colendae caus*]a intra biennium quam mo[*r-*
tuus ero, quisquis mihi heres heredesve erit eruntve, ° *eorum fidei*
com]mitto, uti praedium, in quo[*d per eos, quorum curae mandavi*
ut secundum ° *verba testamenti hui*]us reli[*quias*] meas cond[*erent,* 90
. . . ° . . . *reliquiae*] meae inlatae fuerint, cui[*cumque sive antea*
sive testamento hoc libertatem ° *dedi sive codicillis ded*]ero, prae-
[*t*]erquam Hymno pess[*ime de me merito,* . . . ° . . . *iis cum adia-*
cen]tibus silvis instructum ma[*ncipio det ita, ut ne de nomine eorum*
exeat, neve . . . ° . . . *vendant, pig*]nore dent, cedant, condonen[*t;*
eius autem qui ex his decesserit portionem ° *reliquis volo adcrescere,* 95
done]c in rerum natura esset un[*us eorum. Quodsi liberti libertae-*
que in rerum . . . ° . . . *natura omnes esse de*]sierin[*t, t*]unc ad
libertorum [*meorum posteros, donec in rerum natura sit* ° *unus*
eorum, idem volo perti]nere; quod si esse desierit, [*ultimus eo-*
rum] . . . .

. . . . ° [*Cum a*]utem in tam multas partes [*id praedium distri-*
buerim . . . ° . . . *nec pariter om*]nes un[*i*]versa possidere rel[*icta*
sibi possint, . . *ex iis* . . . ° . . . *curatores praedii eius A*]chillen, 100
Heliopaeden, Cym[*aeum (?) constituo, omnium autem, quibus in id* . . .
° . . . *ius est suffragio cur*]atorem substitui curatori [*qui decesserit*
iubeo, et ab eorum uno, quem ipsi ° *curatores elegerint,*] alimenta
omnia computar[*i et reditus distribui volo. Sic* ° *enim effectum iri*
exist]imo, ut ab uno omnia percip[*iant omnes*] . . . .

. . . . ° [*Fidei omnium her*]edum meorum committo, t[*uae autem*
maxime, carissima filia, . . . ° . . . *ne pati*]aris post me quemquam 105
ill[*o loco sepeliri neque eorum quos ipse manumisi* . . . ° . . . *neque*
in post]erum libertorum tuorum.

P[*orro monimentum meum colere volo ex libertis* . . . ° . . . *meis*
praeci]pue Thaumastum et Anat[*ellontem, aditum autem et ambitum*
. . . ° . . . *eo volo habere omn*]es, quos s[*i*]ve ante testamen[*tum sive*
testamento posteave manumisi, praeter ° *te, Hymne, qui quamvis*]
plurimum tibi praestitiss[*em* . . . ° . . . *ipse recordaris qua*]e a te 110
passus sim aut timuer[*im.*] . . .

° [*Corpus meum*] Ursi Serviani domini mei et [. . *curae com-*
mendo . . . ° . . . *lectu*]m ferri volo per Serviani mei li[*beros. Moni-*
mentum volo . . *liberti cura* . . . ° . . . *intra dies* . . *postquam de-*
fu]nctus ero consummari, in q]*uod impendantur denariorum milia*

114 . . . ° . . . *Sumptuum rationem eu*]m reddere volo Serviano me[*o.*
115 *Item cura eius volo lapidi incidi* . . . ° . . . *testamenti huius exem-*
plu]m et poni ad latus monimen[*ti mei*].
[*Quisquis heres heredesve* . . . ° . . . *mihi erit eruntve, e*]um
eosque rogo fideique eiu[*s eorumque committo, ut quae cui hoc* . . .
° . . . *testamento dedi l*]egavi, ea vicensimis omnib[*us non deductis*
persolvantur, et aut reddant ° *quod solutum erit vicensimae*] nomine
aut vicensimae n[*omine cum eo ad quem ea res pertinebit* . . . ° . . .
pacis]cantur aut decidant aut in [*arbitrum compromittant.*] . . .
120 . . . ° [*Si quid codicillis alio*]ve quo ge[*ner*]e scriptum sig[*na-*
tumque reliquero, valere volo, quasi testamento . . . ° . . . *scriptum*
signatu]mque reli[*quisse*]m.
Liturae [*inductionesque quae in hoc* . . . ° . . . *testamento in-*
veniuntur, i]am testam[*ent*]i fac[*i*]undi [*et signandi tempore ibi*
fuerunt].
[*Testamentum* ° *scribendum curavi per* . .]ntidiu[*m C*]ampa-
124 num testa[*mentarium* . . . ° . . . *Ael*]io H[*adria*]no et Trebatio
Pr[*isco cos.*]
125 ° [*Quisquis mihi heres erit*], do lego damnasq[*ue esto dare*
. . . ° . . . *imp. Caesari Nervae Traia*]no Aug. Germanic[*o Dacico,*
. . . ° . . . *Sos*]io Senecioni singu[*lis* . . . ° . . . *arge*]nti p. V; Otacilio
129 Or[. . . ° . . .]medico HS $\overline{X}$. I[*tem* . . . ° . . .]s HS $\overline{CCCC}$, ex qu[*o-*
rum reditu . . . ° . . .] Eurota lib[. . . ° . . .]tione di[. . . ° . . .]c
ex . . . . .

118. Testamentum Galli cuiusdam civis Romani.

(Saec. I p. C.)

𝕮 13,5708. Dess. 8379. Hoc testamenti fragmentum folio membranaceo (cuius marginibus imminutis paginae prioris versuum quorundam litterae primae, posterioris extremae perierunt) saec. X servatum in bibliotheca Basileensi a W. Wackernagel repertum ab Ad. Kiessling (Anecdota Basileensia, 1863) primum editum est; denuo cum notis criticis et exegeticis ab E. Huebner, annali 36,200. Id apparet descriptum esse de monumento Lingonis cuiusdam in Gallia Lugdunensi (II, 6). Bene igitur Hu. testamentum cum iure civili conceptum sit, factum esse conicit post Lingones ab imperatore Othone civitate Romana donatos (Tac. hist. 1,78), neque vero multo post, cum stricta iuris observatio et genus dicendi saec. I indicent. [‘Id etiam nepotis nominibus comprobari mihi videtur, cum ipse vel potius pater eius nomina ‘quae sunt Sex. Iulius (II, 3) ab eo a quo in civitatem, receptus sit, accepisse censendus sit; is autem, nisi egregie fallor, Sex. Iulius Frontinus fuit, ‘qui strategem. IV 3,14 ipse de se refert, Lingonum civitatem, quae ad Ci-

‘*vilem desciverat*, cum adveniente exercitu Caesaris [*Domitiani*] populationem timeret, a se [*scilicet a. 70*] ad obsequium redactam septuaginta milia ‘armatorum sibi tradidisse. *Si igitur Sex. Iulius Aquilinus pater illo tempore fortasse pro meritis nescio quibus erga Romanos Romana nomina cum ‘civitate accepit, testamentum nostrum circa Traiani fere aetatem incisum ‘esse conicere licet’. Hirschfeld, cuius causa Duemmler professor Basileensis locos nonnullos dubios inspexit.] Textum mendose descriptum emendarunt cum Kiessling et Huebner tum Mo. et Henzenus in notis apud Huebnerum* [^{VII} *et in* 𝔈]. *Tractavit etiam Hu. Multa 305—7.*

I. . . [*cellam, quam* ° *a*]edificavi memoriae, perfici volo ad exemplar quod dedi ita, ut exe°̲⟨*d*⟩ra sit eo ⟨*loco*⟩, in quo statua sedens ponatur marmorea ex lapide ° quam optumo transmarino, v*el*[1] aenea ex aere tabulari quam optumo, ° alta⟪m⟫ ne minus p(edes) V. Lectica[2] fiat sub exedra et II subsellia ad ° duo latera ex lapide transmarino. Stratui ibi sit quod sternatur ° per eos dies quibus cella memoriae aperietur, et II lodices et cervi°̲calia duo par(ia) cenator(ia) et aboll*ae* II *et*[3] tunica. Araq(ue) ponatur ante ° id aedific(ium) ex lapide Lunensi quam optimo sculpta quam optume, ° in qua ossa mea reponantur. Cludaturq(ue)[4] id aedifi(cium) lapide Lu°̲nensi ita, ut facile aperiri et denuo cludi possit.

Colaturq(ue) id ae°̲dificium et ea pomaria et lacus arbitratu Philadelphi et Veri liber°̲torum meorum, impensaq(ue) praestetur [*ad*] reficien*d*um[5] restituend(um), si quid ° ex iis vitiatum corru⟨*p*⟩tumq(ue) fuerit; colaturq(ue) a tribus topiaris et ° discentib(us) eorum, et si qui*s*[6] ex iis decesserit decesserintve subtra°̲⟨*c*⟩tusve erit in vicem eius eorumve alius ali⟪o⟫ve substituant(ur); accipi°̲ant⟨*q*⟩ue singuli ex tribus tritici modios LX in ann(os) sing(ulos) et vesti°̲ar(i) nomine XXX[7]. Aquila autem nepos meus et h(eredes) eius haec prae°̲stare debeto debento. I*n*scribanturq(ue)[8] in aedificio extrinsecus ° nomina mag(istratuum), quibus coeptum erit id aedificium et quot annis vixero.

Si ° quis alius aliave unquam in iis pomariis, quemadmodum eos ° . . (12) . . eri . (5) . ac umii . . (20) . . indussi[9], com-

---

1) ubi. — 2) legtica. — 3) abollet II. — 4) claudatur *mutatum* in cludatur. — 5) p̄stetur // reficientium. — 6) quid. — 7) *Mo. dari triticum putat, ne monetae depravatio libertis noceat, unde post Neronem conditum esse testamentum colligit. Hen. coni.* Ӿ XX. — 8) III (*corr. fortasse ex* IIII) scribanturq.; *em. Hu.* — 9) *Hu.:* [*locos coli, cons*]eri, [*perfici*], a[*dit*]um [*ad eos fieri i*]ussi. *Mo.:* [*hortos det*]er[*minavi et l*]acum [*margine*] in[*cl*]ussi. *Hirschfeld:* [*hortos cippis t*]er[*minavi*] ac [t]um[*ulum* . . .] in[*cl*]ussi.

22 bustus ° sepultusve confossusve conditusve consitusve propiusve iis
po°maris ⟨*erit sive aliquis*⟩ aliquid[1] adversus ea facturus fuerit,
quae s(upra) s(cripta) s(unt), id h(eres) ° h(eredes)q(ue) mei ⟨*heredis
ne sinito sinunto idemque quae s*(*upra*) *s*(*cripta*) *s*(*unt*) *d*(*amnas*)[2]⟩
d(amnates) esto sunto ea omnia ita fieri neq(ue) aliter fieri.

25 Loco ° autem huic lex haec in perpetum dicitur neq(ue) quisquam
post me do°minium postestatemve eorum locorum habeto nisi in
hoc, ⟨*ut*⟩ melius co°lantur et conserantur perficianturq(ue). Aditum
[*itum actum ad id aedific*(*ium*) (*20*) ° (1*8*) *habeant quicumque*] ad
29 id colendum[3] pedib(us) et vehiculis et staticulis ° [*adibunt* . . . .
1 *Si quis*][4] ° combustus suffossusve monimentumve[5] factum illatave II.
2 ossa propiusve *iis* posita ° quidve *a*[6] quibus factum fuerit i[*n*[7]] iis
pomariis et locis et s⟨*a*⟩eptis eorum, que⟨*m*⟩ ° ad modum supra
scripsi, Sex. Iul(ius), Sex. Iuli Aquilini fil(ius), Aquila et h(eres)
h(eredes)q(ue) eius s(upra) s(criptus) s(cripti) ° ⟨*si per eum eosve
steterit, quod*[8]⟩ ita factum non fuerit adversusve aliquit factum
5 fuerit, aut non caver⟨*int*⟩ ° ab herede heredibusque suis, ut ita
omnia serventur, quem ad modum s(upra) [*s*(*cripsi*), *d*(*are*) *d*(*amnas*)]
° d(amnates) e(sto) s(unto) *rei* public(ae)[9] civitatis Ling(onum) HS
n(ummum) C[10]. Haec poena[11] omnibus domini[*s*] ° huius possessionis
in perpetuum[12] inferatur.

Omnes autem liberti mei et liber[*tae*], ° quos et vivos et quos
hoc testamento manumisi, stipem conferant ° quotannis singul[*i
nummos sing*(*ulos*). *Et*] Aquila nepos meus et ⟨*h*(*eres*) *eius*⟩ pr[*a*]estet
10 quotanni[*s n*(*ummos*) . .], ° ex quibus edulia [*quisq*(*ue*) *sibi*[13]] paret
et potui, quod profane⟪i⟫tur infra ante ce[*l*]°lam memoriae quae
est Litavicrari[14], et ibi consumant — — —[15] ° morenturque
ibi donec eam summam consumant.

---

1) pomeris aliquid. [*Supplevi ego.* Th. M.] [*VII Iam* p(edes) m(ille) *ante* erit *coni. Mo.* — *Fortasse pro* pom . ris *fuit in lapide* p. m. erit.] — 2) *Hu. coni.:* heredesque mei heredis *propter I, 17. II, 3.5.9.* [*Reliqua addidi ego.* Th. M.] — 3) colentium. — 4) *Hu. recte:* Si vero, quae s. s. s., facta non fuerint, sive quis alius unquam. — 5) monimentive. — 6) propius imponi | queant. [*Emendavi ego.* Th. M.] [*VII Iam* propius ⟨p(edes)⟩ m(ille) pon[*e*] ve[*l*] ant[*e*] qui[*d*]v[*e*] *coni. Mommsen* CIL *l. c.* — 7) ibi. — 8) [*Addidi ego.* Th. M.] — 9) modum desit public., *explevit Mo.* — 10) *Intellege* C̄, *i. e. centum milia.* — 11) [*Inserendum* ab. Th. M.] — 12) perpetua. — 13) *Erasae litterae quinque.* — 14) *Utrum loci an personae hoc sit nomen, non liquet. In mentem revocat Kiessling Litavicum Haeduum e Caes. bell. gall. 7,37.* — 15) *Spatium vacat in codice.*

Vicibus ex se cura°tores ad hoc officium nominent, qui id officium annu*um*[1] habeant, habe°antque potestatem exigendi hos nummos; mandoque hanc curam ° Prisco Phoebo Philadelpho [*V*]ero[2] pos[*terisq*(*ue*) *eor*]um[3], curatoresque[4] ita nom⟨*i*⟩°nati s(*acra*) *f*(*aciant*)[5] quotannis in ara quae s(upra) s(cripta) est kalendis Aprilibus Maiis Iu°niis Iuliis August(is) Octobri*b*(*us*)[6].

Mando autem curam funeris mei ⟨*et*⟩ exequi°arum et rerum omnium et aedificiorum monumentorumque meorum Sex. ° Iulio Aquilae nepoti meo et Macrino Regini f(ilio) et Sabino Dumnedor . .[7] ° f(ilio) et Prisco l(iberto) m(eo) et procuratori, et eos rogo agant curam harum reru⟨*m*⟩ ° omnium, eorumque probatio sit earum rerum, quas iussi post mortem ° meam fieri.

Volo autem omne instrumentum meum, quod ad ve°nandum et aucupandum paravi[8], mecum cremari cum lanceis, gladei⟨*s*⟩, ° cultris, retibus, plagis, laqueis, thalamis[9], tabernaculis, formidinibus, ° balnearibus, lecticis, — —[10] sella gestatoria et omni medicamento [*et*] ° instrumento illius studi, et navem Liburnam[11] e[*x*] sci*rpo*[12], ita ⟨*ut*⟩ in°de nihil subtrahatur, et vestis polymit(ae) et plumari*ae*[13] ° quidquid[14] reliquero, et stellas[15] omnes ex[16] cornibus alcinis ‖ . .

VII 119. Testamentum C. Longini Castoris veterani per mancipationem factum, cum codicillis (a. 189).

E pap. B. U. 326. — Pap. duabus col. inscr. descr. Krebs. — Edd. Mo. Berl. Ak. Abh. 1894 p. 47 = Ges. Schrr. I p. 429 (*rep. Z. S. St. 16 p. 198 =*

---

[1] annua. — [2] ex *vel* ero *Kiessling;* ero, *ante* e *videtur fuisse* V *fragmentatum Duemmler. Cf. I, 11.* — [3] terris corū *dubitanter legit Kiessling,* pos . . . . . ū *Duemmler.* [VII pos[*t obitum me*]um *mavult Mo.* Ⓖ] — [4] qui. — [5] s(acra) f(aciant) *Hu.;* sacrificent *Kiessling;* qui *cod.* — [6] octobris. — [7] *In memoriam revocat Kiessling Dumnorigem, principem Haeduorum, Lingonibus confinium, e Caes. b. g. 1,9.* — [8] *Venatum et aucupium a Romanorum moribus aliena fuisse constat. Cf. Tac. ann. 2,56:* venatu et quae alia barbari celebrant — [9] *pro hoc vocabulo in margine adiecto* calamis, *scilicet aucupatoriis, e Mart. 14,218 coniecit Hercher.* — [10] *Spatium vacat in codice.* — [11] Ibis Liburnis inter alta navium. *Hor. epod. 1,1.* — [12] et scurfo *Kiessling emendavit e Plin. h. n. 7,206:* naves in Nilo ex Papyro ac scirpo. — [13] plumari quod, *cui locutioni fortasse subesse aliud ad equorum ornatum pertinens monet Hirschfeld.* — [14] *corr. alia manu ex* quicquid. — [15] *Kiessling commendat* sellas. — [16] *corr. ex* et.

Ges. Schrr. I p. 442); Scialoja bull. dell' ist. di dir. Rom. 7 p. 1. — Collignon, Nouvelle Revue 18 p. 573 cum notis Darestii. — Karlowa, Neue Heidelb. Jahrb. 4 p. 189 sq.

Ἑρμηνί]α διαθ(ήκης).

I. [Γάιος Λογγῖνος Κάστωρ οὐε]τρανὸς ἐντίμως ἀπολυθε[ὶ]ς
[ἐκ κλάσ̣σης Πραιτωρ̣ί]ας Μισηνῶν [δια]θήκην ἐποί[ησ]εν.
[Ἐλευθέρας εἶναι βούλομαι] Μαρ̣κέλλαν δού[λη]ν μ[ο]υ μίζονα ἐ[τ]ῶν
[τριάκοντα[1] καὶ Κλεοπάτραν] δούλην μου μ[ίζονα] ἐτῶν τριάκ[οντ]α[1]
[καὶ ἑκάστη ἔστω κληρο]νόμο[ς] ἐξ ἴσου μ[έρους] ἐμοῦ κληρον[ομ..]ν.[2]
[Λοιποὶ δὲ πάν]τες ἀποκληρόνομοι [. . .] ἔστωσαν. Προσ[ε]ρχέσ-
[θωσαν[3] τῇ κληρονομίᾳ̣] μου ἑκάστη ὑπὲρ τοῦ ἰδίου μέρους ὁπόταν[3]
[ ]ρασθαι[4] ἑαυτὴν ἐμοῦ κλ[η]ρονόμον εἶναι, μὴ ἐξῖ-
[ναι δ]ὲ π[ι]π[ρά]σκειν μηδὲ ὑποτίθεσθαι[5], ἀλλ' εἴ τι ἐὰν ἀν[θ]ρώπιν[ο]ν πά-
[θῃ] Μαρκέλλ[α] ἡ προγεγραμμένη, τότε τὸ μέρος τῆς κληρονομίας ἑαυτῆς
[πρ]ὸς Σαραπίωνα καὶ Σωκράτην καὶ Λόγγον καταντῆσαι θέλω, ὁμοίως
[Κλε]οπάτραν τὸ μέρος αὐτῆς πρὸς Νεῖλον καταντῆσαι θέλω· ὃς ἐάν μου κλη-
[ρον]όμος γέ[νητ]αι, ὑπεύθυνος ἔστω δῶναι ποιῆσαι παρασχέσθαι ταύ-

Interpretatio testamenti.

C. Longinus Castor veteranus honeste missus ex classe praetoria Misenatium testamentum fecit. Liberas esse volo Marcellam ancillam meam maiorem annis [triginta et Cleopatram] ancillam meam maiorem annis triginta; eaeque heredes ex aequis partibus mihi sunto; reliqui omnes exheredes sunto. Adeant autem heredes pro sua quaeque parte quando . . . . se heredem meam esse, ne liceat iis vendere neve pignerare; si vero aliquid humanitus acciderit Marcellae supra scriptae, tunc partem hereditatis eius ad Sarapionem et Socratem et Longum pervenire volo; similiter si Cleopatrae, partem eius ad Nilum pervenire volo. Quicunque mihi heres erit, damnas esto dare facere praestare omnia quae

---

1) *cf. Gai. I, 18.* — 2) κληρονόμ..ν *del. Mo.* — 3) προσ[ε]ρχέσθωσαν *et* ὁπίταν *Schubart.* — 4) *de* ὁρᾶ]σθαι ἑ. ἐ., *i. e. de cernenda hereditate cogitat Dareste.* — 5) *lex imperfecta rebus dicitur, cf. Mo. p. 54, qui Scaev. D. 30, 114,14. 32,38,4. 35,71 pr. adſert.*

[τῃ] πάντα [ἃ ἐ]ν ταύτῃ τῇ διαθήκῃ μου γεγραμμένα εἴη, τῇ τε πίστι [α]ὐτῆς παρακατατίθομαι. 15
[Σαρ]απιὰς δούλη μου, θυγάτηρ Κλεοπάτρας ἀπελευθέρας μου ἐλευθέρα ἔστω
[. . .]α̣ι̣ δίδωμι καταλίπω ἀρούρας σιτικὰς πέντε, ἃς ἔχω περὶ κώμην Κα-
ρα]νίδα ἐν τόπῳ λεγομένῳ Στρουθῷ. ὁμοίως ἄρουραν μίαν τέταρτον
[Κο]ιλάδος, ὁμοίως τρίτον μέρος[1] οἰκίας μου καὶ τρίτον μέρος ἐκ τῆς αὐ-
[τ]ῆς οἰκίας, ὃ ἠγόρησα πρότερον παρὰ Πραπεθεῦτος μητρὸς Θασεῦτος, 20
[ὁ]μοίως τρίτον μέρος[1] φοινικῶνος, ὃν ἔχω ἔνγιστα τῆς διώρυγος, ὃ καλεῖται. 21
II. Παλαιὰ διῶρυξ. Ἐκκο[μι]σθῆναι περιστ[αλ]ῆναί τε ἐμαυτὸ[ν] θέλω τῇ φροντίδι καὶ εὐσεβείᾳ 1
τῶν [κ]ληρονόμων μου. Εἴ τι ἐὰν ἐγὼ μετὰ ταῦτα γεγραμμένον καταλίπω τῇ ἐμῇ χειρὶ γεγραμμένον
οἵῳ δή [π]οτε τρόπῳ βέβα[ιό]ν μοι εἶναι θέλω. Ταύτῃ τῇ διαθήκῃ δόλος πονηρὸς ἀπέστη[3]. Οἰκετίαν χρή-
ματα τ[αύ]της διαθήκης γενομένης ἐπρίατο Ἰούλιος Πετρωνιανὸς σηστερτίου νούμμου ἑνός, ζυ- 4

in hoc meo testamento scripta sunt, et fidei eius committo. Sarapias, ancilla mea, filia Cleopatrae libertae meae libera esto (eique?) do lego tritici aruras quinque, quas habeo circa pagum Caranidem in loco qui dicitur Στρουθός; *item aruram unam et partem quartam item partem tertiam domus meae et partem tertiam domus quam emi antea a Prapetheute (matre Thaseute), item partem tertiam palmeti quod habeo prope fossam quae dicitur veterem. — Sepeliri pollingi*[2] *volo cura et pietate heredum meorum. — Si quid postea scriptum reliquero mea ipsius manu quolibet modo, ratum esse volo. Huic testamento dolus malus abesto. — Familiam pecuniamque hoc testamento facto emit Iulius Petronianus sest. num-*

---

[1] *De partitione legata cogitare videtur Mo.* — [2] *Sic Mo. ex corpore glossariorum vertit.* — [3] ἀπέστω *mavult Mo. p. 50, coll. formula* ab hoc monumento dolus malus ábesto. *cf. p. 340, no. 141, 4 l. 6.*

5 γοστα[τοῦ]ντος Γαίου Λουκρητίου Σατορνείλου ἐπέγνοι[1], ἀντεμαρτύρατο Μᾶρκον Σεμπρώνιον Ἡρα-
κλια[νόν], ἐπέγνοι[1]. Ἡ δια[θή]κη ἐγένετο ἐν κ[ώ]μῃ Καρανίδι νομῷ Ἀρσινοείτῃ πρὸ $\overline{ιε}$ καλανδῶν Νο-
εμβρ[ι]ῶν[2] δυσὶ Σιλάνοις ὑπάτοις, ∟λ[3] αὐτοκράτορος Καίσαρος Μάρ[κο]υ Αὐρηλίου Κο[μ]όδου Ἀντωνεί[ν]ου
εὐσέβοῦς εὐτυχοῦς Σεβαστοῦ Ἀρμενιακοῦ Μηδικοῦ Παρθικοῦ Σαρματικοῦ Γερμανικοῦ Ἁθὺρ $\overline{κα}$. Εἰ δέ
τι πε[ρ]ισσὰ γράμματα τῇ χειρί μου γεγραμμένα καταλίπω, βέβαια εἶναι θέλω.
10 Ἠνύγη[4] [κ]αὶ ἀνεγνώσθη Ἀρσινόει τῇ μητροπόλει ἐν τῇ Σεβαστῇ ἀγορᾷ ἐν τῇ στατιῶνι τῆς εἰκοσ-
τῆς τῶν κληρονομιῶν καὶ ἐλευθεριῶν πρὸ $\overline{θ}$ καλανδῶν Μαρτιῶν[5] ὑπάτοις τοῖς οὖσι ∟$\overline{β}$
αὐτοκράτορος Καίσαρος Λουκίου Σεπτιμίου Σεουήρου Περτίνακος Σεβαστοῦ Μεχεὶρ $\overline{κζ}$. Οἱ λοιποὶ σφρ(αγισταὶ)
Γάιος Λογγῖνος Ἀκυλας, ἐπέγνοι[1], Ἰούλιος Βολύσσιος, Μᾶρκος Ἀντίστιος Πετρωνιανός, Ἰούλιος
Γεμέλλος οὐετρ[α]νός.
15 Ἑρμηνία κωδικίλλων διπτύχων. Γάιος Λογγῖνος Κάστωρ οὐετρανὸς ἀπολυθεὶς ἐν-

mo I, libripende C. Lucretio Saturnino ἐπέγνοι[1], *antestato M. Sempronio Heracliano* ἐπέγνοι[1]. — *Testamentum factum est in vico Caranide pagi Arsinoïtici ante diem XV kal. Nov. duobus Silanis coss., anno XXX imp. Caesaris M. Aurelii Commodi Antonini Pii Felicis Aug. Armenici Medici Parthici Sarmatici Germanici, Athyr 21.* — *Sin autem aliud quid manu mea scriptum reliquero valere volo.* — *Apertum et recitatum Arsinoë in urbe in Augusti foro in statione vicesimae hereditatum et manumissionum ante diem IX kal. Mart. consulibus qui sunt, anno altero imp. Caes. L. Septimii Severi Pertinacis Aug. Mecheir VII.* — *Ceteri signatores C. Longinus Aquila,* ἐπέγνοι[1], *Iulius Volusius, M. Antistius Petronianus, Iulius Gemellus veteranus.*

Interpretatio codicillorum in diptycho scriptorum. C. Longinus

---

1) *Vox obscura.* — 2) *Oct. 18.* — 3) *Adnumerantur Commodo anni M. Aurelii patris, Mo. ZSSt. p. 202.* — 4) *Sic Blass* (ἠνύγη = ἠνοίγη, *i. e. apertum est); antea legebatur* ἠνύτη *(similiter l. 21* ἠνύτησαν*).* — 5) *Febr. 19.*

τίμως ἐκ κλάσσης πραιτωρίας Μισηνῶν κωδικίλλους ἐποίησα· Μᾶρκον Σεμπρώνιον Ἡρα- 16
κλιανὸν φίλον καὶ ἀξιόλο[γ]ον ἐποίησα ἐπίτροπον[1] τῇ ἰδίᾳ πίστι Συνγενεῖ Ἰουλίῳ Σ̣ερήνῳ δίδωμι
καταλίπω σηστερτίους νούμμους δ̅. Πρὸ ζ̅ εἰδῶν Φεβραριῶν τῇ ἰδίᾳ μου χειρὶ ἔγραψα. Ἐσφρά-
γισαν Λογγῖνος Ἀκύλας καὶ Οὐαλέριος Πρίσκος· σφραγισταὶ Γάιος Λογγῖνος Ἀκύλας, ἐπέγνοι[2], Ἰού-
λιος Φιλόξενος, Γάιος Λουκρήτιος Σατορνεῖλος, ἐπέγνοι[2], Γάιος Λογγῖνος Κάστωρ, Ἰούλιος Γεμέλλος οὐε- 20
τρανός. Ἠνύγησαν[2] καὶ ἀνεγνώσθησαν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ καὶ ἡ διαθήκη ἐλύθη. 21

Alia manu.

Γαιος Λούκκιος Γεμινι[ανὸ]ς νομικὸς Ῥωμαικὸς ἡρμήνευσα τὸ προκείμενον ἀντίγραφον καί ἐστιν συμφωνῶν τῇ αὐθεντικῇ διαθήκη.

Castor veteranus missus honeste ex classe praetoria Misenatium codicillos feci. M. Sempronium Heraclianum amicum et familiarem feci tutorem[1] fide ipsius. Cognato Iulio Sereno do lego sestertiorum nummorum quattuor milia. Ante diem VII idus Febr. mea ipsius manu scripsi. — Signaverunt Longinus Aquila et Valerius Priscus. Signatores C. Longinus Aquila, ἐπέγνοι, *Iulius Philoxenus, C. Lucretius Saturninus* ἐπέγνοι, *C. Longinus Castor, Iulius Gemellus veteranus. — Aperti et recitati eodem die quo testamentum solutum est.*

C. Lucius Geminianus, iuris peritus Romanus interpretatus sum suprascriptum exemplum, quod consonat genuino testamento.

^{VI} 120. Kaput ex testamento.

ℭ 3 S, 6998. Dess. 7196. E titulo reperto in oppido Phrygiae Nacolia, quem descriptum a Sterrettio Americano edidi Ephem. epigr. 5,585; finis deest.

Kaput ex testamento P. Aeli Onesimi Aug(usti) li[*berti*].

Civitati Nacolensium patriae meae amantissimae quamvis p[*lu*]rimum debeam, pro mediocritate tamen peculioli mei dari volo

---

1) *Mo. p. 52 de procuratore cogitat.* — 2) *Cf. p. 314 n. 1. 3.*

HS CC n(ummum) ea condicione, uti arbitratu Corneli ... ini et Corneli [*He*]syci faeneretur ea pecunia et ex usuris q[*uod conf*]ectum fuerit, p[*ro*]ximo triennio in sitonico[1] tribuant, ut q[*uo*]d[*q*]uod annis possit e[*o*] frumentum comparari. Et peracto triennio volo eius omnis pecuniae usuras quodquod annis civibus meis dividi politograp[*hia*][2] facta, die felicissimo natali domini n(ostri) Traiani Hadriani. Sport[*u*]li[*s*] autem partem dimidiam eius usurae tribui volo sic, ut [*p*]ar[*s*]dimidia die festo eoru[*m, quae* . . . .]idia appellantur, er[*ogetu*]r . . . .

^{V}121. Kaput ex testamento a. 385.

ℭ 14,2934. Dess. 8375. Orelli 4360. Praeneste in basi statuae dedicatae.

Postumio Iuliano[3] c. m. v.[4] ob meritum amorem et religi$^{\underline{\circ}}$onem, quam erga cibes universus habere satis dig$^{\underline{\circ}}$natus est.
. . . Ex(em)pl(um) tes(ta)m(enti) partis:
'Pos. Iulianus v. c.[5], sanus, salbus, sana quoq. mente integroq(ue) consilio, memor condicionis omane[6] testamentu(m)'
feci. Inter cetera:
'Civibus Prae(nestinis) omnibus dari bolo ex
massa Prae(nestina) kasam cui vocabulum est Fulgerita,
regione Camp(ania) terr(itorio) Prae(nestino), ita ut ad memori⟨*a*⟩m
meam per singulos annos sine dubio colant
spiritum meum, ita tam(en) ut conlocent statua(m) nomin(is)
mei in foro et hoc ipsum ex. pl. testam.[7] ascribant ibi, et non hab(ean)t potest(atem) dextraendi[8], ut si qua(n)do alienare[9] boluerint, fiscus possideat.

^{V}122. Codicilli (a. 175).

ℭ 10,7457. Dess. 8377. Or. 4359. E lapide magno Cephaloedii in Sicilia reperto, quem post alios descripsi et edidi ego ℭ l. l.

Exemplum codicillorum.
Have mihi, domine pater!

---

1) *Vocabulo* σιτωνικόν *Graeci pro pecunia frumentaria utuntur.* — 2) Politographia *hic est civium recensus ante divisionem faciendus.* — 3) *Defunctus est Iulianus* XVI kal. Dec. d. n. Arcadio Aug. et Bautoni v. c. conss. (*a. 385*). — 4) c(larissimae) m(emoriae) v(iro). — 5) v(ir) c(larissimus). — 6) *Intell.* humanae. — 7) ipsu(m) ex(em)pl(um) testam(enti). — 8) *Intell.* distrahendi. — 9) alienari.

Vale mihi, domine pater!
Cum ad te haec dictarem, infelicis-
simum te aestimavi, ut eras, cum me
hoc mitteres. Peto, ut monumentum
mihi facias dignum iuventuti meae.
A te peto Eutychianum alumnum
meum manumittas vindictaque
liberes; item Aprilem servum meum
qui solus ex ministerio meo superavit.
Scripsit XV kal. April. Sirmi
L. Calpurnio Pisone P. Salvio Iuliano cos.[1]

123. Gesta de aperiundo testamento a. 474.

Servatur Parisiis in bibliotheca nationali n. 8842 papyrus scripta Ravennae saec. (*secundum Marinium*) *sexto ineunte, continens in paginis quae supersunt octo gesta quina de aperiendis testamentis quinque diversae aetatis nec temporum ordine relata. Horum testamentorum id quod exhibemus scriptum paginis tertia quartaque antiquissimum est. Omnia ediderunt Maurini a. 1757 in operis Nouveau traité de diplomatique vol. 3 extr.* (*cf. p. 629*)*, unde repetiverunt Marinius papiri diplomatici 1805 p. 110; Spang. 90; Savigny verm. Schriften 3,122.* [*Ad archetypum nostra causa recognovit E. Hauler Vindobonensis; qui quae emendavit eorum non adnotavimus nisi potiora.* Th. M.]

Leone iun. p(er)p(etuo) Aug(usto) s(ub) d(ie) prid. nonar. November. Rav(ennae) apud Pompuliu[*m Preiecticium iun. et Fl. Proiectum,* III, 8.
et iterum[2] *mag(istratus), praesentib*]us Aelio Marino Commodiano Constantio[3] iun,, Ocremodio[4] Victore, Popilio Calomnioso et Melminio Cassiano principalibus[5], Pascasia h(onesta) f(emina) d(i)x(it).
'Offero carta(m) testamenti, q(uo)d [*Constantius maritus meus* 10.

---

[1] *Consules sunt ordinarii a. p. C. 175.* — [2] *Formula* et iterum *sic solet inseri in his testamentis inter nomen nominave eorum apud quos res agitur et vocabulum* mag. [*Significat, pariter atque in fastis consularibus, magistratus eos de quibus agitur locum tenere anno tertio.* Th. M.] — [3] constantio *om.* Marinius *quique eum compilarunt, non Maurini.* — [4] ocremodio *parum certum est; videtur quiddam emendatum esse, fortasse* ore *mutatum in* cre. — [5] *i. e. primatibus inter curiales; cf. C. Th. 12,1,151:* Municipalia gesta non aliter fieri volumus, quam trium principalium praesentia. *(396 p. C.)*

fecit. Peto ut] eam [1] suscipi iubeatis. Testibus praesentibus ostendi, ut si signacula vel superscribtiones suas recognoscunt, dignentur edicere; eam resignari praecipiatis, linum in[*cidi, aperiri et per ordinem recitari faciatis, quo voluntas defuncti possit agnosci.*'

Pom]pulius Preiecticius [2] iun. et Fl. Proiectus mag(istratus) d(i)x(erunt) [3]:

'Suscipiatur carta testamenti, quae offertur; testibus praesentibus ostendatur, ut, si signacula vel superscriptiones [*suas recognoscunt, singuli edicere non morentur.*'

12. *Cumque ca*]rta testamenti suscepta f(uisset) et testibus praesentibus [4] ostensa, Fl. Bonifacius [5], v(ir) d(evotus), apparitur [6] inl(ustris) [*p(raefecti)*] p(raetori)o [7] d(i)x(it):

'In hoc testamento interfui. Agnosco signaculum et superscribtionem meam.'

[. . . *Heraclius* . . . *dixit:*

'*E*]go in hoc testamento interfui, agnosco anuli mei signaculum, superscribtionem [8] meam; sed et infra [9] subscribsi.'

Fl. Probacius v(ir) d(evotus) app(aritor) sedis s(upra) s(criptae) d(i)x(i):

'In hac voluntate interfui. Agnosco [10] [*signaculum et superscribtionem meam; sed et*] [11] intrensicus subscribsi.'

14. Et iterum mag(istratus) d(ixerunt):

Quid [*et de aliis testibus, quorum*] signaculum hoc testamento infixa [*vidimus?*]'

IV, 1. Fl. Bonifacius, Proba[*cius*], Heraclius vvv. ddd. [11] d(ixerunt:

'Constat una nobiscum Simplicium . . , qui mortuus est, Experium v(irum) h(onestum) [12], Pamonium v(irum) d(evotum) et

---

[1] eam *Maurini; in codice ante* suscipi *cernitur* eū, *quod potest esse* eam *vel* eum *vel* eas. — [2] *sic cod.* — [3] dxx *cod.* — [4] praesentibus *om. edd.* — [5] *sic cod., non* Bonifatius. — [6] *id est* apparitor. [*Sed recte fortasse Pick commendat* apparit(or) v(i)r(i). Th. M.]. — [7] [inl (*vel* ini) pō *cod., non* inbpo, *ut est in edd.; esse debuit opinor* inl. ppo. Th. M.] — [8] erscribtionem *fere evanuit.* — [9] et infra *fere evanuit.* [*Fuit opinor* intra. Th. M.] — [10] sco *fere evanuit.* — [11] *Quae sunt in edd. inde a vv.* intrensicus subscribsi *(v. 13 in f.) usque ad* Heraclius vvv. ddd. *hodie ita desiderantur, ut in mediis apices elementorum quidam supersint, in fine litterae* liu ///// dd. — [12] h. *potius quam quod est in edd.* d.

Georgio viro devoto, qui absentes sunt, in hoc testamento interfuisse, quorum signacula et superscribtiones recognoscimus.'

° Mag(istratus) d(ixerunt):

'Quoniam de agnitis signaculis vel superscribtionibus testium responsio patefecit, nunc carta testamenti resignetur, linum incida[*tur*], aperia[*tur*], et per ordinem reci[*tetur*] [1];

et inciso lino ex offi(cio) reci(tatum) est:

'Fl. Constantius v(ir) h(onestus), tinct(or) publicus, procedens sanus sana mente integroque consilio, cogitans condiciones humanas et repentini casus, praesenti°bus testibus numero competenti, in hac cartula testamentum feci, idque scribendum dictavi Domitio [2] Iohanni for(ensi), cuique ipse [3], litteras ignorans, subter manu propria signum feci; ° quod testamentum meum, si quo casu civili seu praetorio [4] vel alia quaelibet iuris ratione valere non potuerit, etiam ab intestato vice codicellorum meorum valere illud ° volo, hac valeat, ratamque hanc voluntatem meam esse cupio et iubeo: Pascasia, h(onesta) f(emina), iugali[*s mea heres mihi esto* [5]].

VII 124. Cretiones Serapiadis. a. 170.

E dipt. — Rep. in Museo Cairensi Seymour de Ricci et descripsit a. 1906 Nouvelle Revue 30 p. 479 sqq. Comm. Girard ibid. p. 490. — Script. interior cera, exterior atramento confecta est (*cf. no.* 100). — *Subscriptum est Graeca lingua.*

A. *Cretio hereditatis maternae.*

Valeria Serapias, Antinois virgo, per procuratore L. Val(erio) Lucretiano Matidio q(ui) e(t) Plutinio Antinoensio fratri eius, testata es(t) se hereditatem Flaviae Valeriae matris eius adiisse crevis-s⟨a⟩eq(ue) [6] seq(ue) heredes [7] esse secundum tabulae [8] testam(enti) eius.

Actum Aeg(ypto), nomo Arsinoite, Metropoli. III Kal(endas) Oct(obres) M(arco) Cornelio Cethego Sex. Servilio Claro cos. [9] Anno XI Imp. Caesaris M. Aureli Antonini Aug. Armeniaci Medici Parthici Maximi. Mense Phaophi Die II [10].

---

1) *post* reci *spatium vacat.* — 2) [domino *malim.* Th. M.] — 3) ipse *om. Marinius cum sqq.* — 4) casu uel civili vel praetorio *Marinius* (*cum sqq.*), *recte Maurini.* — 5) *Charta aperturae ipsa integra est, sed non recepit nisi principium testamenti.* — 6) *hic incipit pag. 4* (*tab. 2 ext.*), *pag. 1 valde mutila.* — 7) *leg.* heredem. — 8) *leg.* tabulas. — 9) *debuit esse* C. Erucio Claro *cf. Girard p. 490.* — 10) *i. e. 29. Sept. 170. Annum Imperatoris script. int. non habet.*

Οὐαλέρια Σεραπειὰς προσῆλθον τῆ κληρονομία τῆ̣ς μητρός μου, ἀκολούθος[1] τῆ̣ διαθή̣κη αὐτῆ̣ς· Λούκιος Οὐαλέριος Λουκρητιανός, ἐπείτροπος[2] ὢν αὐτῆ̣ς, ἔγραψα ὑπὲρ αὐτῆ̣ς ἀφή̣λικος οὔσης.

Valeria Serapias adii hereditatem matris meae secundum tabulas testamenti eius; L. Val. Lucretianus tutor eius scripsi pro ea impubere.

B. *Cretio hereditatis aviae.*

Valeria Serapias, Antinois Virgo, per procuratorem L. Val. Lucretiano Matid(io) q(ui) e(t) Plotinio Antinoensi[*o*] fratris eius testata est se hereditatem Lucretiae Diodorae, aviae de patre, adisse creviss《a》eq(ue), seque heredem esse secundum tabulas[3] t(estamenti) eius. Actum Aeg(ypto) nomo Arsinoite, Metropoli, III Kal(endas) octobr(es), M(arco) Cornelio Cethego Sex(to) io Claro cos.[4] anno XII Imp. [*C*]aesaris M(arci) Aureli Antonini Aug(usti) Armen(iaci) Medici Parthici Maximi mense Phaophi die II.[5]

Οὐαλερία Σεραπειὰς προσῆλθον τῆ κληρονομία τῆς μάμμης μου κατὰ πατέρα[6], ἀκολούθως τῆ διαθή̣κη αὐτῆ̣ς· Λούκιος Οὐαλέριος Λουκ̣ρητιανὸς ἐπείτροπος[2] ὒν αὐτῆς ἔγραψα ὑπὲρ αὐτῆς ἀφήλικος οὔσης.

(*Nomina signatorum*): G. Lucci Sem[. . . .] ani, T(iti) Flavi Juliani, L. J[. . .] Numeriani, G. Juli Antoni G. Rufi Ptolomai, G. Juli Germani, L. Val(eri) Lucretiani. —

VII 125. Declaratio bonorum propter vicesimam hereditatis facta (a. 246 p. Chr.).

E papyro Amherst II 72, Edd. Grenfell and Hunt; cf. Mitteis Z. S. St. 22,198.

1 [Αὐρ]ηλίῳ Μαρκίῳ τῷ καὶ Νεμεσι[α]νῷ ἀπαιτη[τ]ῇ διοικοῦντι
2 [τὴν ° στρατηγίαν Ἑρμοπολ(ίτου) ° [παρὰ Α]ὐρηλίας Τινούτιος Ἑρ-

Aurelio Marcio qui et Nemesiano coactori vectigalium administranti munus magistri pagi Hermopolitani Aurelia filia Tinutis,

---

1) *i. e.* ἀκολούθως. — 2) *i. e.* ἐπίτροπος. — 3) *script. interior habet* tabulae. — 4) *cf. p. 319 n. 9.* — 5) = *29. Sept.* — 6) aviae a patre, *cet. cf. subscr. cretionis hereditatis maternae.*

μείνου Ἑρμοπολείτιδος μετὰ σ[υ]ν°̲[εστ]ῶτος τοῦ ἀνδρὸς[1] Αὐρηλίου 4
Διοσκουρίδου Ἀμμωνίου ἀπὸ [τῆ]ς ° αὐτῇς πόλεως. ἀπογρ(άφομαι) 5
παρὰ σ[ο]ὶ ἐντὸς τῶ[ν] ὁρισθεισῶν ἡ̣[μ]ερῶν ° [δί]κ[αι]ον κληρονο- 6
μίας τοῦ πα[τ]ραδέλφου μου Χαιρῄμονος ° Ἁρπ[ο]κρατίωνος ἀπὸ 7
τῇς αὐτῇς πόλεως τετελευτηκότος ° ἀτέκνου καὶ ἀδιαθέτου ἐπ' 8
ἐμοὶ μόνῃ κληρονόμῳ. ἧς κληρον[ο]°̲μ[ίας] φθάσασα διεπεμψάμην 9
τῷ λαμπροτάτῳ ἡ̣γεμόνι ° Οὐαλερίῳ Φίρμῳ τὴν διακατοχῄν[2], φυ- 10
λασσομένων μοι ° ἁπάντων ὧν ἔχω δικαίων, καὶ δηλῶ τὰ κατα- 11
λειφθέντα ὑπ' α[ὐ]°̲τοῦ σύνπαντα ἄξια εἶναι ὡς ταλάντων τριῶν, 12
καὶ ὀμνύω ° τὴ̣ν Μάρκων Ἰουλίων Φιλίππων Καισάρων τῶν κ[υ- 13
ρίων] ° Σεβα[στ]ῶν τύχην οὕτως ἔχειν. (ἔτους) γ Αὐτοκράτορο[ς 14
Καίσαρος] ° Μάρκ[ο]υ Ἰουλίου Φιλίππου Εὐσεβοῦς Εὐτυχοῦς καὶ 15
Μά[ρκου] ° Ἰουλίου Φιλίππου γενναιοτάτου καὶ ἐπιφανεστάτο[υ 16
° Καίσ[α]ρος Σεβαστῶν Παῦνι κβ. [3] Αὐρηλία Τινοῦτεις Ἑρμ(οπολῖτις) ° μετὰ 17
συνεστῶτος ἐμοῦ τοῦ ἀνδρὸς Α(ὐρηλίου) Δι[οσ]°̲κουρίδου Ἀμμωνίου ἐπιδέδωκα [καὶ 19
ὤμο]°̲σα τὸν ὅρκον. 20

filii Hermini, Hermopolitana adiutore marito Aurelio Dioscoride filio Ammonii ab eadem urbe. — Declaro apud te intra dies praestitutos ius hereditatis patrui mei Chaeremonis Harpocrationis filii ab eadem urbe mortui sine liberis et intestati me sola herede relicta; cuius hereditatis statim misi illustri praefecto Valerio Firmo bonorum possessionis petitionem[2], salvo omni quod habeo iure, et declaro relicta ab eo omnia esse talentorum trium, et iuro per M. Iuliorum Philipporum Caesarum dominorum Augg. fortunam id ita esse. Anno III Imp. Caes. M. Iul. Phil. Aug. Fel. et M. Iul. Phil. nobilissimi et illustrissimi Caes. Augg. Pauni 22.[3] A. T. H. cum adiutore meo marito Aurelio Dioscoride filio Ammonii petivi et iuravi.

126. Laudatio funebris[4] quae dicitur Turiae

746—752 a. u. (= 8—2).

𝔈 6,1527 cf. 31670. Dess. 8393. Tabulae, cui laudatio haec inscripta fuit, inferior pars adhuc exstat Romae, superioris tria frusta saec. XVI descripta

---

[1] *Grenfell et Hunt notant, maritum hic non tutorem sed adiutorem esse.* — [2] *i. e. possessione bonorum antea petita iam quanti sint bona, declaratur.* — [3] *Hic incipit subscriptio Aureliae Tinutidis.* — [4] *Laudationum funebrium habitarum mulieribus (id quod inde ab a. 364 usu venisse refert Liv. 5,50,7) duarum marmori incisarum ad nos pervenerunt reliquiae, cf. Vollmer, laudationum funebrium historia, 1891.*

(duo ab I. M. Suarez, tertium ab Iacobo Sirmond), hodie latent; latuit etiam Sirmondianum apographum usque ad a. 1860, quo a G. B. de Rossi in bibliotheca Parisiensi inventum est. Totius tabulae reliquias edidit commentario adiecto Mo. Zwei Sepulcralreden, 1864 (Berl. Ak. Abh. 1863 p. 455 = Ges. Schriften I p. 395 sq.). — [^{VII} *Fragmentum, 'quod angulum dextrum totius tabulae occupabat, a. 1898 prodiit, . . edidit Vaglieri, Notizie degli scavi 1898 p. 413' (Dessau). Cuius fragmenti sunt I pr. vocabulum 'uxoris' maioribus litteris praescriptum toti titulo et II, 1—10; itaque quae prioribus editionibus II 1, nobis II 11 est linea. Suppl. II, 1—10 damus secundum Dess.*] *Textus repetitus est in: ZRG. 5,161, disputatione addita Huschkii de iis, quae ad ius in laudatione spectant. — Maritus, qui ipse hanc laudationem uxori defunctae scripsit, cum (II, 1—20) proscriptum se ab ea servatum et deinde a Caesare restitutum esse dicat, Mo. vidit esse Q. Lucretium Vespillonem eum, quem proscriptum ab uxore Turia morti ereptum esse Val. Max. 6, 7, 2 narrat. Defuncta esse videtur inter annos u. c. 746 et 757.* [^{VII} *Quae opinio nunc novo fragmento reperto refutata est, cf. Dess. p. 928: 'virum illum non Romae delituisse immo fuga servatum esse ex novo fragmento colligitur, ut viderunt Vaglieri l. c. et Hirschfeld Bormannheft p. 1 sqq.; hic (l. c. p. 4) cogitavit de Acilio, quem et ipsum inter proscriptos ab uxoribus servatos enumerat Appianus b. c. 4, 39' (cf. 2, 4).*] *Capita in tabula ipsa eminentibus in marginem litteris distincta sunt.*

V]xoris.[1]

I, 1 . . . . *mo*]rum probit[*ate* . . . .
2 ° rum . . . . permansisti prob . . . .
° Orbata es re[*pente ante nuptiar*]um diem utroque pa[*rente*
a nefaria multi]$\overset{\circ}{-}$tudine[2] una o[*ccisis. Per te maxi*]me cum ego
5 in Macedo[*niam abissem*], ° vir sororis tua[*e C. Cluvius in A*]fricam
provinciam, [*non remansit inulta*] ° mors parentum.
° Tanta cum industria m[*unere es p*]ietatis perfuncta ef[*flagitando et*] ° vindicando, ut, si praes[*to fu*]iss[*e*]mus[3], non ampliu[*s praestitissemus. At*] ° haec habes communia cum [*s*]anctissima femina s[*orore tua*].
10 ° Quae dum agitabas, ex patria domo propter custodia[*m pudicitiae sumpto*] ° de nocentibus supplicio, e vest[*i*]gio te in domum ma[*tris meae*[4] *contulisti, ubi*] ° adventum meum expectast[*i*].
° Temptatae deinde estis, ut testamen[*tum patris*], quo nos
14 eramus heredes, rupt[*um diceretur* ° coemptione facta cum uxore:

---

1) *Ex praescriptione hoc unum vocabulum superest positum supra II, 1* dia fugae meae pr. *multo maioribus litteris incisum.* — 2) *sic Hirschfeld,* [*in rustica soli*]tudine *Mo.,* [*in penatium soli*]tudine *Dess.* — 3) [*fu*]issimus *traditur.* — 4) *sic Duerr,* materterae *Mo.,* mariti *Hu.*

ita necessario te cum universis pat[*ris bonis in*] ° tutelam eorum, 15
qui rem agitabant, reccidisse: sororem omni[*um rerum*] ° fore expertem,
quod emancupata esset Cluvio. Qua mente ista acc[*eperis,
qua iis prae*]°sentia animi restiteris, etsi afui, conpertum habeo.

° Veritate caussam communem [*t*]utata es: testamentum ruptum
non esse, ut [*uterque potius*] ° hereditatem teneremus, quam omnia
bona sola possideres, certa qui[*dem sententia*] ° te ita patris acta 20
defensuram, ut si non optinuisses, partituram cum s[*orore te adfir*]°mares:
nec sub condicionem tutelae legitumae venturam, quoius
per [*legem in te ius non*] ° esset, neque enim familia[*e*] gens ulla
probari poterat, quae te id facere [*cogeret:*] ° nam etsi patris testamentum
ruptum esset, tamen iis, qui intenderen[*t, non esse id*] ° ius,
quia gentis eiusdem non essent.

° Cesserunt constantiae tuae neque amplius rem sollicitarunt: 25
quo facto [*reverentiae in patrem,*] ° pietatis in sororem, fide[*i*] in nos
patrocinium succeptum sola peregisti.

° Rara sunt tam diuturna matrimonia, finita morte, non divertio
in[*terrupta: nam contigit*] ° nobis, ut ad annum XXXXI sine
offensa perduceretur. Utinam vetust[*um ita extremam sub*]°isset
mutationem vice m[*e*]a, qua iustius erat cedere fato maiorem.

° Domestica bona pudici[*t*]iae, opsequi, comitatis, facilitatis, lanificiis 30
tuis [*adsiduitatis, religionis*] ° sine superstitione, o[*r*]natus non conspiciendi,
cultus modici cur [*memorem? cur dicam de tuorum cari*]°tate,
familiae pietate, [*c*]um aeque matrem meam ac tuos parentes col[*ueris
eandemque quietem*] ° illi quam tuis curaveris, cetera innumerabilia
habueris commun[*ia cum omnibus*] ° matronis dignam f[*a*]mam
co[*l*]entibus? propria sunt tua, quae vindico, ac [*quorum pauci in*]
° similia inciderunt, ut talia paterentur et praestarent: quae rara 35
ut essent [*hominum*] ° fortuna cavit.

° Omne tuom patrimonium acceptum ab parentibus communi
diligentia cons[*ervavimus:*] ° neque enim erat adquirendi tibi cura,
quod totum mihi tradidisti. Officia [*ita par*]°titi sumus, ut ego
tu[*t*]elam tuae fortunae gererem, tu meae custodiam sust[*ineres.
Multa*] ° de hac parte omittam, ne tua propria mecum communicem: 40
satis sit [*hoc*] mi[*hi tuis*] ° de sensibus [*indi*]casse.

° [*Liberali*]tatem tuam c[*u*]m plurumis necessariis tum praecipue
pietati praesti[*tisti* ° *domesticae. Feminas egregias licet facile
quis ex tu*]is alias nominaverit, unam dumtaxat simillimam [*tui*
° . . *h*]abuisti sororem tuam: nam propinquas vestras d[*ignas eius*- 44

45 *modi* ° . . *of*]ficiis domibus vestris apud nos educavistis. Eaedem
u[*t condicio*º*nem dignam famili*]ae vestrae consequi possent, dotes
parastis: quas quid[*em a vobis* ° *constitutas comm*]uni consilio ego
et C. Cluvius excepimus et probantes [*liberalitatem,* ° *ne vestro*
patrimo]nio vos multaretis, nostram rem familiarem sub[*didimus*
° *nostraque praedia*] in dotes dedimus. Quod non venditandi nostri
50 c[*ausa rettuli,* ° *sed ut illa consi*]lia vestra concepta pia liberalitate
51 honori no[*s duxisse consta*º*ret exequi de nos*]tris.
52 ° [*Complura alia benefici*]a tua praetermittenda [*duxi*] . . .
(perierunt lineae complures)

II 1 ° [*subsi*]dia fugae meae praestitisti ornamentis ° [*divenditis*], cum omne
aurum margaritaque corpori ° [*detracta trad*]idisti mihi et subinde familia
nummis fructibus ° [*deceptis a*]dversariorum custodibus apsentiam
5 meam locupletasti. ° [*Experiri vim mil*]itis, quod ut conarere virtus
tua te hortabatur, ° [*destitisti: tutiorem viam tibi m*]unibat clementia
eorum contra quos ea parabas. ° [*In tanta calamitate nulla*
indigna v]ox tua est firmitate animi emissa.
° . . . . . . [*ce*]rtis hominibus a Milone quoius domus emptione
9 ° . . . . exu[*l*] belli civilis occasionibus inrupturum ° . . . . . .
[*defe*]ndisti domum nostram. *(perierunt nonnullae lineae)* [*Iure Caesar*
11 *dixit tibi acceptum esse referendum*] ° me patriae redditum a se,
[*na*]m nisi parasses quod servar[*et, etiam Caesar*] ° inaniter opes
suas pollice[*ret*]ur; ita non minus pietati tu[*ae quam clementiae*
illius] ° me debeo. ° Quid ego nunc interiora [*no*]stra et recondita
15 consilia s[*ecreto pectoris*] ° eruam, ut repentinis nu[*nt*]iis ad praesentia
et inminen[*tia vitanda excita*]º tus tuis consiliis cons[*er*]vatus
sim? Ut neque audaci[*a abripi me*] ° temere passa sis et mod[*es*]tiora
cogitanti fida rece[*ptacula pararis*] ° sociosque consilioru[*m t*]uorum
ad me servandum d[*ederis sororem*] ° tuam et virum eius C. Clu-
[*vium*], coniuncto omnium per[*iculo? non finiam*] ° si attingere coner;
20 sat [*es*]t mihi tibique salutariter m[*e latuisse*].
° Acerbissimum tamen in vi[*ta*] mihi accidisse tua vice fatebo[*r*
reddito iam non inutil]i ° cive patriae benificio et i[*ud*]icio apsentis
Caesaris Augusti [*quom per te*] ° de restitutione mea M. L[*epi*]dus
conlega praesens interp[*ellaretur et ad eius*] ° pedes prostrata humi,
25 n[*on*] modo non adlevata, sed tra[*cta et servilem in*] ° modum rapsata,
livori[*bus c*]orporis repleta firmissimo [*animo eum admone*]º res
27 edicti Caesaris cum g[*r*]atulatione restitutionis me[*ae, et iniuri*]º am
contumeliosis et cr[*ud*]elibus exceptis volneribus pa[*lam praeferres,*]

° ut auctor meorum peric[*ul*]orum notesceret, quoi noc[*uit mox quod fecit*].

° Quid hac virtute efficaciu[*s*]? Praebere Caesari clementia[*e locum et cum cu*]°stodia spiritus mei not[*a*]re inportunam crudelitatem [*egregia tua*] ° patientia?

° Sed quid plura? parcamu[*s*] orationi, quae debet et potest e[*xire, ne viliter maxi*]°ma opera tractando pa[*r*]um digne peragamus, quom pr[*o documento*] ° meritorum tuorum oc[*ulis*] omnium praeferam titulum [*vitae servatae*].[1]

° Pacato orbe terrarum, res[*titut*]a re publica quieta deinde n[*obis et felicia*] ° tempora contigerunt; fue[*ru*]nt optati liberi, quos aliqua[*mdiu sors invi*]°derat; si fortuna procede[*re e*]sset passa sollemnis inservie[*ns, quid utrique no*]°strum defuit? Procedens a[*et*]as[2] spem [*f*]iniebat. Quid agitav[*eris propter hoc quae*]°que ingredi conata sis, f[*or*]sitan in quibusdam feminis [*conspicua et admirabi*]°lia, in te quidem minime a[*dmi*]randa conlata virtutibu[*s tuis reliquis, praetereo*[3]].

° Diffidens fecunditati tuae [*et d*]olens orbitate mea, ne tenen[*do in matrimonio*] ° te spem habendi liberos [*dep*]onerem atque eius caussa ess[*em* ° *infelix, de divertio*][4] elocuta es, vocuamque [*do*]mum alterius fecunditati t[*e tradituram, non alia*] ° mente nisi ut nota con[*co*]rdia nostra tu ipsa mihi di[*gnam con*]°dicionem quaereres p[*ara*]resque, ac futuros liberos t[*e communes pro*]°que tuis habituram adf[*irm*]ares, neque patrimoni nos[*tri quod adhuc*] ° fuerat commune, separa[*ti*]onem facturam, sed in eodem [*arbitrio meo id*] ° et si vellem, tuo ministerio [*fu*]turum; nihil seiunctum, n[*ihil separatum te*] ° habituram, sororis so[*crusve*] officia pietatemque mihi d[*einceps praestituram*].

° Fatear necessest adeo me exa[*rsi*]sse, ut excesserim mente, adeo ex[*horruisse ac*]°tus tuos, ut vix redderer [*mi*]hi; agitari divertia inter nos [*ante quam* ° *f*]ato dicta lex esset, poss[*e te a*]liquid concipere mente, qua[*re viva desineres*] ° esse mihi uxor, cum paene [*e*]xule me vita[5] fidissuma perman[*sisses*].

° Quae tanta mihi fuerit cu[*pid*]itas aut necessitas habendi l[*iberos, ut propterea*] ° fidem exuerem, mutare[*m c*]erta dubiis? sed quid plura? [*permansisti*] ° aput me; neque enim ced[*er*]e tibi sine dedecore meo et co[*mmuni infelici*]°tate poteram.

---

[1] civis servati *Vollmer*. — [2] a[*et*]as *Siebourg, antea:* alias *temptabatur*. — [3] iam eloquar *Dess*. — [4] esses, consilium diverti *Vollmer*. — [5] [*VII* exule me vita *iungendum esse monet Hirschfeld Wiener Studien 1902 p. 235.*]

° Tibi vero quid memorabi[*lius*] quam inserviendo mihi o[*peram dedisse te*] ° ut, quom ex te liberos ha[*b*]ere non possem, per te tamen [*haberem et diffi*]°dentia partus tui alteriu[*s c*]oniugio parares fecunditat[*em?*]

° Utinam patiente utriusq[*e a*]etate procedere coniugium [*potuisset, donec e*]°lato me maiore, quod iu[*sti*]us erat, suprema mihi praesta[*res, antea vero super*]°stite te excederem orbitat[*e f*]ilia mihi supstituta.

° Praecucurristi fato; delegast[*i*] mihi luctum desiderio tui nec libe[*ros habentem solum vi*]°rum reliquisti; flectam ego quoque sensus meos ad iudicia tu[*a, a te destinatam adoptans*]. ° Omnia tua cogitata praescri[*p*]ta cedant laudibus tuis, ut sint mi[*hi documento, quantopere ego* ° desiderem, quod inmort[*ali*]tati ad memoriam consecrat[*am tradidi*]. ° Fructus vitae tuae non derunt [*m*]ihi; occurrente fama tua firm[*atus animo et*] ° doctus actis tuis resistam fo[*rt*]unae, quae mihi non omnia erip[*uit, cum laudi*]°bus crescere tui memoriam [*pas*]sa est; sed quod tranquilli status e[*rat, tecum*] ° amisi, quam speculatricem e[*t p*]ropugnatricem meorum periculo[*rum cogitans calami*]°tate frangor nec permane[*re*] in promisso possum.

° Naturalis dolor extorquet const[*an*]tiae vires: maerore mersor et quibu[*s angor luctu taedioque*] ° in nec utro mihi consto: repetens[*s p*]ristinos casus meos futurosque eve[*ntus ab omni spe de*]°cido: mihi tantis talibusque pr[*aesi*]diis orbatus, intuens famam tuam n[*on tam fortiter pa*]°tiendo haec quam ad desider[*ium*] luctumque reservatus videor.

° Ultumum huius orationis erit omn[*ia*] meruisse te neque omnia contigisse mih[*i ut praestarem*] ° tibi; legem habui mandata tu[*a*]: quod extra mihi liberum fuerit, pr[*aestabo*].

° Te di manes tui ut quietam pat[*ian*]tur atque ita tueantur opto.

127. Laudatio funebris Murdiae (Saec. I p. C.).

𝔆 6,2,10230. Dess. 8394. Oratio subscripta dedicationi lapidi duabus paginis inscripta fuit, quarum altera a Winckelmanno reperta a C. Fea a. 1784 edita est (*Storia delle arti — di Winckelm. 3,202*), *indeque a Rudorffio denuo edita commentarioque illustrata* (*Berl. Ak. Abh. 1868, 217; ZRG. 9,287*). *Extat adhuc Romae. Murdiae matri filius habuit vel scripsit hanc*

laudationem, quam orthographia et scriptura aetati Augusti addici ait Mo. Œ l. l.

[∾ *Dis Manibus*] . . Murdiae L. f. matris. ∾ . . . sed propriis viribus adlevent cetera, quo firmiora probabilioraque sint.

Omnes filios aeque fecit heredes, partitione filiae data. Amor maternus caritate liberum, aequalitate partium constat.

Viro certam pecuniam legavit, ut ius dotis honore iudici augeretur.

Mihi, revocata memoria patris eaque in consilium et fide sua adhibita, aestumatione facta, certas res testamento praelegavit, neque ea mente, quo me fratribus meis quom *e*orum[1] aliqua contumelia praeferret, sed memor liberalitatis patris mei reddenda mihi statuit, quae iudicio viri sui ex patrimonio meo cepisset, ut ea, ussu suo custodita, proprietati meae restituerentur[2].

VII 128. Tabula memorialis Dalmatio posita (Saec. V p. C.).

Prope Magyar Boly oppidum a. 1901 reperta; ed. cum comm. Mo. Sitzungs-Berichte der Berliner Akademie 1902, 836 sq.; Mitteis Z. S. St. 23,443 sq. — (Cf. etiam infra statuam a collegio erectam.)

Ius ad iustitiam revocare aequumque tueri
  Dalmatio lex est, quam dedit alma fides.
Bis sex scripta tenet praetorisque omne volumen,
  Doctus et a sanctis condita principibus[3].
Hic idem interpres legum legumque minister
  Quam prudens callet tam bonus exequitur.
Multis pro meritis, Valeri, iustissime rector,
  multis pro meritis haec stat imago tibi,
Quam positi longe testantes publica vota
  usque procul patriae mittimus in gremium.
Hinc praefecturae summos venramur[4] honores,
  hoc te gaudentes omine prosequimur.
Quisquis scire volet. quorum celebreris amore,
  ille hoc iudicium sumserit ex titulo:
Dalmatio posuit provincia Lugdunensis
  tertia patrono grata clienta suo.

---

[1] forum. — [2] *Qui sequuntur vv. septendecim omisi.* — [3] *Intelleguntur in vv. 3 et 4 leges duodecim tabularum* (= bis sex scripta), *ius praetorium, constitutiones imperatorum.* — [4] *pro* veneramur.

VII 129. Monimentum testamento militis fieri iussum.

E lapide rep. a. 1902 Kistanie (*vetere Burno, castris legionis XI usque ad Vespasiani tempora*), *vico Croatiae, a. 0,89 m., lat. 0,64 m. — Descr. et cum comm. edidit H. Liebl Bormannheft p. 381; ex instrumentis in lapide incisis colligit testatorem vel medicum legionis fuisse vel certe inter eos qui aegris praesto sunt* (*cf. D. 6,7,6*).

. . . . *S*]atr-
[*ius f*(*ilius*)] Cam(ilia) Rufus
Ravenna miles
leg(ionis) XI C(laudiae) p(iae) f(idelis)
centuria Fabrici Veri
ann. XXXIII stip(endiorum) XV
t(estamento) f(ieri) i(ussit).
C. Muscius Maternus
et
C. Asuvius Crescens her(edes)[1]
f(aciendum) c(uraverunt).

CAPUT III.

MANCIPATIONES.

a. Emptionis causa pretio accepto.

Mancipationes quae sequuntur quattuor priores et octo alia instrumenta infra relata sumpta sunt e tabellis ceratis in formam triptychorum conscriptis, in metallis aurariis Transsilvanicis prope oppidum Verespatak inde ab a. 1786 usque 1855 repertis. De forma eorum diptychis aeneis supra (*p. 274 sq.*) *descriptis simillima pauca addam. Ligneae nimirum adhibebantur in privatis negotiis tabulae, tenuissima cera inductae, cui scriptura stilo incidebatur. Quae ne laederetur, ita coniungebantur tabulae, ut sex fierent paginae, quarum quattuor interiores inscriberentur, binae exteriores, cera non inductae, pro operculo scripturam interiorem tuerentur. Cf. exemplar huic libro adiunctum. Magnitudine diptychis aeneis pares fere erant, longae m. 0,14—16, latae m. 0,06—0,13. Perforatae ut diptycha filo linteo colligabantur, obsignatio autem ita perficiebatur, ut pagina secunda et tertia interiorem scripturam continerent signis clausam, quarta cum signa et signatorum nomina tum initium exterioris exempli, quinta eius finem. — Plus XL tabellae repertae sunt, integra triptycha IV, ceterorum nonnisi tabulae singulares valdeque mutilae, ita ut multarum argumentum dubium sit. Servantur pleraeque Pestini in museo nationali. Scriptae sunt omnes litteris cursivis lectu tam difficilibus, ut a. 1840 demum primum explicandi et edendi periculum faceret F. Massmann* (*libellus aurarius*). *Post eum alii alias ediderunt, omnes Mo. in ℭ 3, 921—959, adiutus a Zangemeistero. Habemus nunc viginti quinque cautionum reliquias, quarum tredecim ad-*

---

[1] *Cf. Dess. 5676:* bonor(um) possessor(es) Dolabellae in hoc opus dederunt HS centena mil(ia) n.

modum mutilas omisi. Scriptae sunt ab anno 131 p. C. usque ad annum 167 (initium belli Marcomannici), pleraeque in vico Alburno maiore, prope quem repertae sunt, nonnullae in vicis vicinis, una in canabis vel in castris legionis XIII gem., quae postea facta sunt municipium Apulum (Mo. l. c. p. 182). Ad ius Romanum pertinent omnes, sed qui contrahunt magna ex parte peregrini sunt ex gente Dalmatica Pirustarum (cf. Caes. b. g. 5,1), quos ex aurifodinis Dalmaticis in Dacicas a Traiano imp. deductos esse verisimile est (Mo. l. c. p. 214).

130. Emptio pueri a. 142 p. C.

CIL 3,940.

Dasius Breucus emit mancipioque accepit ° puerum Apalaustum, 1
sive is quo alio nomine ° est, n(atione) Grecum, apocatum[1] pro uncis 3
duabus, ° 𐆖 DC de Bellico Alexandri, f(ide) r(ogato) M. Vibio Longo. 4
° Eum puerum sanum traditum esse[2], furtis noxaque ° solutum, erronem, 5
fugitium[3], caducum non esse, ° prestari, et si quis eum puerum q(uo) 7
d(e) a(gitur) ° partenve[4] quam quis ex eo evicerit, q(uo) m(inus) ° 8
emptorem s(upra) s(criptum), eunve ad q(uem) ea res pertinebit, ° 9
uti frui habere possidereq(ue) recte liceat, ° tunc quantum id erit, 10
quod ita ex eo evic ° tum fuerit, ° (=II [1]) t(antam) p(ecuniam) duplam[5] 12
p(robam) r(ecte) d(ari) f(ide) r(ogavit) Dasius Breucus, d(ari) f(ide)
p(romisit) ° Bellicus Alexandri, id[*em*] fide sua esse ° iussit Vibius 14
Longus; ° proque eo puero, q(ui) s(upra) s(criptus) est, pretium ° eius 16
𐆖 DC accepisse et habere se dixit ° Bellicus Alexandri ab Dasio 18
Breuco.

° Act(um) kanab(is) leg(ionis) XIII g(eminae), XVII kal. Iunias 19
° Rufino et Quadrato cos. 20

(Signatores septem v. exemplar[6].)

---

[1] *i. e.* apochatum, *ut infra n. 132 v. 3. Mo. intellegit eum, de cuius pretio is, qui eum Bellico vendiderat, pretii auri unciarum duarum auri emptori apocham dedit.* [*VII Appleton La clause „Apochatum pro uncis duabus" et l'histoire de l'as sextantaire (Studi in onore di V. Scialoja, 1904), uncias aeris non auri duas = quattuor asses = sestertium nummum unum esse putat, collato C. Iust. 7.8,53,37:* Verba superflua quae in donationibus poni solebant, id est sestertii nummi unius, assium quattuor.] — [2] esse *supra lineam additum.* — [3] *Exterior* fugitivum. — [4] *Exterior* partemve. — [5] duplam *supra lineam additum.* — [6] *Inter signatores sunt ipse venditor eiusque fideiussor, ita ut quinque tantum reliqui haberi possint testes. Idem est in ceteris triptychis, nisi quod in VII, 1 praeter debitorem duo tantum testes adsunt, et in V, 2 tres vel quattuor praeter debitorem fideiussoremque. Qua de re v. Mo. p. 922. Bruns, d. sieben Zeugen d. röm. Rechts.*

131. Emptio puellae a. 139 p. C.

𝕮 3,937. E tript. Transs. tab. I et II; periit III.

1 Maximus Batonis puellam nomine ° Passiam, sive ea quo alio
3 nomine est, an°-norum circiter p(lus) m(inus) sex, empta sportellaria[1],
4 emit mancipioque accepit ° de Dasio Verzonis, Pirusta ex Kavieretio,
5 ° 𐆖 ducentis quinque. ∾ ° Iam[2] puellam sanam esse, a[3] furtis noxis-
7 que[4] ° solutam, fugitium[5] erronem non esse, ° praestari: quot si quis
9 eam[6] puellam, ° partemve quam ex eo[7] quis evicerit, ° quominus
11 Maximum Batonis, quo°-ve ea res pertinebit, habere possi°-dereque
13 recte liceat, tum quanti ° ea puella empta est, ⟨*tan*⟩tam pecuni⟨*a*⟩m
14 ° (= II, ^{1}) et alterum tantum dari, fide rogavit ° Maximus Batonis,
16 fide promisit Dasius ° Verzonis, Pirusta ex Kavieret⟨*o*⟩; ° proque ea
18 puella, quae s(upra) s(cripta) est, 𐆖 ducen°-tos quinque accepisse et
19 habere ° se dixit Dasius Verzonis a Maximo Batonis.
20 ° Actum Karto $\overline{\text{XVI}}$ k. Apriles, ° Tito Aelio Caesare Antonino
22 Pio II et Bruttio ° Praesente II cos.

(*Nomina signatorum:*) Maximi Veneti principis. Masuri Messi dec(urionis). Anneses Andunocnetis. Plani Verzonis Sclaietis. Liccai Epicadi Marciniesi. Epicadi Plarentis, qui et Mico. Dasi Verzonis ipsius venditoris.

132. Emptio ancillae a. 160 p. C.

E tript. Transsilv. integro. 𝕮 3,959. Emendationes quasdam, tabella ab Hirschfeldio collata, ed. Mo. Eph. ep. 2,467.

Cl. Iulianus mil. leg. XIII g.[8] ↄ[9] Cl.Mari, emit mancipio-
que accepit mulierem nomine Theudotem, sive ea
quo alio nomine est, n(atione) Creticam, apochatam[10] pro uncis
duabus, 𐆖 quadringentis viginti de[11] Cl(audio) Phileto
5 f(ide) a(ccepto) Alexandro Antipatri.
Eam mulierem sanam traditam esse emptori s(upra) s(cripto), et si

---

[1] *Vox ignota. Mo. puellam intellegit non suo pretio emptam, sed in emptione matris sportulae causa quasi munusculum adiectam.* — [2] *Ext.* eam. — [3] *Ext. om.* — [4] *Ext.* noxaque. — [5] *Ext.* fugitivam. — [6] em *int.*, eam *ext.* — [7] *Sic etiam ext., certe quia generali contractuum forma utebantur, in qua scriptum erat:* hominem partemve ex eo. *Mo. p. 923; eodem modo explicari poterit vocabulum* fugitium *v. 7.* — [8] mil(es) leg(ionis) XIII g(eminae). — [9] *i. e.* centuria. — [10] *cf. p. 329 v. 1—13.* — [11] *Int.* de de, *ext.* de.

quis eam mulierem, q. d. a., partemve quam quis ex ea[1] quid
evicerit, q(uo) m(inus) emptorem s. s. eumve, at[2] quem
ea res pertinebit, uti frui habere possidereque recte
liceat, tunc quantum id erit, quot ita ex ea quit[3]
(=II, [1]) evictum ablatunve fuerit, sive quot ita licitum
non erit, tantam pecuniam probam recte dari f(ide) r(ogavit)
Cl. Iulianus mil(es) s. s. d(ari) f(ide) p(romisit) Cl. Philetus.
Id fide sua esse iussit Alexander Antipatri.
Inque ea(m) mulierem, quae s. s. est, pretium eius 𐆖 CCCCXX
accepisse et habere se dixit Cl(audius) Philetus a Claudio
Iuliano mil(ite) s(upra) s(cripto).

Act(um) canab(is) leg. XIII g. IIII nonas Octobres Bradua
et Varo cos.

(Nom. sign.:) Val(eri) Valentis ⟨*le*⟩g. XIII g(eminae). Cn. Vari A. ae. Ael(i) Dionysi vet(erani) leg(ionis). Paulini s . . . ris. Iul(i) Victorini. Αλεξανδρει Αντιπατρι σεχοδο αυκτωρ σεγναι[4]. Cl(audii) Phileti venditoris ibsius.

133. Emptio domus a. 159 p. C.

ℭ 3,944. E tript. Transs. integro. Repetivi ut semper, exemplum interius; cum vero exemplum exterius melius servatum sit, supplementa inde deprompta litteris rectis expressi uncis quadratis inclusa.

Andueia Batonis emit manci[pioque] accepit
domus partem dimidiam, interantibus partem [dex]-
tram, que est Alb.[5] maiori vico Pirustar[um in]t[er ad[fines Platorem Accep]-
tianum et Ingenum Callisti[6] 𐆖 trecentis de Veturi[o Valente].
Eam domus partem dimidiam[7], q. d. a.[8], cum su[is s]aepibus, sae-
pimentis, finibus, aditibus, claustris, fienestris, ita uti
clao fixsa et optima maximaque est[9] h(abere) r(ecte) l(iceat);
[e]t si quis eam domum partemve quam quis [e]x [ea]
evicerit, q(uo) m(inus) Andueia Batonis e(ive), a(d) q(uem) e. r. p., h. p.[10]
u. c.[11] r(ecte) l(iceat); qu[o]d ita licitum n[o]n erit[12], t(antam)

---

[1] quis *ext.* — [2] *Ext.* ad. — [3] *Ext. om.* — [4] *i. e.* Alexander Antipatri secundus auctor signavi. *D. 21,2,4 pr.:* fideiussorem, — quem vulgo auctorem secundum vocant. — [5] Alb(urno). — [6] *Ext. addit:* filium et si qui ali adfines sunt et viam publicam. — [7] *Ext.* eam domum. — [8] q(ua) d(e) a(gitur). — [9] *Ext. ins.:* Andueia Batonis. — [10] e(a) r(es) p(ertinebit), h(abere) p(ossidere). — [11] *Ext.* usuque capere. — [12] *Ext. ins.:* tum quantum id erit qu[*od ita habere possidere licitum non erit*].

p(ecuniam) r. d.[1] f(ide) r(ogavit) Andueia Batonis[2], fide promisit,
Veturius Valens. Proque ea do[mu partem
dim]idiam[3] pretium 𐆖 CCC Vetur[ius V]ales[4]
(= II, [1]) a[b A]n[du]ei[a Ba]tonis accepiss[e et] ab[ere se dixit].
Convenitq(ue) int[e]r eos, [uti] Veturius Va[lens, pro ea]
domo tributa usque ad recensum dep[e]n[dat].
Act(um) Alb(urno) maiori prid. nonas Maias
Qui[n]tillo et Prisco cos.
(Nom. sign.:) L. Vasidius V[*i*]ctor sig(navit). T. Fl. Felicis.
M. Lucani Melioris. Platoris Carpi. T. Aureli Prisci. Batonis Annaei.
Veturi Valentis venditoris.

(*Emptiones sine mancipatione peractas damus Cap. VIII.*)

b. Fiduciae causa.

134. Emptio servorum a. 61.

E tabulis ceratis mutilis Pompeiis a. 1887 rep., ass. in museo Neapolitano. Transcrr. de Petra et Mau, edd. de Petra Notizie degli scavi di antichità 1887 p. 415—420, Rendiconti (cett.) della Società reale di Napoli 1888, p. 48 sq.; Mo. Herm. 23,157—159; Scialoja Bull. dell' ist. di dir. Rom. 1,5—15.205—227; Alibrandi ibid. 16—20; Eck ZSSt. 9,60—97, cf. 151; Tardif, Nouvelle Revue historique de droit français et étranger 1888, 472 sq. — A et B diptychi, C D E triptychi partes fuisse cum ex eis quae tabulis continentur, tum inde apparet, quod et illae duae eiusdem magnitudinis sunt et hae tres. Emptionem mancipiorum, de qua agitur in diptycho, non veram esse sed imaginariam fiduciae causa contractam animadvertit Gradenwitz (Bull. dell' ist. di dir. Rom. p. 164), demonstravit Eck (l. l. p. 72 sq.); refragantibus Alibrandio, qui de lege commissoria cogitat et Karlowa, röm. Rechtsgesch. 2,378.573. Eam opinionem commendat inter alia quod v. 4 mancipia negantur 'ali' ulli obligata esse, item particula 'ob' in pignorum instrumentis saepissime pecuniae creditae anteposita, denique venditrix (tab. A.) eadem debitrix (tab. C.). Obligationis eius, quae hoc fiduciae pacto confirmatur, reliquias simul inventas proponit triptychon simul inventum.

A. Poppaea Prisci liberta Note iuravit pueros Simplicem
et Petrinum, sive ea mancipia alis nominib[*us*]
sunt, sua esse seque possidere, neque ea mancipia . . .
ali ulli obligata esse neque sibi cum ulo com[*munia*]
esse, eaque mancipia singula sestertis nu[*mmis sin-*]

---

1) r(ecte) d(ari). — 2) *Ext. ins.* dari. — 3) *Ext.* proque ea [*do*]mu dimidia. — 4) *Ext.* [*Va*]lens.

gulis Dicidia Margaris emit ob seste[*rtios* [1] . . *et*]
mancipio accepit de Poppea Prisc[*i liberta Note*]
tutore auctore A. Caprasio A. . . . .
Libripende in singula P. C. . . . . [*an-*]
testata est in singula 10
Poppea Prisci lib[*erta Note*] . . . .
uti ea manc[*ipia* . . . .
. . . . . .

B. didu . . . .
mit ea . pro duobu[*s* 15
mnis m[*i*]hi ere[*dive meo* . . . .
atusve // nt . Si ea pecun[*ia* . . . .
k. Novem . primis solu[*ta non erit* . . . . . .
ea mancip[*ia i*]dibus D[*ecembribus* . . . . . .
Pompeis in foro luce palam 20
tibi egi, neve heres mi[*hi* . . . .
a si mi de dolo malo eave . . . .
tatur.
Si quo minoris e[*a*] mancipia did venie[*rint* . . . .
cem d[*e*]bebun[*t*]u[*r*] mih[*i h*]erediv[*e* 25
ea mancipia ada veni[*erint* . . . . . .
. . . . ered[*ive* . . . .
ea pecunia . . . . .
Utique ea mancipia sumtu inpu . . . .
id mihi tecum convenit u . . . . [*Dicidi-*] 30
a Margaris, Poppea [*P*]risci lib(erta) Note tuto? . . . nsa persc.
Supra hec inter [*e*]as conveneru[*nt* . . . . . .
inter se sunt. Ac[*t(um)*] Pompeis IX k. [. . . . . . . cos.
L. Iunio Caesennio . . P. Calvi[*s*]io Rusone.

C. HS. n. ∞ LD argentum
probum recte dari 35
stipulata est Dicid[*ia*
Margaris, spopond[*it Poppea*]
Prisci liberta N[*ote*
. . . .
(desunt plura) 40

---

[1] L D *e v. 34 suppl.*

D. . . . .
Actum Pompeis VIII . .
L. Iunio Caesennio Paeto
P. Calvisio Rusone cos.
(desunt plura)
E. . . . .
. . m . .
re . . . .
Actum Pompeis

In margine tabulae, uti apud nos indices libris inscribuntur: Firmata (?) foenorum scriptio.

135. Formula Baetica. (Saec. I—II p. C.)

𝕮 2,5042, cf. 2 S, 5406. E tabula aenea (a. 0,156 m., l. 0,26 m.), in Hispania a. 1867 ad ostia Baetis fluminis reperta, nunc Sevillae iure privato servata. Ediderunt eam cum commentario: Degenkolb, ZRG. 9,117,407. Krüger, krit. Versuche, p. 41—58. Rud. ZRG. 11,52. Saeculo I propter formam litterarum tabulam adtribuit Huebner, dubitantibus Kruegero et Mo. Cum partem tantum instrumenti tabula exhibeat, altera adiuncta fuerit necesse est, sed neque diptychi pars est tabula, deest enim scriptura exterior, neque negotium de quo agitur unquam vere contractum est: videtur formula tantum fuisse, secundum quam talia negotia concipienda essent, ut docuit Rud. p. 76.

Dama L. Titi ser(vus) fundum Baianum, qui est in agro, qui ° Veneriensis vocatur, pago Olbensi, uti optumus maxumusq(ue) ° esset, HS n(ummo) I et hominem Midam HS n(ummo) I fidi fiduciae causa man°cipio accepit ab L. Baianio, lipripende[1] —, antest(ato) —[2]. Adfines *f*undo[3] ° dixit L. Baianius L. Titium et C. Seium et populum et si quos dicere oportet.

° Pactum comventum factum est inter Damam L. Titi ser(vum) et L. Baianium, ⟨*uti*⟩ ° quam pecuniam L. ⟨*Titius L.*⟩ Baian⟨*i*⟩o dedit dederit, credidit crediderit, ex°pensumve tulit tulerit, sive quid pro eo promisit promiserit, ° sponpondit ⟨*spoponderit*⟩, fideve quid sua esse iussit iusserit, usque eo is fundus ° eaque mancipia fiducia⟨*e*⟩ essent, donec ea omnis pecunia fides°ve persoluta[4] L. Titi soluta liberataque esset; si pecunia sua qua°que die L. Titio h(eredi)ve eius data soluta non esset, tum uti eum ° fundum eaque mancipia, sive quae mancipia ex is vellet[1] L. Titi°us h(eres)ve eius vellet, ubi et quo die vellet, pecunia praesenti ° venderet. Mancipio pluris HS n(ummo) I invitus ne daret, neve sa°tis secundum mancipium daret, neve ut in ea verba, quae in ver°ba satis s(ecundum) m(ancipium) dari solet, repromitteret, neve simplam neve ° [*duplam*] . . .

---

[1] libripendl. — [2] *Nomina libripendis et antestati omissa sunt, quia forma tantum contrahendi, non verus contractus fuit. Cf. n. 137 v. 11.12.* — [3] eundo. — [4] *Transpositis verbis legendum esse censet Deg.* pecunia persoluta fidesve. [*Si quid mutandum est, delendum* persoluta, *ut iungantur* pecunia soluta, fides liberata. Th. M.]

c. Donationis causa.

136. Donatio Fl. Artemidori. (Saec. II p. C.)

𝔈 6,2,10241. Dess. 7912. E cippo marmoreo, qui prope Romam repertus postea in Angliam translatus est. Or. 4358, Wi. 310, cf. Huschke, Syntr. don. p. 7. — V. 1—3 litteris permagnis incisi sunt.

D(is) m(anibus) ° M. Herenni ° Proti; v(ixit) a(nnos) $\overline{\text{XXII}}$ ° m(enses) $\overline{\text{II}}$ d(ies) $\overline{\text{V}}$. Fecerunt parentes ° M. Herennius Agricola et ° Herennia Lacena filio.

° Chirographum: Ollaria n(umero) IIII, ° cineraria n(umero) IIII, intrantibus par°te laeva, que sunt in monumento ° T. Flavi Artemidori, quod est via ° Salaria in agro Volusi Basilid*is*[2] ° ientibus ab urbe parte sinistra, do°nationis causa mancipio[3] accepit ° M. Herennius Agricola de T. Flavio ° Artemidoro $\overline{\text{II}}$S n(ummo) I, libripende M. ° Herennio Iusto; antestatus est Ti. ° Iulium Erotem, inque vacuam ° possessionem earum ollarum ° et cinerariorum T. Flavius Arte°midorus Herennio Agricole ire ° aut mittere ossaque inferre per°misit, sacrumque quotiens face°re vellit Herennius Agricola ° heredesve eius, permisit, clavis⟨*q*⟩ve ° eius monumenti potestatem factu°rum se dixit, dolumque malum ° huic rei abesse afuturumque ° ⟨*es*⟩se. Haec recte dari fieri praestari°que stipulatus est M. Herennius ° Agricola, spepondit T. Flavius ° Artemidorus.

Act(um) XVIII k. Ianuar. ° C. Calpurnio Flacco, L. Trebio ° Germano cos.[4]

---

[1] [vellet *del.* Th. M.] — [2] Basilides. — [3] [^{VII} *cf.* 𝔈 *VI 25192. Dess. 7913:* dis manibus *cet.* locum in quo posita est *cet.* sinisteriori, ita ut mancipatio continet et sibi et suis posterisq(ue) eorum.] — [4] *Consules Hadriani temporibus adscripsit Borghesius opp. 3 p. 386.*

137. Donatio Statiae Irenes (252 p. C.).

𝔈 6,2,10247. E tabula marmorea, quae Romae a. 1554 effossa postea periit. Huschke, Syntr. don. 7, Wi. 311, cf. Brummer, ad leg. Cinciam, (a. 1668) c. 14.

1 Monumentum, quot est via triumphale ° inter miliarium secun-
3 dum et tertium ° euntibus ab urbe parte laeva, in clivo ° Cinnae,
5 et est in agro Aureli Primiani ° fictoris pontificum cc. vv.[1] et ap-
6 pella°tur Terentianorum, iuxta monumentum ° Claudi quondam Pro-
8 culi et si qui ali atfine°s sunt et qua quemque tangit et popu-
9 lum, ° Statia Irene, *ius*[2] liberorum habens, M. Licinio ° Timotheo
11 donationis mancipationisque cau°sa HS n(ummo) *I*[3] mancipio dedit,
12 libripende Claudio ° Dativo, ante⟨⟨te⟩⟩stato Cornelio Victore; inque
13 ° vacua⟨⟨cua⟩⟩m possessionem monumenti s(upra) s(cripti) cessit, ° et
15 ad id monumentum itum aditum ambitum a°⟨⟨d⟩⟩qu⟨*a*⟩e haustum, co-
16 ronare, vesci, mortuum mor°tuas mortuosve ossa inferre uti liceat.

17 Quot ° mihi Licinnio Timotheo tu Statia Irene i(us) l(ibero-
18 rum) h(abens) ° monumentum s(upra) s(criptum) SS n(ummo) *I*[3]
19 mancipio dedisti, ° de ea re dolum abesse afuturumque esse ° a te,
21 herede tuo et ab his omnibus, ad quos ° ea res pertinebit, haec sic
22 recte dari fie°ri praestarique stipulatus est Licinius Ti°moteus,
spopondit Statia Irene i(us) l(iberorum) h(abens).

24 Ac°tum pr. kal. Aug. impp. dd. n̄n̄.[4] Gallo Aug. $\overline{\text{II}}$ ° et Volu-
siano Aug. coss.

26 Isdem coss. eadem ° die Statia Irene i(us) lib(erorum) h(abens),
27 donationi monumenti ° s(upra) s(cripti) sicut supra scriptum est, con-
28 sensi, sub°scripsi . . . et atsignavi. ∾ Actum . . . .

138. Donatio Iuliae Monimes (Saec. II—III p. C.).

𝔈 6,2,10231. E cippo Romae reperto a. 1773. Or. 4947.

1 Locus[5], sive is ager ° est, qui est via Appia inter ° miliarium
4 secundum et III ° euntibus ab Roma e parte dexteriori, ° in agro
6 Curtiano Talarchiano in ° praedis Iuliaes Monimes et sociorum,
7 ° locus[5], in quo aedificata est schola sub por(ticu) ° consacrata Sil-
8 vano et collegio eius sodalic(i), ° mancipio acceperunt immunes et

---

1) *i. e.* clarissimorum virorum. — 2) Stati Airenclus. — 3) N. L. *traditur.* — 4) *i. e.* dominis nostris. — 5) *Scribendum initio fuisse* locum *idemque vocabulum omittendum versu 7, adnotat Mo. 𝔈 l. l.*

curator ° et pleps universa collegi eius de Iulia Monime ° et socis 10
eius sestertio nummo uno donationis ° causa, tutore C. Memio Orione 12
Iuliaes Monimes, ° et ad eum locum itum actum aditum ambitum 13
° sacrificia[1] facere vesci epulari ita liceat[2], ° quandiu is collegius 14
steterit; quod si aliter ° factum fuerit, quod ad collegium pertinet 16
° [*Si*]lvani, is locus sacratus restituetur ° . . . . [*s*]ibi sine ulla 17
controversia. Haec ° . . . ti sunt. 19

139. Donatio Flavii Syntrophi (Saec. II—III p. C.).

ℭ 6,2,10239. E lapide, cuius exigua tantum pars Romae adhuc exstat, duo vero apographa saeculi XVII, quorum alterum a Ritschelio Romae in bibl. Vallicellina repertum ab Hu. (Fl. Syntrophi instrum. donat. 1838) editum est, alterius (a Z. Castellino descripti) a Mo. in bibl. Parisina reperti varia lectio edita est Leipz. Ber. 1,288, unde Or. 7321, Wi. 313. Tabula iam saec. XVII mutila erat, ut in apographis desint litterae finales omnium versuum 20—40. Supplementa sunt Hu., passim emendata a Mo. Quattuor capita, quae distinxi, in apographo Vallic. distincta sunt magnis interpositis virgulis, quae in Cast. desunt.

T. Flavius Syntrophus, priusquam hortulos Epagathianos Dadu- 1
[*chianos . . 10 . . ianosque*] ° cum aedificio et vineis maceria clusis,
ita uti instructi sunt, qui sunt via Labic[*ana inter miliarium II et
III*] ° euntibus ab urbe parte laeva ad viam, Aithale liberto suo
mancipio daret, test[*atus est se in hanc condi*]°cionem mancipare, ut 4
infra scriptum est[3].

Si tibi hortos Epagathianos Dad[*uchianos . . 10 . . ianosque*]
° qu(ibus) d(e) a(gitur), q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt), mancipio dedero 5
vacuamque possessionem tradidero, tum per te no[*n fieri factumve
iri neque*] ° per heredem tuum, eumve ad quem ea res q(ua) d(e)
a(gitur) pertinet pertinebit, quominus ii ho[*rti aedificiumve sit com*]-
°mune tibi cum conlibertis tuis utriusque sexus, qui a me testamento
codicillisv[*e honorati erunt, cumque is fru*]°aris, parique portione inter
eos[4] reditum eius custodiatis ita, ut die parentali [*meo, item XI. (?) k.
Apr. die viola*]°tionis[5], item XII k. Iunias die rosationis[5], item III
Ianuar. die natali meo, cu[*m mortuus ero, tum ut*] ° quisque vestrum 10
vivet, quive ex vobis geniti erunt, aut a quo vestrum quis ma[*numissus
erit, ad quem unum*] ° pluresve portio similiter huius loci aedificiive

---

1) sagrificia. — 2) liclat. — 3) *Hu. p. 22 recte monet, non simplicem donationem hanc esse, ut superiores, sed potius dationem ob causam ut in D. 39,5,19,5.6.* — 4) vos *mavult Mo.* — 5) *i. e.* die violarum — rosarum.

12 pertinebit, id ex formula su[*pra scripta dividatis; et si quis*] ° ibi
inhabitare voluerit ex communi omnium consensu maiorisve partis
[*eorum qui vivent, id ei liceat*]; ° quae autem membra aedificii vaca-
bunt, in reditu sint ita, ut huic volunta[*ti parentes, deducta summa*]
° impensae et quod ad tutelam aedifici opus erit, quod reliquom erit,
15 inter v[*os dividatis; et sic horti cum aedi*]°ficis instrumentoque
omni, quod die mortis meae ibi habuero, usui vestro [*deserviant,
quamdiu vivetis*]. ° Quive ex vobis novissimus morietur, eodem
modo testamento suo [*caveat, ut horti s(upra) s(cripti) per eos
q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt), quive*] ° ex iis prognati erint, aequaliter
in familiam nominis mei permanea[*nt, eodemque semper iure sint. Et*]
° ab hac re promissioneque dolus malus cuius vestrum, de quibus
agitur, [*absit. Si adversus ea f(actum) erit, q(uanti) e(a) r(es) e(rit),*]
° tantam pecuniam dari, et amplius poenae nomine HS L m(ilia)
20 n(ummum) stipulatu[*s est T. Flavius Syntrophus,*] ° spopondit T. Flavius
Aithales libertus.

Tum hortulos cum aedificio e[*t vineis maceria clusis, ita ut*]
° empti sunt et quae postea iis accesserunt, mancipio accepit T. Flavius
Aitha[*les de T. Flavio Syntropho HS n(umm)o I,*] ° libripende Ti.
Claudio Phileto.

Antestatus est T. Flavium Theopom[*pum; et in vacuam posses-
sionem horto*]°rum, q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt), ex causa supra scripta
ire aut mittere iussit T. Flavius Sy[*ntrophus T. Flavium Aithalem,
seque*] ° inde excessisse desisseque possidere《que》 dixit, salva volun-
25 [*tate si qua ossa deinceps supra dictis*] ° hortis inferri consacrarive
voluerit.

Act(um) III . . . s *M*[*artias? . . . . cos.*]. — ° M. Clodi
27 Saturnini, A. Cascelli Doryphori, T. Flavi Pii, T. St. . . . ., ° ~ Ti.
Claudi Phile[*ti*].

140. Aliae mancipationes donationis causa.

1. Romae. ℭ 6,4,27988. Or. 4567.

— Hoc monimentu(m) L. Titurius Sabinus se viv-
o donavit L. Salvio Symphoro mancu-
3 pavitque sestertio nummo uno.

2. Romae. ℭ 6,3,20278. Or. 4571.

1 D(is) M(anibus) ° Sex Iulio Stratonico amico
3 optimo M. Aur. Fortunatus ° et M. Aur. Alexander daede-

runt donaveruntque, cui ° et fruendum mancipationem[1] fecerunt SS n. I. Tunc post ° Iul. Stratonicus fecit sibi et Clodiae Mercurine coiugi ° suae et X libertis libertabusquae posteris quae aeorum. ° H. m. s. d. m.[2] concessum est.

3. Romae. 𝕮 6,2211. Or. 2984.

Cosmus, aedituus matris d[*eum . . . .*] Antiocho sacerdote annis XII, eiusd[*em rogatu*] ab imp. Augusto gratis manumissus, ol[*las . . quae*] supra sunt, HS n. I donationis causa mancip[*avit*].

4. Romae. 𝕮 6,2,10240. Fabretti, inscr. 50,283.

D(is) M(anibus). ° Hoc monumentum sive sepulchrum cum aria sua ° T. Fuficius Felix de Iulia Rufina donationis ° causa mancipio accepit HS. n. uno, quod comparavit ° Fuficiae Ampliatae coniugi karissimae et ° liberis suis, item libertis libertabusque posterisque eorum et ° P. Aelio Natali amico karissimo et Aeliae Restitutae libertae eius ° locum ponendi corporis utrorumque.

5. Romae. 𝕮 6,2,12905. Or. 4544. Dess. 7908.

C. Avillio Lescho ° Ti. Claudius Buccio columbaria $\overline{\text{IIII}}$, oll(aria) $\overline{\text{VIII}}$ ° se vivo a solo ad fastigium mancipio ° dedit.

CAPUT IV.

141. IURA PRAEDIORUM.

1. Pompeiis. 𝕮 10,787 = 1,1252. Ri. tab. 94 f. Dess. 5915.

M. Holconius Rufus d(uum)v(ir) i(ure) d(icundo) tert(ium),
C. Egnatius Postumus d. v. i. d. iter(um),
ex d(ecreto) d(ecurionum) ius luminum
opstruendorum HS cIɔ cIɔ cIɔ[3]
redemerunt, parietemque

---

[1] *Intellege* mancipatione. — [2] H(oc) m(onumentum) s(ine) d(olo) m(alo). — [3] *i. e.* sestert. tribus milibus.

6 privatum col(oniae) Ven(eriae) Cor(neliae)[1]
usque at tegulas
faciundum coerarunt.

2. Coppiti in dioecesi Aquilana. ℭ 9,4321 = 1,1291; Ri. tab. 62b. Dess. 3480.

1 Itus actusque est
in hoce delubrum
Feroniai ex hoce loco
in via poplicam
5 Campanam qua
proxsimum est
p. cIↄccx

3. In termino reperto in medio alveo Tiberis, edito a Lanciano bull. della comm. arch. comun. 1885 p. 99 n. 107. ℭ 6,29781. Dess. 6003.

M. Agrippa privat(um) iter.

4. Romae. ℭ 6,2,8862; Or. 4391.

Iter privatum a via publica
per hortum, pertinens ad monimentum
sive sepulchrum, quod
Agathopus Aug(usti) lib(ertus), invitator,
5 vivus et Iunia Epictesis fecerunt[2]
Ab iis omnibus dolus malus abesto et ius civile[3].

5. Ateste. ℭ 5,2548. Dess. 6005.

Via priva-
ta C. Q. Lar-
gis L. f. et C.
Oli Salvi.
5 Iter debet-
ur fundo
Eniano et . .

6. Ateste. ℭ 5,2547. Dess. 6004.

[*It*]er[4] Q. Critonii.
Iter debetur
[*Q.*] Critonio Q. f. et
. . . Pomponio Siloni,
[*ali*] nulli.

7. Lorii. ℭ 11,3743. Or. 5069. Dess. 6008.

Iter privat(um)
Anni Largi.
Precario utitur
Antonius
Astralis.

8. Veronae. ℭ 5,3472. Cf. 3473: Iter T. Vibi T. l(iberti) Eronis p(edes) II S l(atum). *Dess. 6011.*

Iter precar(ium) Q. Gavi Phari.

---

[1] *i. e. coloniae a Cornelio Sulla Pompeios deductae.* — [2] *Etiam tituli, qui ad ipsum Agathopi et Epictesis monumentum pertinent, reperti sunt, ℭ 6,8859–61.* — [3] *Cf. ℭ 6,12,133 = Or. 4374:* huius monu(menti) dolus mal(us) abesto et iurisconsult(us). — [4] *Ex coni. H. Erman, stud. iur. Cf. n. 5 et 7. ℭ habet:* [*P*]er Q. Critonii iter debetur *cet.*

9. Tergeste. ℭ 5,700 = 1,1464. Dess. 6010.

Vieam
precaream.

10. Neapoli. ℭ 10,4480 = 1, 1215; Ri. 69d; Or. 4339; Dess. 6009.

Privatum 1
precario 2
adeitur. 3

11. Veronae. ℭ 5,3849.

Huius monimenti
emptioni accesit
iter actus ad pu-
teum haustus
5 aquae ex subur-
bano Rutiliano.

12. Nolae. ℭ 10,1285. Dess. 6017a.

Precario aqua recipitur
tegul(is) LXXXX.

13. Fori Novi (hodie Vescovio prope Torri) in agro Sabino. ℭ 9,4786 integra; pars posterior est apud Grut. 180,6. Dess. 5767.

P. Faianius P[*le*]beius IIvir iter(um) ° aquam ex ag[*ro*] suo in 1
municipium ° Forum Novom [*pe*]cunia sua adduxit ° et lacus om[*ne*]s 3
*f*ecit[1] et in piscinam, ° quae in campo est, saliendam ° curavit 5
idemque probavit. ° Et cum venditor soli, in quo balneum est, 7
° parum cavisset emptori de aqua ° ut posset in balneo fluere, 8
° aquam suam in id balneum, ne carerent ° commodo municipes, 10
° P. Faianius Plebeius dedit. 12

14. Alby, quod Albinnum fuit, non longe a Genava, tribus exemplis. ℭ 12,2493–2495. Orelli 199. Dess. 5768. De tubis et tubulis v. D. 8,2,13; 43,23,1,6.

C. Sennius C. f. Vol(tinia) Sabinus[2] praef(ectus) fabr(um) 1
° balineum campum porticus aq[*uas iusque*] ° earum aquarum tubo 2
ducendarum, [*ita ut recte*] ° praefluere possint, vicanis Albinnen- 4
s[*ibus d(e) suo d(edit)*].

15. ℭ 11,3003. Viterbii in specu aquaeductus antiqui. Or. 6634. Bull. 1864 p. 106. Dess. 5771.

Mummius Niger ° Valerius Vegetus consular(is) ° aquam suam 1
Vegetianam, quae ° nascitur in fundo Antoniano ° maiore P. Tulli 4
Varronis, cum[3] eo loco, ° in quo is fons est emancipatus, duxi[*t*] 6
° per millia passuum $\overline{\text{VDCCCCL}}$ in vil°lam suam Calvisianam, quae 7
est ° ad aquas Passerianas suas, compara°tis et emancipatis sibi 9
locis itineri°busque eius aquae a possessoribus ° sui cuiusque fundi, 11
per quae aqua ° s(upra) s(cripta) ducta est per latitudinem struc- 13
tu°ris pedes decem, fistulis per latitudi°nem pedes sex, per fundos 14

---

[1] iecit *traditur.* — [2] *Eiusdem nominis hominem inveniemus apud Ulp. D. 48,18.1.* — [3] *Henz. coni.* c(larissimi) v(iri) ex; *sed* cum *in lapide esse adfirmavit Bormann.*

16 Antonian(um) ° maiorem et Antonianum mino(rem) ° P. Tulli Var-
18 ronis et Baebianum et ° Philinianum Avilei Commodi ° et Petro-
20 nianum P. Tulli Varronis ° et Volsonianum Herenni Polybi ° et
22 Fundanianum Caetenni Proculi ° et Cuttolonianum[1] Corneli Latini
23 ° et Serranum inferiorem Quintini ° Verecundi et Capitonianum
25 Pistrani ° Celsi, et per crepidinem sinisterior(em) ° viae publicae
27 Ferentiens*is*[2], et Scirpi°-anum Pistraniae Lepidae, et per viam
28 ° Cassiam in villam Calvisianam suam, ° item per vias limitesque
30 publicos ° ex permissu s(enatus) c(onsulti).

16. Hunc titulum saec. XVI Sabionetae prope Mantuam in domo ducali a. P. Manutio descriptum hucusque nondum publici iuris factum edendum Mo. mihi concessit. Origine autem urbanum esse Sabionetamque transvectum idem adnotavit in ℭ 5,43 n. 463,3*. — Dess. 6034.*

1 Dis M(anibus). ° Ab ostio introitus partem dex°-teriorem, por-
4 ticum, ° sub solarium[3], aediclam ° et ollaria fructuario°-rum[4].

17. Titulus Romae detectus a. 1819, editus Hafniae a. 1820 a B. Thorlacio Dano; inde Or. 4331. Dess. 6034.

1 In his praedis ° insula Sertoriana ° bolo esse Aur. Cyriacetis, °
4 5 filie meae, cinacula n(umero) VI, tabernas ° n. XI, et repossone
subiscalire[5]. Feliciter.

V 18. ℭ 10,3678. Miseni. Dess. 5689.

1 T. Fl. Avito ° Forensi, II-
3 vir(o) iter(um), q(uin)q(uennali) omnib(us) ° muneribus functo.
. . Hic
5 idem ad lavacrum bal°-near(um) publicar(um) ligni
7 duri vehes n(umero) CCCC en°-thecae[6] nomine in per-
9 petuum obtulit, ita ° tamen ut magistratuus
11 quodannis successorib(us) ° suis tradant *cet.*

---

[1] *Nomen hoc incertum esse monet Borm. ℭ l. l.* — [2] Ferentienses. — [3] [*Videtur significari porticus facta sub horologio solario.* Th. M.] — [4] *Ollaria (i. e. loculi, in quibus ollae mortuorum cinere impletae ponuntur) fructuariorum esse posse mirum est, cum usus fructus morte finiatur neque usufructuarius ipsum locum religiosum facere possit. D. 11,7,2,7.* — [5] *Intellege repositiones subscalares, i. e. repositoria sub scalis parieti inserta.* — [6] *Entheca est dos vel peculium praedii, id est praestatio quaedam cum praedio in perpetuum coniuncta. Cf. Gothofredus ad C. Th. 15,1,12.*

V 19. 𝔈 8,6357. Dess. 6868. Lapidem repertum in castello Mastarensi (prov. Numidia) descripsit Wilmanns. Conferendum est SC. de nundinis saltus Beguensis, supra n. 61 p. 205.

Nundinae [*habe*]ntur hic in ° castello Mastarensi die 1
İII kal. Septemb. primarum ° et die III idum Septembrium 3
[*s*]ubsequentium et deinceps ° suo quoque mense ex per- 5
missu ° M. Aureli Comini Cas- 7
siani leg(ati) Augg[1](ustorum) pr(o) pr(aetore) ° c(larissimi) v(iri). 9

VII 142. Fragmentum tabulae censualis.

E tab. marm. alt. et lat. ca. 0,50 m., Arausii a. 1904 rep. Edd. Dechelette, Mémoires de l'Académie de Vaucluse 1904, p. 209 sqq.; Espérandieu, Revue épigraphique 1904, p. 97 sqq. et C.-R. de l'Académie des Inscriptions, 1904, p. 497 sqq.; Schulten, Hermes 41, 1 sqq. cum commentario latiore. Simulacrum add. Espérandieu et Schulten. Tabulam esse censualem, similem fragmentis minoribus (𝔈 12,1244 et 5427) nec tamen formae censualis coloniae dictatore Caesare deductae iudicat Schulten, sed e censu posteriore, forsitan cum Augusti temporibus Gallia censeretur (i. e. partium), factam. Μερίδων, *sex binae singulis mancipibus adscribuntur. Deperierunt descriptiones* μερίδων *I et II, nomina mancipum V et VI. Mancipibus accedunt fideiussores.*

M]anc(eps) C. Naevius Rusticus
in perpet(uum)[2] eius rei fide —
iussor C. Vesidius Qua-
dratus Ad K.[3]
Meris III in fronte p(edes) XXXIV — XLXIXS[4]
S. et meris IIII in front(e)
p(edum) XXXV in ann(os) sing(ulos) XI
Manc(eps) C. Naevius Rusticus
in perpet(uum) eius rei fide-
[ussor C. Vesidius Quadra-
tus Ad K.
Meris V in fronte p(edes) LVS — XC[
et meris VI ad ludum
[*in fronte*] p(edum) LXXV [*in ann(os)*]
sing(ulos)]

---

[1] '*altera* 'g' *videtur erasa fuisse, sc. interfecto Geta*'. *Dess.* — [2] *Monemus mancipibus in etuum locari (cf. Mitteis, Erbpacht, p. 25 squ.), non in annos quinque.* — [3] ad K(ardinem). — [4] *Locos, non agros fuisse ex dimensionibus colligit Schulten.*

CAPUT V.

SUPERFICIES.

143. Aedificium Puteolanum. (Saec. II. p. C.)

CIL 10,1783. Dess. 5919. Lapidem a. 1861 Puteolis repertum, hodie Neapoli adservatum, edidit post alios Degenkolb, ZRG. 4,474.

1 IIII non. Septembr. in curia templi basilicae Augusti Annianae.
2 Scribundo adfuerunt: ° Q. Granius Atticus, M. Stlaccius Albinus,
A. Clodius Maximus, M. Amullius Lupus, M. Fabius Firmus. ∾
3 ° Quod T. Aufidius Thrasea, Ti. Claudius Quartinus IIviri v(erba)
f(ecerunt) de desiderio Laeli Atimeti optimi civis, q(uid) d(e) e(a) r(e)
f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt):
4 ° Cum M. Laelius Atimetus, vir probissimus et singulis et uni-
5 versis karus, petierit in ordine nostro, uti solarium ° aedifici, quod
extruit in transitorio, remitteretur sibi ea condicione, ut ad diem vitae
6 eius usus et fructus ° potestasque aedifici sui ad se pertineret, postea
autem rei p(ublicae) nostrae esset, placere huic ordini: tam gratam
7 voluntatem optimi civis ° admitti remittique ei solarium, cum plus ex
pietate promissi eius res publica nostra postea consecutura sit.
In curia f(uerunt) n(umero) LXXXXII.

144. Aedificium post columnam divi Marci (193 p. C.).

CIL 6,1585a.b. b = Dess. 5920. Duos lapides, muro aedificii de quo agitur insertos, a. 1777 repertos ediderunt C. Fea, fasti 77. Rud., ZRG. 11,219. Mo., ibid. 15,335 [= Ges. Schr. 3,102]. Or. 39, quem lapide altero inspecto correxit Henzen, Or. 3,1 ad n. 39.

a. 1 Libellus L. [*Septimii Aug*(*ustorum*) *l*(*iberti*) *Adrasti, ex officio*]
2 ° operum publ[*icorum in verba haec*], ° scripta Severo [*Augusto:*]
4 ° Domine permitta[*s rogo, ut rectius fungar of*]° ficio meo, post
6 colu[*mnam centenariam divorum*] ° Marci et Faustin[*ae pecunia mea*
7 *loco publi°co*] pedibus plus min[*us . . aedificium me exs°tru*]ere et
9 in matri[*culam referri, quod ° sine in*]iuria cuiusqua[*m fiat; et reliqua*
10 *fieri*] ° secundum litter[*as Aeli Achillis, Cl. Perpetui*] ° rationalium
12 [*tuorum, quas huic libello*] ° subieci. Da[*tum . . Romae Falcone*
et Claro cos.[1]]

---

[1] *Hic explicit CIL 1585a: 'Ex alia epistula ad eandem rem pertinente videtur superesse frustulum VI, 1585a.' Dess. ad b.*

b. Exemplaria litte°rarum rationalium dominorum nn(ostrorum) ° scriptarum, pertinentes ad Adrastum ° Augg. nn.[1] lib(ertum) quibus aei permissum sit aedifi°care loco cannabae a solo[2] iuris sui pecunia ° sua, prestaturus solarium sicut caeteri.

Aelius Achilles, Cl. Perpetu°us Flavianus Eutychus Epaphrodito suo salutem. ° Tegulas omnes et inpensam de casulis, item cannabis ° et aedificiis idoneis adsigna Adrasto, procuratori ° columnae divi Marci, ut ad voluptatem suam hospi°tium sibi exstruat, quod ut[3] habeat sui iuris et ad he°redes transmittat. — Litterae datae VIII idus Aug. ° Romae Falcone et Claro cos.

Aelius Achilles, Cl. Perpetu°us Flavianus Eutychus Aquilio Felici. — Hadrasto Aug. lib.[4] ° ad aedificium quod custodiae causa columnae cente°nariae pecunia sua exstructurus est, tignorum vehes ° decem, quanti fisco constiterunt, cum pontem neces°se fuit compingi, petimus dari iubeas. — Litterae datae ° XIIII kal. Sept. Romae Falcone et Claro cos.

Rationales Seio Superstiti ° et Fabio Magno. — Procurator columna⟨*e*⟩ centenariae ° divi Marci, exstruere habitationem in conterminis ° locis iussus, opus adgredietur, si auctoritatem ves°tram acceperit. Petimus igitur aream, quam demo°nstraverit Adrastus lib(ertus) domini n(ostri), adsignari ei iubea°tis, praestaturo secundum exemplum ceterorum so°larium. — Litterae datae VII idus Sept. Romae; red°ditae IIII idus Sept. Romae isdem cos.

---

[1] *'videtur intellegi Severus cum Albino Caesare'. Dess.* — [2] aedificium *aut cogitatione supplendum est aut inserendum.* — [3] [*malim* et. Th. M.] — [4] Aug(usti) lib(erto).

CAPUT VI.

OBLIGATIONES ALIMENTARIAE MUNICIPALES ALIAEQUE SIMILES.

145. Ex institutione alimentaria Traiani.

Iam Nervam imperatorem puellas puerosque natos parentibus egestosis sumptu publico per Italiae oppida ali *iussisse Aur. Vict. ep. 12,4 narrat. Quod incohaverat Nerva, perfecit Traianus tam solida stabilique ratione, ut usque ad Diocletianum permanserit eius institutio. Certas ad hunc usum pecunias singulis oppidis adtribuit, quarum ex reditu alimenta per certos magistratus praestarentur. Adtributionem autem neque ita instituit, ut nostro more pia corpora, quae personarum vice fungerentur, constitueret, neque ita, ut pecunias ipsis civitatibus administrandas concederet, sed privatis hominibus, fundos possidentibus, pecunias fenori dedit, qui praedia sua tam pro sorte quam pro usuris imperatori vel reipublicae obligarent. Errore Savigny (verm. Schr. 5,57) et Puchta (Inst. § 118) privato fiduciarum vel hypothecarum iure eam obligationem factam esse putaverunt; immo colligitur e lege Malac. c. 60.63 sola praediorum subsignatione in tabulas publicas relata eam peractam esse, ut mos erat in omnibus privatorum adversus rem publicam obligationibus. Ita opus non erat longo mancipationum et remancipationum circuitu, quo Plinius simili in re usum se esse dicit (infra n. 146), id quod putaverunt Bachofen (röm. Pfandr. 1,226) et Henzen (tab. alim. Baeb. 25.26). — Ex omnibus per universam Italiam tunc conscriptis praediorum obligationibus duo tantum ad nos pervenerunt professionum indices, alter Veleiatium, alter Ligurum Italiae inferioris, quorum satis habui recipere quibus summa rei illustraretur. Neque enim ipsam obligationem vel subsignationem praediorum iis contineri, sed eius perficiendae causa factum indicem quendam verba sollemnia:* professus est — accipere debet et obligare, *declarant. — Totius institutionis alimentariae historiam conscripsit Henzen l. c. 7—57, cui adde Mo. Berl. Ber. 1861 p. 87, ℭ 2,1174, Hermes 3,101.124.*

a. **Tabula Veleias** (a. 103—112 p. C.).

ℭ 11,1147. Dess. 6675. Tabula permagna (a. 1,35 m., l. 3 m.) septem columnis (772 versibus) inscripta, quibus praescriptio litteris maioribus superscripta est, reperta a. 1747 in ruinis Veleiae antiquae, hodie Parmae adservata. Edita est a F. A. Wolf, Stiftung Traians, 1808, P. de Lama, tav. alim. Vellej. 1819, Desjardins, de tabulis alim. 1854, quocum cf. eiusdem libellum: Velleia. Romae 1858.

Praescr., 1 Obligatio praediorum ob HS deciens quadraginta quattuor milia (1044000), ut ex indulgentia optimi maximique principis imp. Caes.

Nervae ° Traiani Aug. Germanici Dacici pueri puellaeque alimenta 2
accipiant: legitimi n(umero) CCXLV in singulos HS XVI n(ummum)[1],
f(iunt) HS $\overline{\mathrm{XLVII}}$XL[2] (47040) n(umm.),
legitimae n(umero) XXXIV sing(ulae) HS XII n(umm.),
f(iunt) Hs $\overline{\mathrm{IV}}$DCCCXCVI (4896) n(umm.),
spurius I HS CXLIV (144),
spuria I HS CXX (120),
° summa HS $\overline{\mathrm{LII}}$CC (52200)
quae fit usura =—=[3] sortis supra scribtae.

(1) C. Volumnius Memor et Volumnia Alce per Volum(nium) I 1
Diadumenum libertum suum professi sunt ° fundum Quintiacum, Aurelianum, collem Muletatem cum silvis, qui est in Veleiate ° pago Ambitrebio, adfinibus M. Mommeio Persico, Satrio Severo et pop(ulo), HS $\overline{\mathrm{CVIII}}$ (108000); ° acciper(e) debet HS $\overline{\mathrm{VIII}}$DCLXXXXII (8692) n(ummum) et fundum (supra) s(criptum) obligare. °

(2) M. Virius Nepos professus est praedia rustica, deducto vecti- I 5
gali, HS $\overline{\mathrm{CCCX}}$DXXXXV (310545) n.; ° accipere debet HS $\overline{\mathrm{XXV}}$CCCLIII (25353) n., et obligare fundum Planianum, qui est in ° Veleiate pago Iunonio *cet.*

(10.) M. Vibius Q. f. per M. Vibium Verum f(ilium) suum pro- II 12
fessus est praedia rustica ° HS $\overline{\mathrm{XX}}\dot{\mathrm{C}}$ (80000), accipere debet HS
$\overline{\mathrm{VI}}$CCCCXXXVIII (6438) n. et obligare fund(um) Mucian(um) ° °, 14 15
quem professus est HS $\overline{\mathrm{LVI}}$ (56000), in HS $\overline{\mathrm{V}}$ (5000), ° item fund. Gellianum — °, quem professus est HS $\overline{\mathrm{XXIIII}}$ (24000), in HS $\overline{\mathrm{I}}$CDXXXVIII (1438) n.

(13.) M. Mommeius Persicus professus est praed(ia) rustica in II 36
Veleiate et ° Placenteno, deducto vectigali et eo quod Cornelius Gallicanus ° obligavit $|\overline{\mathrm{X}}|$ $\overline{\mathrm{CLXXX}}$DC (1180600) n., accip(ere) debet HS $\overline{\mathrm{XCIIII}}$DCCLXV (94765) n. et oblig(are) ° fund. Attianum *cet.*

(16.) C. Coelius Verus per Onesimum ser(vum) suum prof(essus) III 11
est praed(ia) rustica in Plac(entino) ° —, deducto vectigali et is, quae ante Corne°lius Gallicanus et Pomponius Bassus obligaverunt, HS $\overline{\mathrm{DCCCXLII}}$(*I*)DCCC ° LXXVIIII (843879) n., accipere debet *cet.*

(17.) L. Annius Rufinus nomine suo et C. Anni Veri frat(ris) III 52 professus est praed(ia) rustica, ° deducto vectigali et quod Pomponius Bassus obligavit HS $|\overline{\mathrm{X}}|$ $\overline{\mathrm{XIIII}}$XC (1014090) n., ° accipere debent *cet.*

---

[1] *In legitimis menstrua, in spuriis annua alimenta computata sunt.* — [2] *Numerorum notae, quibus lineae superscriptae sunt, milia significant, quae lineis inclusae sunt (n. 13.17.43), centena milia.* — [3] *Significantur usurae quincunces.*

VI 60 (43.) Coloni Lucenses publice professi sunt saltus praediaque Bitunias, sive quo ° alio vocabulo sunt, pro indiviso pro parte tertia, quae pars fuit C. Atti Nepotis, ° (71) et saltus praediaque Velianium vectigal(es) et non vectigal(es), ° sive alis nominib(us) vocabulisque sunt, qui sunt in Lucensi et in Veleiate ° et in Parmense et in Placentino et montibus ° (75) deductis reliquis colonorum et ° usuris pecuniae et pretis mancipiorum, quae in 《in》emptione eis cesserunt, ° habita ratione etiam vectigalium, HS $|\overline{\mathrm{XVI}}|$ (1600000); accipere debent HS CXX$\overline{\mathrm{VIII}}$DCC°LXXX (128780) n., et obligare saltus sive praedia, quae s(upra) s(cripta) s(unt), deducta parte quarta.

VII 31 Item [1] obligatio praediorum facta per Cornelium Gallicanum ° ob HS $\overline{\mathrm{LXXII}}$ (72000), ut ex indulgentia optimi maximique principis ° imp. Caes. Nervae Traiani Augusti Germanici [1], pueri puellaeq(ue) ° alimenta accipiant; legitimi n(umero) XIIX in singulos HS XVI n(ummum), ° fiunt HS $\overline{\mathrm{III}}$CCCCLVI (3456), legitima HS XII; fit summa utraque ° HS $\overline{\mathrm{III}}$DC (3600), quae fit usura = = — [2] summae s(upra) s(criptae).

VII 37 (1.) C. Coelius Verus professus est saltus Avegam — ° — qui sunt in Ve°leiate pag(is) Albense et Velleio, adf(inibus) rep(ublica) Lucensium et rep(ublica) Ve°《ve》leiatium HS $\overline{\mathrm{XC}}$ (90000); accipere debet HS $\overline{\mathrm{IX}}$ (9000); item professus est *cet.*

b. **Tabula Baebianorum** (101 p. C.).

Ꞓ 9,1455. Dess. 6509. Haec tabula a. 1831 prope Beneventum effossa, deinde adservata Campolattari, iam Romae est in museo publico. Tribus columnis inscripta est, quarum primae pars dimidia deest. Edita est cum commentario ab Henzeno, tab. al. Baeb. 1843, postea tabula denuo excussa a Mo., Inscr. Neap. 1354; inde a Desjardins, p. 198 n. 3 cit. Or. 6664.

Praescr., 2 [*Imp*(*eratore*) *Caes*(*are*)] Nerva Traiano Aug. G[*ermanic*]o $\overline{\mathrm{IIII}}$, ° [*Q.*] Articuleio Paeto [*cos.*

° *Qui i*(*nfra*) *s*(*cripti*) *s*(*unt,*) *ex praecepto optim*]i maximiq(ue) principis obligarunt prae[*dia, ut ex em*]pto Ligures Baebiani [3] ° [*usuras*

---

[1] *Hic in tabula ipsa addita est obligatio altera iam antea per Gallicanum praefectum alimentorum facta* (*i. e. accepta*), *cum Traianus nondum Dacicus cognominabatur, id est ante a. 102. Cf. supra n. 13.16.17.* — [2] *quincunx ut p. 347 n. 3.* — [3] *Intelleguntur Ligures ad XL milia victi a. 572 et*

semestres i(nfra) s(criptas) percipiant e]t ex indulgentia eius pueri puellaeq(ue) al[*imenta a*]ccipiant.

[*Debentur a*[1]*:* . . . .]

(18.) Crispia Restituta fund(i) Pomponiani, pertica ° Benevent(ana), II 5
pago Aequano in Ligustino, adf(ine) ° Nasidio Vitale, aest(imati) HS
L̅ (50000) in HS I̅I̅I̅DXX (3520): HS LXXXIIX (88).

(42.) C. Valerio Pietate, fund(i) Herculeiani, adf(ine) Caes(are) III 17
n(ostro), aest(imati) HS X̅X̅V̅ (25000), in HS I̅I̅ (2000); item obli-
g(atione) VIIII[2] fund(i) Vibiani, pago s(upra) s(cripto), adf(ine) Marcio
Rufino, aest(imati) HS X̅V̅ (15000), in HS MD (1500); f(iunt) HS
X̅X̅X̅X̅ (40000), in HS I̅I̅I̅D (3500): HS LXXXVIIS (87$^1/_2$).

146. Institutio alimentaria Pliniana. (97—100 p.C. [*e Plinio*]).

Plinius epist. 7,18. De tempore, quo facta sit haec institutio, v. Mo., Hermes 3,101. [*Ges. Schr. 4,435.*]

C. Plinius Caninio suo s. Deliberas mecum, quemadmodum pecunia, quam municipibus nostris in epulum obtulisti, post te quoque salva sit. — Numeres reipublicae summam? Verendum est ne dilabatur. Des agros? Ut publici neglegentur. Equidem nihil commodius invenio, quam quod ipse feci. Nam pro quingentis milibus nummum, quae in alimenta ingenuorum ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe pluris actori publico mancipavi, eundem vectigali inposito recepi, tricena milia annua daturus. Per hoc enim et rei publicae sors in tuto nec reditus incertus, et ager ipse propter id, quod vectigal large supercurrit, semper dominum, a quo exerceatur, inveniet.

^{V}147. Obligatio Atinas.

ℭ 10,5056. Dess. 977. Atinae.

[*T.*] Helvio T. f. Basilae ° aed(ili), pr(aetori), pro co(n)s(ule) 1
° legato Caesaris Augus(ti), 3
° qui Atinatibus HS cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ (400000) 4

---

publico sumptu a Cornelio et Baebio consulibus traducti in agrum publicum, qui erat in Samnitibus prope Beneventum. Liv. 40,37.38.

[1] *Priorum septendecim obligationum nonnisi fragmenta in tabula extant.* — [2] *Haec verba, tribus tabulae locis repetita, indicare videntur novem imperatoris largitiones praediorumque obligationes huic decimae praecessisse; cf. Henzen l. c. p. 14—15.*

5 ° legavit, ut liberis eorum ° ex reditu, dum in aetate[*m*] ° pervenirent,
8 frumentu[*m*] ° et postea sesterti[*a*] ° singula millia darentur;
10 ° Procula filia posuit.

^{V} 148. Obligatio Tarracinensis.

CIL 10,6328. Dess. 6278. Tarracinae.

1 Caelia C. f. Ma[*c*]rin[*a*] ex [*test*]ament[*o*] *cet.* ° . .
3 Eadem in memoria[*m*] Macri fili sui Tarricinensibus ° HS |$\overline{X}$|
r[*eli*]quid, ut ex reditu eius pecuniae darentur cen[*t*]um pueris ali-
4 mentor[*u*]m nomine sing(ulis) ° mensib[*us si*]ng(ulis) pueris colonis
𐆖 V, puellis colonis s[*i*]ng(ulis) in mens(es) sing(ulos) 𐆖 IIII, pueris
5 usq(ue) ad annos XVI, puellis ° [*usque ad*] annos XIIII, ita ut semper
C pueri, C puellae per successiones accipiant.

^{V} 149. Obligatio Hispalensis.

CIL 2,1174 Hispali. Restitui ego, ad sententiam scilicet, in actis Berol. a. 1861 p. 87. Fabia non instituit nova alimenta, sed auget instituta antea a Iunco quodam (fortasse cos. a. 127), unde pueri appellati sunt Iuncini; puellarum nomen excidit.

1 Fabiae Q. f. H[*ad rianil*]°lae, consularis [*f*(*iliae*), *senatoris uxori*]
3 ° senatoris sorori, senatoris matri.
4 [*Qui sunt in r*(*e*) *p*(*ublica*) *n*(*ostra*) *pueri*] ° ingenui Iuncini
5 item puellae i[*ngenuae . . . . . ., eis*] ° quodannis in annos singulos
6 HS L mili[*um usuras semisses*] ° dari volo, quam summam bis in
7 ann[*o, natali C. Seii viri mei*] ° k. Mais et meo VII k. Maias, in
8 aliment[*orum ampliationem*] ° accipiant, pueri ingenui HS XXX nummos,
9 pu[*ellae ingenuae* HS *XL n*(*ummos*). *Quam*]°quam summam sufficere
credo, si tamen numerus [*puerorum puellarumque s*(*upra*) *s*(*criptorum*)
10 *s*(*criptarum*)*que*] ° maior erit, pro porcione, qua inter masculos [*ut*
11 *distribuatur cavi*], ° distribui omnibus volo. Quod si amplius er[*it*
12 *in legato, item aequabili*]°*ter*que[1] inter eosdem distribuant[*ur qui
supererunt nummi*].

^{V} 150. Obligatio Siccensis.

CIL 8,1641. Dess. 6818. Siccae Veneriae in titulo dedicato:

1 P. Licinio M. f. Quir(ina) ° Papiriano, procur(atori) ° Augg. imp.
4 Caes. M. Aureli ° Antonini Aug. Germanici ° Sarmatici maximi p(atris)
6 p(atriae) et ° [*di*]vi Veri a rationibus *cet.*

---

[1] phove *traditur.*

Municipibus meis Cirthensibus ° Siccensibus carissimis mihi dare 1
° volo HS |$\overline{\text{XIII}}$|[1]. Vestrae fidei committo ° municipes carissimi, ut 3
ex usuris ° eius summae quincuncibus quodan°nis alantur pueri CCC 5
et puellae CC[2], pueri《s》 ° ab annis tribus ad annos XV et accipiant 7
° singuli pueri ✱ IIS[3] menstruos, puellae ° ab annis tribus ad annos 8
XIII ✱ II[4]. Legi ° autem debebunt municipes item in°colae, dum- 10
taxat incolae, qui intra ° continentia coloniae nostrae ae°dificia mora- 12
buntur, quos si vo°bis videbitur, optimum erit per ° IIviros cuiusque 14
anni legi; cura°ri autem oportet, ut in locum ad°ulti vel demortui 16
cuiusque sta°tim substituatur, ut semper ple°nus numerus alatur. 18

151. Obligatio Ferentinas.

C 10,5853. Dess. 6271. Ex inscr. Ferentinate illustrata a Mo. Herm. 12,123. Cf. inst. Plin. n. 146 p. 349 et apocham n. 156, P. 125 (pag. 360).

A. Quinctilio A. f. ° Pal(atina) Prisco ° ob eximiam munificent(iam) 1 3—6
quam in munic(ipes) ° suos contulit, senat(us) statuam publice ponend(am) 7
in foro, ubi ipse ° vellet, censuere. H(onore) a(ccepto) i(mpensam) 8
r(emisit).

Hic ex s(enatus) c(onsulto) fundos Ceponian(um) ° et Roianum 9
et Mamian(um) et pratum Exosco ab r(e) p(ublica) redem(it) ° HS 10
LXX m(ilibus) n(ummum), et in avit(um) r(ei) p(ublicae) reddid(it),
ex quor(um) reditu de HS IV m(ilibus) CC ° quodannis VI id. Mai. 11
die natal(i) suo perpet(uo) daretur praesent(ibus) ° municipib(us) et 12
incol(is) et mulierib(us) nuptis crustul(i) p(ondo) I, mulsi *cet.*

152. Obligatio Ariminensis.

Ex inscr. Ariminensi C 11,419; Or. 3116, cf. 3,270; Dess. 6663.

L. Septimio ° Liberali ° $\overline{\text{VI}}$vir(o) Aug(ustali), ° vicani vici Cermali 1
ob ° merita eius, quot decurion(ibus) ° et vicanis vicor(um) $\overline{\text{VII}}$ singulos 5
° in annos ✱ III in perpet(uum) re[*l*(*iquit*)[5]] ° et in eam rem fundos 7
XXI ° obligari iussit, quorum ° partem $\overline{\text{VI}}$ legis Falc(idiae) nomin(e) 9
° deductam ab tutoribus ° Septimiae Priscae, matris ° suae, Lepidi*a*[6] 11
Septimina ° populo concessit. 14

---

[1] *i. e.* ter decies = 1 300 000. — [2] *Adnotat Wilmanns pro* CC *scribendum esse* CCC; *aliter enim usurarum denarii* $\overline{\text{II}}$ CCCCL *quotannis superessent.* — [3] *i. e.* denarios binos semissem. — [4] *i. e.* denarios binos.
[5] rei *traditur.* — [6] lepidie *traditur.*

CAPUT VII.

PECUNIA CERTA.

153. **A. Credita.**

E tript. Transs. integro. 𝔈 *3,930. — a. 162.*

1 1. 𐆖 centum quadraginta sortis et eorum ° usuras ex ea die
3 sing(ulas) centesimas[1], quandiu ° abstinuerit[2], id utrumque probos
4 recte dari ° f(ide) r(ogavit) Anduenna Batonis, d(ari) f(ide) sua
5 promisit ° Iulius Alexander; quos eae reddere debe°bit, qua die
7 petierit, cum usuris s(upra) s(criptis). ° Id utrumque sorte(m)[3] et
8 usuras probos rec°te dari fide rogavit Anduenna s(upra) s(cripta)
9 ° dari fide sua promisit Iulius ° (= II 1) Alexander. II.
11 ° Actum Deusare XII kal. Iulias ° Rustico II et Aquilino cos.[4]

𝔈 *3,934. E tript. Transs. tabb. I et II; periit III. — a. 162.*

1 2. 𐆖 L̅X̅ q(ua) d(ie) p(etierit), p(robos) r(ecte) d(ari) f(ide)[5]
2 rogavit Iul(ius) Alexander, dari f(ide) p(romisit) ° Alexander Cari(cci)[6]
3 et se eos 𐆖 LX̅, q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt), mutuos ° numeratos
4 accepisse et debere se dixit; ° et eorum usuras ex hac die in dies
5 X̅X̅X̅[7] Ↄ I[8] ° dari Iul(io) Alexandro e(ive) a(d) q(uem) e(a) r(es)
6 p(ertinebit), f(ide) r(ogavit) Iul(ius) Alexander, ° dari f(ide) p(romisit)
7 Alexander Caricci (° = II 1). Id fide sua esse iussit Titius Primitius, II.
8 d(ie) s(upra) s(cripta) s(ortem) ° cum u(suris) r(ecte) p(robe) s(olvi).
9 ° Act(um) Alb(urno) maiori, XIII k. Novembr. ° Rustic(o) II
et Aquilino c[*o*]s.

(*Nom. sign.:*) L. Vasidii Vi[*c*]toris . . . ctati . as. Batonis Pr . . . vi. Tovetis. Titius Primitius. Alexandri Caricci i[*p*]sius debitori[*s*].

---

[1] *i. e. in XXX dies, ut scriptum infra n. 2 v. 4. Ita usurae centesimae in iure semper intelleguntur.* Centesimae singulae *dicuntur, quia etiam* binae centesimae *deberi potuerunt, ut C. 4,32,2. Recte igitur Mo. suppleri vetat* sing(ulis) *sc.* diebus. — [2] *Magis significatur, 'quamdiu eos nummos abstinuerit debitor ab ea ad quam iure pertinent' quam 'quamdiu creditor abstinuerit a petendo', nam etiam post petitionem currunt usurae.* — [3] *Int.* sorte, *ext.* sortem. — [4] *Nomina signatorum plene legi nonpossunt.* — [5] *Omnia haec verba in scr. ext. percripta sunt.* — [6] Caricci *ext.* — [7] *Similiter in D. 45,1,135 pr.* — [8] *i. e.* centesimas singulas. *Cf. supra not. 1.*

154. **B. Constituta.**

𝕮 3,933. E tript. Transs. tab. III; perierunt I et II. Primus Detlefsen, Wien. Ber. 27,89 tabulam legit ediditque, perperam vero ad emptionem eam rettulit.

. . . . . ° καὶ τῶν λοιπῶν κʹ . . (5) . . γων 𐆖 κγʹ κ[αὶ] ° τούτων ἑκατοστὴ[ν τίσει]ν ἀπὸ τῆς ° προγεγραμμένης ἡμέρας εἰς [τὴν δʹ] κ. Ὀκ[τω]°βρίας· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδῶ σ[οι εἰς] τὴν ἡ°μέραν ὡρισμένη[ν], ἀποδώσω ὣ[ς] ° παριὸν ἔτι 𐆖 κεʹ. Ἐγένετο εἰς [Ἄλ]β[ουρ]°νον μεγάλην.

Reliquorum XX . . . 𐆖 XXIII et horum centesimam me soluturum ex die supra scripta in diem IV k. Oct.; si vero tibi non reddidero in diem constitutam, reddam pro accessione amplius 𐆖 XXV: Act. Alb. mai.

155. **C. Commendata.**

a. 167.

𝕮 3,949, XII. E tript. Transs. tab. I; II et III perierunt.

Vero III Quadrato cons. IIII kal. Iunias
𐆖 quinquaginta L commendatos[1] Lupus Carentis dixit se accepisse et accepit a Iulio
[*Al*]exandro, quos ei reddere deb[*e*]t
sine ulla contraversia.
Actum Albur[*no*] maiori . . . .

V 156. **D. Transscripta.**

𝕮 14,3471. Titulum repertum in agro Tiburtino primus edidit qui descripsit Zdekauer: bull. dell' inst. di corr. arch. 1882 p. 252. Nuper contulit Huelsen. Restituta per eum vera tituli lectione, de interpretatione iam dubitari non potest. Praedia, scilicet ea ipsa in quibus titulus inventus est, subsignata ostendunt agi debitis publicis, sive populo Romano duo nomina haec debebantur sive Praenestino aliive municipali. Debitor fuit C. Cae[sius] Bassus (quem nihil impedit quominus habeamus pro amico Persii); praedia eius debiti causa subsignata fuerunt A. Furii R[uf]i. Eorum nominum cum dies venisset, debitor autem absens, ut ait titulus, non solveret, aerario qui praeerant cum praedia illa vendere possent, eo iure non usi sunt, sed transscripserunt nomina illa a debitore in dominum praediorum, secundum praeceptum Gaii 3,130: a persona in personam transcriptio fit veluti si id quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est si Titius te delegaverit mihi, *nisi quod Rufus debitor factus*

---

[1] *D. 16,3,24 pr.:* centum — commendasti —. Respondi depositi actionem locum habere; quid est enim aliud commendare, quam deponere?

est non ex delegatione, sed sola creditoris transscriptione, id quod iure praediatorio creditori licuisse iam apparet. Rufus cum nomina illa solvisset itaque praedia liberavisset, ne postea de iis lis sibi moveretur id ipsum in iis perscribi iussit, adscripto ad solutiones earum anno. Eorum annorum de altero dubitari non potest; priorem vix licebit referre ad a. 46, cum quod ad collegam M. Iunii Silani D. (*ut videtur*) *Valerium Asiaticum vestigia secundi nominis* (*Λ deficientibus deinde litteris circiter quinque*) *parum quadrant, tum propter intervallum decennii in tali re nimium; magis crediderim suffectos esse anni alicuius a secundo non longe remoti. V. 5.6 cum litteratura declaret post tempus adiectos esse, duo nomina in priore tituli parte perscripta ostendunt eam eo consilio incisam esse, ut ei posterio*r *adderetur soluta summa altera. — 5 fin. et 6 quid fuerit, non apparet; agebatur fortasse de solutione usurarum.*

1 A. Furius R[*ufu*]s, quod in eum transscriptum
est a C. Cae[*sio*] Basso, apsente [*de*]bitore
nominibus [*du*]obus, subsignatis praedis
solvit: M. Iunio Silano A . . . . cos.[1] XII m(ilia) n(ummum);
5 HS LVIII m(ilia) n(ummum) solvit [*Saturnin*]o et Scipione[2] . . . .
[*a*]diect . . .
. . . . onii . . .[3]

157. E. Apochata (Apochae Pompeianae).

Pompeis a. 1875 cista lignea ceratas tabulas continens effossa est in cubiculo quodam domus, quae fuisse videtur L. Caecili Iucundi. In ea fuerunt diptycha VI, triptycha CXXI, valde mutila ea fere omnia ceraque sublata in plerisque, ita tamen ut litterae tam stilo cerae impressae quam atramento inscriptae ligno non prorsus perierint. Et ex sexaginta quidem triptychis non supersunt nisi nomina signatorum, reliquae autem tabulae plus minus lectae sunt. De ratione conficiendorum diptychorum et triptychorum egimus p. 274 et 328 in exordio. Continent omnes hae tabulae apochas pecuniae solutae a Iucundo aut propter auctiones pro aliis institutas aut ex conductionibus rerum ad coloniam Pompeianorum pertinentium. — Edita sunt a Iulio de Petra, le tavolette cerate di Pompei, Romae 1876. Commentarium scripsit Mo., Hermes 12,88—141 [^{VII} *Ges. Schrr. III p. 221 sqq.*], *quem repetitum et auctum publicavit in Giornale degli scavi di Pompei, 1879, p. 70—115. Addidit XX triptycha emendata ab ipso et ab A. Mau et C. Zangemeister.* [*Brunner, zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunden I a. 1880 p. 44; Erman, zur Geschichte der römischen Quittungen und Solutionsacte, Berlin 1883; Hruza in Gruenhutiana ephemeride 12,249. Huius editionis causa Zangemeister noster editor earum futurus quae nos recepimus omnia diligenter recognovit.* Th. M.] [^{VII} *Iam cf. 𝕮 4, S. 1, 3340 I—CLIII.*]

---

1) *Cf. Exordium.* — 2) *p. Chr. 56.* — 3) *v. 5 et 6 Huelseno videntur post intervallum temporis incisa esse.*

a. Apochae privatae.

Professiones in scripturam collatae.

Diversa occurrunt privatarum apocharum genera: aut enim creditor dixisse *dicitur* se accipisse, *aut ipse scribit:* scripsi me accepisse, *aut interiore scriptura* dixisse eum *legitur*, *exteriore ipse loquitur:* scripsi me accepisse. *Apochae quas ipse scripsit chirographa appellatae sunt, ceterae propria carent appellatione. Differentiae causa dubia est. Mo. eas tabulas quibus formula* dixit se accepisse *inest, acceptilationes continere putat. Contra ego disputavi in ZRG. 13,362 sqq. Videtur mihi formula illa id negotium significare, quod in C. 8,42,14 describitur:* Pecuniae solutae professio [*i. e.* coram testibus facta confessio] collata instrumento, *quae* gestae rei probationem continere *dicitur; idem igitur est, quod saepe in tabulis Transsilvanicis occurrit verbis:* dixit se accepisse, fatetur se locasse *cet. Cf. supra n. 130—133. 153,* 2. *155. 165,* 1. 2. — *Numeri praemissi ad editionem Iulii de Petra spectant* [^{VII} *numeri uncis quadratis inclusi ad editionem Zangemeisterianam 𝔈 4 suppl.*].

P. 1 [1]. Diptychon a. 15 p. C. *Scriptura interior*[1].

HS. n. DXX ob mulum ° venditum [*M.*] Pomponio
M. l(iberto) Niconi, quam pequniam ° in stipulatum [*L.*] Caecili
Felicis redegisse dicitur ° M. Cerrinius Euprates,
eam pequniam omnem, ° quae supra scripta est,
[n]umeratam dixit se ° [*a*]ccepisse M. Cerrinius M. l.
[*E*]uphrates ab Philadelpho ° [*C*]aecili Felicis ser(vo). —
Actum Pompeis V k. Iunias ° Druso Caesare
C. Norbano Flacco cos.

P. 2 [2]. Tript. a. 27. *Script. exterior*[2].

Rubr.:[3] Per[*scriptio M. Alleio Carpo*].
HS. n. ∞ CCC . . . quae [*p*]ecu[*nia in stipulatum*]
L. Caecili Iucundi [*veni*]t [*o*]b [*auctionem*]
M. Allei Carpi in idus D[*e*]cembr(es) pr[*imas*]
mercede minus, n[*umerata habere se*]
dixsit M. Alleius Carpus ab L. ·Caeci[*lio Iucundo*]. —
Act(um) Pomp(eis) V k. Dec.
[*L.*] Calpurn[*i*]o M. Licinio [*cos.*]

P. 3 [5]. Tript. a. 54[4]. *Scr. ext.*[5]

---

[1] *Paginae externae neque scripturae neque signorum vestigia habent.* — [2] *Atramento scripta. Scr. int. penitus extincta est.* — [3] *Rubrica in hac ut in aliis apochis in margine tab. II atramento est scripta.* Perscriptio *idem est ac* solutio *in n. 139 et 147. Cf. Mo. Herm. p. 111.* — [4] *Imaginem huius tabulae dedit de Petra Tav. IVa.* — [5] *Atramento scripta, int. extincta.*

1 HS. n. ∞C∞ LXXXV, quae pecunia in stipulatu(m) venit L.
Caeci(li) Iucundi ob auctionem buxiaria(m) C. Iuli Onesimi
in idus Iulias primas, mercede minus, numeratos accepiss-
e[1] dixit C. Iulius Onesimus ab M. Fabio Agathino
nomine L. Caecili Iucundi. —
5 Actum Pompeis VI idus Maias
M'. Acilio Aviola M. Asinio Marcello cos. (*octo signatores*).

P. 39 [49]. Tript. a. inc. *Scr. ext.*[2]

Rubr. Perscriptio [*L. Cornel*]io Ma[*xs*].

1 HS. n. $\overline{\text{V}}$CCC, quae pecunia in stipulatum
L. Caecili Iucundi venit ob manc⟨*i*⟩pia
duo veterana vendita r(atione) hereditaria
L. Corneli Terti, soluta habere se
[*dixsi*]t L. Cornelius Maxsimus
5 ab L. Caecilio Iucundo . . . (*novem sign., inter quos L. Corn. Maxs.*)

Chirographa.

Scripta sunt aut a creditore ipso (*115.128*) *aut a servo eius* (*19.112*) *aut a tertio quodam rogatu creditoris* (*14.27*).

P. 115 [45]. Tript. a. inc. *Scr. int.*[3]

1 . . o . . o L. Iunio[4] cos. ° VI k. Septembres P. Alfe-
3 nus Varus, trecena$\overset{\circ}{-}$rius Augussti scri[*ps*]i
5 me a⟨*c*⟩cepisse ab L. Cae$\overset{\circ}{-}$cilio Iuqundo HS vigin-
7 ti quinque quadrin$\overset{\circ}{-}$gentos triginta nove(m)
9 nummo[*s*] ex auctione ve-
10 naliciaria P. Alfeni ° Pollionnis de. (?) N. Epri ° Niciae
13 pro parte eius, quam ° stipulatus est ex
15 delegatu eorum. — ° Acctum Iulianis Cos.
17 sta[*t*]i[*on*]e Nucherina. ° (*quinque signa, bina utriusque Alfeni.*)

P. 20./21 [25]. Tript. a. 56.

[*Persc*]riptio [*M. All*]eio Carpo.

1 *Int.* Q. Volusio Saturnino ° P. Cornelio Scipione cos.
3 [*VIII*] k. Iulias ° [*M. Alleiu*]s Carpus scripsi
5 me a[*ccepi*]sse ab L. Caecilio ° [*Iucundo HS*] mille trecen-
7 [*tos octoginta*] s[*e*]xs nummo[*s ex auctione venalic?*]iaria.

---

[1] '*Fortasse* iss|e *correctum est in* ise | se' *Zangemeister.* — [2] *Atr. scr., int. extincta.* — [3] *Ext. in parte servata non differt.* — [4] '*Intellegitur, ut ostendit exemplum exterius, L. Iunius Gallio Senecae philosophi frater, consul anni incerti, sed post a. 52'. Zangemeister.*

Q. Volusio Saturnino P. Cor°nelio cos. VIII k. Iul. 16
M. Alleius Carpus scripsi me 18
accepisse ab L. Caecilio ° Iucundo HS ∞ CCCXXCVI 19
ob auctione me(a) sup sti°pulatu eius. — 21
Actum Pomp. (*quattuor signa, cuncta Allei Carpi ipsius.*) 23

P. 40 [50]. Dipt. a. inc. *Scr. int.*
s . . . . . . [*cos*] . . ° non Dece. 1
C. Novellius Fortunatu[*s scripsi me accepisse*] 3
HS n. MCC [*a*]b L. [*Caec. Iuc. ob auctione mea*] 4
sub stipu[*latu eius*] . . . (*quinque signa, quorum duo Fortunati.*) 5

P. 19 [20]. Tript. a. 56.
Rubr.: Perscriptio — [*Vesta*]lis.
Scr. int.: ° Q. Volusio Saturnino [*P. Cornelio cos.*] 1
XIV k. Iulias. Vestalis P[*opidiae*] ° servos[1] scripsi me [*accepisse ab*] 2
L. Caecilio Iuc[*undo, merce*]°de minus[2], [*HS n* . .], . . . 4
. . . . . . qu[*ae . . . in stipulatu*] ° eius venit [*ex auctione*] 6
domina[*e meae*] . . ° Actum Po[*mp.*] 8
Scr. ext.: Chirograpum [*Vestalis*] ° Popidiae 10
ab L. C[*aecilio Iucundo*] ° ob mancipia . . 11
stipula(tu) ven(it) [*ob auctionem*] Popid[*iae*] . . 13

P. 113 [23]. Tript. a. 56. *Scr. int.*[3]
[*Q. Volusio S*]aturnin[*o P. Cor°nelio Scipi*]one [*cos.*] ° III idus 1
Novembr. ° . . . . . s Umbriciae Antiochidis ser[*vos ° scripsi ea*]m 4
accepisse ab L. Caec[*ilio ° Iucundo*] sestertios nummos sescentos 6
° [*quadragi*]nta quinque [*ob au*]ctionem ° [. . . . . . *cum*] ° rebus 7
inpositiciis ve[*nditarum*] . . . ° ex qua summa [*accepit ante hanc diem*[4]] 10
° sestertios ducentos, [*in*[5]] arbitria s[*esterti*]os ° viginti et access[*ione*]s 11
HS XIII et minus ° HS LI et hac d[*ie reli*]quos ego ° sestertios 13
trec[*entos*] sexsaginta ° nummos. — ° Actum Pompeis. 15

P. 112 [6]. Tript. a. 54. *Scr. int.*[6]
Rubr.: [*Ch*]irograpum . . . . .
M'. Acilio Aviola M. Asinio cos. ° IIII k. Iunias 1
Salvius heredum N. Nasenni ° Nigidi Vacculae servo[*s*] 3
scripsi me accepisse ab ° L. Caecilio Iucundo sesterti[*a*] 5
nummum tria milia ° quinquaginta nove(m) 7

---

[1] serus *in* seruos *correct.* — [2] [VII *'sequitur aut* ob . . *aut summae numeri'* ℨ.] — [3] *Ext. periit cum signis.* — [4] accepit numeratos *temptat Mo.* — [5] et *Mo.* — [6] *Ext. periit.*

9 nummos ° ob auctione mea, [*qu?*]em[1]
11 [*i*]n stipulatu eius redegi, ° quae minutati(m) quem-
13 admodum volui, ab eo ° accepi in hanc diem. —
15 Actum Pompeis. (*quattuor signa, quorum duo Salvii.*)

P. 14 [24]. Tript. a. 56. *Scr. int.*[2]

Rubr.: [*Pers*]criptio Trophimo.

1 ·L. Duvio Avito P. Clodio cos. ° IIII idus Decembr.
3 M. Helvius Catullus scripsi rogatu ° Umbriciae Antiochidis eam
5 accepisse ab L. Caecilio Iucundo ° HS $\overline{\text{VI}}$CCLII nummos ob
7 auctionem Trophimi servi ° eius, mercede minus,
9 [*persolutos?*]. ° Act. Pompeis.

P. 27 [30]. Tript. a. 57. *Scr. int.*[3]

1 [*Nero*]ne Cae[*sare II* ° *L.*] Calpurn[*io cos.*]
3 VII k. [*Febr.?*] ° Ti. Claudius Syn . .
5 scripsi rogat[*u et*] ° mandatu Abasc[*anti*]
7 Caesaris Au[*g. Phi*]°lippiani eu[*m acce-*
9 pisse ab L. [*Cae*]cilio [*Iucundo*] ° sestertia duo [*milia*]
11 septingentos [*tri*]°ginta duos nummos
13 [*ob*] res quas[4] in st[*i*°*pula*]tu eius . . .
15 Act. . . .

Professiones cum chirographo coniunctae.

P. 34 [40]. Tript. a. 57.

1 *Scr. int.:* ° HS n. Iↄↄ ∞ ∞ ∞ DLXII ° quae pecunia in stipu-
3 °latum L. Caecili Iucundi ° venit ob auctionem ° Tulliae Lampuridis,
6 ° mercede minus, ° persoluta habere ° se dixsit Tullia ° Lampyris ab
10 L. Caecili(o) ° Iucundo. — ° Act. Pomp. X k. Ianuar. ° Nerone
13 Caesare II ° L. Caesio Marti(ale) cos.

1 *Scr. ext.:* ° Nerone Caesare II[5] ° L. Caesio Martiale cos. ° X k.
4 Ianuarias Sex. Pompeius ° Axiochus scripsi rogatu ° Tulliae Lampy-
6 ridis eam ° accepisse ab L. Caecilio Iucundo ° sest⟨*ert*⟩ia nummum octo
8 ° quingenti sexages dupun°dius ob auctionem eius ° ex interrogatione
11 facta ° tabellarum signatarum[6] — (*8 sign., inter quos Sext. Pomp. Axiochus.*)

P. 15. Tript. a. 56.

Rubr.: [*Perscriptio*] Umbricia[*e Ianuariae*].

---

1) [*it*]em *Mo.* — 2) *Ext. servata non differt.* — 3) *Ext. periit.* — 4) [*VII vel* quos.] — 5) [*VII postea insertum:* act. Pompeis.] — 6) *Cf. P. 30:* facta interrogatione tabellarum.

Scr. int.: HS n. ccIↄↄ ∞ XXXVIIII, ° quae pecunia in 1
stipulatum L. Caeci°li Iucundi venit 3
ob auctionem ° Umbriciae Ianuariae, 5
mercede minus, ° persoluta habere se 7
dixsit Umbricia Ianua°ria ab L. Caecilio 9
Iucundo. — ° Act. Pom[*p.*] pr. id. Dec. 11
L. Duvio P. Clodio cos. 13

Scr. ext.: L. Duvio Avi[*to P. C*]lodio Thrasea cos. pr. [*id.*] Decembr. 1
D. Volcius Tha[*llus*] scripsi rogatu Um- 2
briciae Ia[*nua*]riae eam accepisse ° ab L. Caec. Iuc. HS. n. X̄ĪXXXIX 4
ex auction[*e eius*], mercede minus, ° ex inter[*rogati*]one facta 6
tabellaru[*m signat.*] . .
. . . . . . A[*ct.?*] [*Pompe?*]is. (*9 signatores, inter quos Volc. Thallus.*)

P. 23 [28]. Tript. a. 57.

Scr. int.: HS n. ccIↄↄ CCCV, quae 1
pecunia in stipula°tum L. Caecili Iucu- 2
ndi venit ob aucti°onem M. Fabi Secundi, 4
mercede minus, ° persoluta habere se 6
dixsit M. Fabius Secundus ° ab L. Caecilio Iucundo. — 8
Act. Po[*mp.*] idib. Ianua[*r.*] ° Nerone Caesa. II 10
L. Cal[*p*]urni[*o*] cos. 12

Scr. ext.: [*Nerone cet. M. F*]abius Secundus [*scrip*]si m[*e accepisse*] ab L. Caec. Iuc. sest. [*de*]ce milia trecentos quinque [*nu*]mmos ob auctione mea ex [*inter*]rogatione facta tabellaru[*m signa*]tarum. (*octo signatores, inter quos Fab. Secundus.*)

b. Apochae rei publicae.

P. 119 [143]. Tript. a. 59.

Scr. int.: Cn. Pompeio Grospho, Grospho 1
Pompeio Gaviano IIvir. iur. dic. ° VI idus Iulias. 2
Privatus colonorum coloniae ° Veneriae Corneliae Pompei- 4
anorum ser(vus) scripsi me ° accepisse ab L. Caecilio Iucundo 6
sestertios mille sescentos ° quinquaginta nummos nummo 8
libellas quinque ex reliquis ° ob fullonica[1] anni L. Verani 10
Hupsaei et Albuci Iusti d. v. i. d. solut(os). — ° Act. Pom. 12
M. Ostorio Scapula T. Sextio Africano cos. 14
(*quinque signa, quorum duo Privati sunt.*) 15

---

[1] *Ad fullonicam pertinent etiam P. 118* [*142*]. *120* [*144*].

1 *Scr. ext.:* Duobus Grosphis d. i. d. ° VI idus Iuli.
3 chirograpum Privati c. c. V. C. s.[1]
4 HS ∞ DCLIS ob fullonic(am) anni ter[*ti*] T. Sextio M. Ostor. c(os.) — *Rubr.:*
1 Chirograpu. Privati c. c. [*V. C. s.*][1] ° HS. DCLIS ob fullonic[*a*]
3 anni terti ° duobus Grospis d. v. i. d.
5 M. Ostorio T. Sextio cos. ° VI idus Iulias.

P. 117 [141]. Tript. a. 58. *Scr. int.*[2]

1 Sex. Pompeio Proculo ° C. Cornelio Macro IIvir. i. d.
3 XI k. Mart. ° Privatus coloniae ser(vus)
5 scripsi me accepisse ab ° L. Caecilio Iucundo sest°ertios mille sescentos
8 quinquaginta duo num°mos ob fullonicam[3] ° ex reliquis anni unius. —
11 Act. Pom. ° Nerone Aug. III
13 M. Messala cos. ° (*quinque signa, quorum duo Privati ipsius.*)

P. 121 [145]. Tript. a. 57. *Scr. int.*[4]

1 C. Cornelio Macro Sex. [*Pompeio*] ° Proculo duumviris i. d.
3 nonis Ianuaris. ° Privatus coloniae Pompeianor.
5 ser(vus) scripsi me accepisse ab ° L. Caecilio Iucundo sestertia
7 duo millia sescentos ° septuaginta quin[*que*]
9 nummos ex reliquis ob ° pasquam[5] Anni Modesti
11 et Vibi Secundi IIvir. i. d. — ° Act. Pom.
13 Nerone Caesare $\overline{\text{III}}$
14 M. Mesalla Corvino [*cos.*] (*quinque signa, quorum duo Privati sunt.*)
1 *Rubr. atramento scr. in latere exteriore tab. III.:* Solutio ob pasqua
2 anni primi Privato ° duumviris Pompeio et Cornelio.
4 Debuera anni superioris ° Hs ∞ ∞ DCLXXV.

P. 125 [138]. Dipt. a. 53.[6]

1 *Scr. int.:* [*Q. C*]oelio Caltilio Iusto L. Helvio
2 Blaesio Proculo $\overline{\text{II}}$vir. i. [*d.*] ° pr. idus Martias
4 Secundus [*c*]o[*lonoru*]m coloniae ° Ven[*e*]riae Corneliae servo[*s*]
6 accepi [*a*][7] Terentio Prim[*o*]
7 HS DCCLXXVI reliquos[8] ob avitum [*et*] ° patritum[9] fundi Audiani[8] nomine Stali Inventi

---

1) *Cf. scr. int. v. 4.* — 2) *Scr. int. et rubr. similes sunt atque in P. 119.* — 3) *Ad fullonicam pertinent etiam P. 118. 120.* — 4) *Scr. ext. periit.* — 5) *Etiam P. 122. 124 pertinent ad* pasquam *vel* vectigal publicorum pasquorum, *iisdem fere verbis.* — 6) *Hoc explicavit Mo. Herm. 12,123* [= *Ges. Schr. 3,256*]. *Cf. supra n. 150 v. 10 et l. agr. v. 28. Cic. Tusc. 1,19:* 'patritam illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam'. *Varro ap. Non. 161:* avito et patrito more precabamur. — 7) p *pro* a *tabella.* — 8) reliquos *intra lin. 7 et 8 additum.* — 9) *Etiam P. 126:* ex reliquis ob avitum fundi Aud.

iussu Caltili Iusti et ° Helvi Procu[*li*]. 8
Act. Pomp[*eis*] D. Iunio Torquat[*o Sil*]ano ° Q. Haterio Ant[*onino cos.*] 10
(quinque signa, quorum unum deperiit.) 12

Scr. ext.: Q. Coelio *cet.* c. c. V. C. ser. scripsi me accepisse ab P. Terentio Prim[*o*] HS. DCCLXXVI reliquos ob avitum [*fun*]di Audiani et accepi ante [*h*]anc d[*ie*]m HS V̄CCXXIIII. Act. *cet.*

^{VII} 158. Liberatio tutoris auctoris (a. 168).

E papyro Lond. 470, Ed. Kenyon, cf. Wilcken Pap. Arch. 3,244 sq.; Mitteis Z. S. St. 25,375 sq. — Civis Romanae maritus peregrinus tutori uxoris, qui acceptilationi auctor factus erat, litteras mittit quibus eum — utpote propter auctoritatem in id quod interest obligatum — iam accepta a debitore pecunia liberat.

Σαραπίω[ν] Ἰσιδώρου τοῦ [καὶ] ° Παν[ᾶ]το[ς] Ἀμμωνίου τοῦ [κα]ὶ 1
Ἀθηνοδ[ώ]ρου Σωσικόσμι[ος] ὁ καὶ ° Ἀλθαιεὺς[1] Ἀντωνίῳ Τ[ι]βερεί- 3
νῳ οὐετρανῷ χαίριν. ° Ἐπ[εὶ] ἐπεγράψω κύρ[ι]ος τῆ̣ς 5
[ἐ]μῆς γυναικὸς περιλυού°σης δάνιον μητρικὸν αὐ- 7
τῆ̣ς κατὰ τὸν νόμον τῶν Ῥω°μαίων[2] τρί[τ]ου μέρ[ο]υς[3] Ἀμα- 9
τίας Πρείσκας τῆς καὶ Λου°κίας,[4] ἐντεῦθεν ἀνεύθυ- 11
νόν σε ποιῶ διὰ τὸ αὐτὴ̣ν ° ἀπειληφέναι. (Ἔτους) η̣̅ κτλ. 13

Sarapion filius Isidori qui et Panatis nepos Ammonii qui et Athenodori Sosicosmius qui et Althaeeus[1] *Antonio Tiberino veterano salutem. Cum adscriptus sis tutor uxori meae dum acceptum fert mutuum a matre eius datum (secundum ius Romanum*[2] *tertiae partis*[3]*), Amatiae Priscae (quae et Lucia)*[4]*, inde te solvo liberoque quoniam mulier quod acceptum tulit recepit.* (*sequitur annus, mensis, dies.*)

159. F. Indicii nomine promissa.

1. Pompeis, inscr. pariet. picta. ℭ 4,64 (cum add. p. 191) et tab. II, 1.

Urna aenia pereit de taberna. ° Sei quis rettulerit, dabuntur 1
HS ⊥ XV; sei furem ° dabit, unde [*rem*] servar[*e possim*] 3
XX . . .[5]. 5

2. E lamella ahenea quadrata m. 0,055, per anulum ad collum servi adligata. Extat Romae in museo Kircheriano, ubi ipse eam descripsi. Ed. a Maffeo in mus. Veron. 262,4. Or. 4319. Dess. 8731. Similes denuntiationes, at sine promissione, v. [*^{VII} ℭ 15, 7171 sq. Dess. 8726 sq.*]

---

1) *Cf. Kenyon, Pap. Arch. 2, p. 70 sq.* — 2) *De tutelae iure potius quam de hereditario cogites.* — 3) *Scil. hereditatis.* — 4) *Vel mater vel ipsa uxor.* — 5) *Sic Zangemeister in Addit. Mo. ℭ 1,1254 legerat:* dabitur duplum a Vario.

Fugi; tene me; cum revoc*a*veris[1] me d(omino) m(eo) Zonino accipis solidum.

3. E papyro Aegyptiaca a. 146 a. C., ed. a Letronne, Récompense promise cet. 1833. Brunet de Presle, in: Notices des manuscrits de la bibl. imp. 18,178. 1865. Locum adtulit ad hanc quaestionem Tzschirner, D. de indole promiss. pop. 1869. p. 25.

— παῖς ἀνακεχώρηκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ᾧ ὄνομα Ἕρμων, — ὡς ἐτῶν ιη΄, — ἔχων — περὶ τὸ σῶμα χλαμύδα καὶ περίζωμα. τοῦτον ἓς ἂν ἀναγάγῃ, λήψεται χαλκοῦ τ(ά)λ(αντα) β,γ[2], ἐφ' ἱεροῦ[3] δείξας τλ. α,β[2], παρ' ἀνδρὶ ἀξιόχρεῳ, καὶ δωσιδίκῳ, τλ. γ,ε.[2] Μηνύειν δὲ τὸν βουλόμενον τοῖς παρὰ τοῦ στρατηγοῦ.

Ἔστιν δὲ καὶ ὁ συναποδεδρακὼς αὐτῷ Βίων, δοῦλος —, τοῦτον ὃς ἂν ἀναγ(άγ)ῃ, λήψεται ἕσα καὶ ὑπὲρ τοῦ προγεγραμμένου. Μηνύειν δὲ καὶ ὑπὲρ τούτου τοῖς παρὰ τοῦ στρατηγοῦ.

Puer aufugit Alexandriae, cui nomen Hermo — annorum circa duodeviginti — habens circa corpus tunicam et subligaculum. Eum qui reduxerit, accipiet aeris talenta duo tria milia drachmarum, in templo[2] indicans talentum unum drachmarum duo milia, apud hominem idoneum et iudicio responsurum, talenta tria drachmarum quinque milia. — Indicato autem qui volet officio strategi.

Est etiam qui simul cum illo fugit Bio, servus — hunc qui reduxerit eadem accipiet quae etiam pro supra scripto. — Indicato autem etiam hunc officio strategi.

4. (*Petron. sat. 97:*) praeco cum servo publico — haec proclamavit: 'Puer — aberravit annorum circa XVI, — nomine Giton. Si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.'

5. (*Iulius Victor, ars rhet. 4,4:*)[4] Is cuius filius non comparebat, edixit se certam pecuniam daturum ei, qui filium sibi exhibuisset: quidam mortuum ostendit, petet indicivam. Contra dicitur. — An cum promiserit, exsolvere debeat; an non debeat, quod mortuum ostendit?

6. (*Chirius Fortunatianus, ars rhet. 1,18:*)[5] Cuiusdam servus fugerat; libello proposito vel per praeconem nuntians dixit daturum

---

1) revocuveris. — 2) [*VII* β. γ. ε. *postea adiecta, ut augeatur indiciva, monet Schubart.*] — 3) *sc. in quod refugerit.* — 4) *Rhet. lat min. ed. Halm. p. 390.* — 5) *Ibidem p. 95. Alia exempla v. Tzschirner in exordio prom. 3.*

se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset. Quidam perduxit; perductus in libertatem adsertus est et liber pronuntiatus. Petit ille mille denarios; contra dicit qui dominus fuerat.

CAPUT VIII.

EMPTIONES SINE MANCIPATIONE PERACTAE[1].

^{V}160. Emptio areae scalis sepulcri faciendis a. 211 p. C.

𝔈 6,2,10233. Prope Romam. — Ad apographum saec. XV Orell. 4570.

P. Aelius Chrestus et Cornelia Paula
hoc scalare adplicitum huic sepulchro
quod[2] emerunt a fisco, agente Agathonico
proc(uratore) Augustorum nostrorum, quod habet
scriptura infra scripta.
Gentiano
et Basso cons. VII kal. April.
Martialis Augg. lib(ertus) prox(imus) tab(ulariorum)[3] scripsi me
accepisse ab Ael(io) Chresto pro podismo structionis scalaris, quod est via Ostiensi
parte leva inter mil(iaria) I et II, quod conductum
habet Sulpicianus ex bonis Aeliorum Onesimi et Fortis[4], in praedis Amarantianis secundum renuntiationem mensor(um) pro are(a) ped(um) . . n(ummos) C.[5]

^{V}161. Emptio praedii a. 153/54.

E papyro Aegyptiaca in insula Elephantine reperta quam edidit cum tabula Letronne Notices et extraits des manuscrits de la bibl. imp. 18,2 n. 17 pl. XXI; quaedam correxit K. Wessely, Wiener Studien 7 (1885) p. 70 sq., plura qui nostra causa instrumentum ad tabulam recognovit U. Wilcken.

---

[1] *Mancipationes v. cap. III.* — [2] quod *abundat.* — [3] *Scilicet cum vendit fiscus, venditionem ipsam perficit procurator puta praediorum Amarantianorum, pecunia solvitur proximo tabulariorum.* — [4] *Hi fortasse domini fuerunt praediorum antequam fisci facta sunt.* — [5] *Quod traditur* pedes . n . c *sic fere emendandum* ped(um)· L s(estertios) n(ummos) C.

1 [∟ ις′ αὐτοκρ]άτορος Καίσαρος Τίτου Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνίνου Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς, Φαρμουθὶ λ.[1] ° [Ἐν . . . . . τῆς Θ]ηβαΐδος [τ]οῦ περὶ Ἐλεφαντίνην νομοῦ, ἐπὶ Ῥουφίλλου Νίγρου ἀγορανόμου.

Ἀπέδοτο ° [Πάρις Παρίου] μητρὸς Ταναπῶτις τῶν ἀπὸ Ἐλεφαντίνης τῆς μητροπόλεως κληρονόμος ° [. . .] ερ . . . . τοῦ μετηλλαχότος αὐτοῦ πατρὸς Πάριδος ὡ(ς) (?) ∟ κγ μέσος λευκόχ(ρους) οὐλῇ
5 ° [. . . . . τ]ὸ ὑπάρχον αὐτῷ μέρος ἥμισου κελλ(ῶν) δύο, οὐσῶν ἐν τῇ μέσῃ μέριδι Ἐλεφαντίνης ° [ἐπ' ἀμφόδου] Ἕρμωνος, ἀκολούθως τῇ ἐπενεχθείσῃ αὐτοῦ κατὰ χειρόγραφον διαιρέσει, γενομέ°̣[νῃ τῷ ἐνεστ(ῶτι)] μηνὶ Φαρμουθί. Γείτονες τῆς ὅλης οἰκίας· νότου οἰκία Ταχόμτα Ἕρμωνος, βορ̣ρᾶ ° [. . . . .] λιβὸς τόπος καλούμενος Φανκαλατῆις, ἀπηλιώτου οἰκία Πετορζμήθου Ζμεν ° [. . . . ἢ] οἳ ἐὰν ὦσιν γείτονες πάντοθεν, καθὼς ἐπηγόρευσεν ὁ ἀποδόμε-
10 νος, ἐφ' ᾗ ° [. . . . . . .] τὴν συνπεφωνημένην τιμ̣ὴν ἀργ(υρίου) Σεβαστῶν νομίσματος δραχμ̣ῶν ° [εἴκοσι ὀκτὼ], κη, ἃς καὶ ἀπέσχεν παρὰ τῆς πριαμένης διὰ χειρὸς ἐξ οἴκου. Ἐπρίατο Θινσεν°̣[πῶς Σαραπαμμ]ῶνος μητρὸς Θινσενπῶτος τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς
13 Ἐλεφαντίνης, μετὰ κυρίου οὐπα ° [. . . . . . τ]οῦ ἑαυτῆς κατὰ πατέρα ἀδελφοῦ Παχνοῦμις Σαραπαμμῶνος τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς

[Anno XVI] imp. Caes. T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii, Pharmuthi XXX[1] *[In] urbe (vico) . . . . . Thebaidis, nomi Elephantine, Rufillus Nigri f. agoranomus instrumentum perfecit.*

Vendidit [Paris Parii], matris Tanapotis, ex Elephantine metropoli, heres . . . . . . defuncti patris sui Paridis, annorum circiter (?) XXIII, mediae staturae, albus colore, cicatrice . . ., partem suam dimidiam cellarum duarum, quae sunt in media regione Elephantines [in vico] Hermonis, secundum prolatam suam ex chirographo divisionem, quae facta est [praesenti] mense Pharmuthi. Vicini totius casae: meridie casa Tachomta Hermonis, septentrione [. . . .], occasu locus dictus Phancalateis, oriente casa Petorzmethis Zmen [. . . . sive] qui circumquaque adfines sint, secundum explicationem venditoris. Pro qua [emptrix solvit] pretium de quo convenit argenti Augustorum nummos drachmas [duodetriginta] = XXVIII, quas et habuit ab emptrice de manu ex arca. Emit Thinsen[pos Sarapamm]onis, matris Thinsenpotis, ex eadem Elephantine, cum tutore . . . . ., suo consanguineo fratre Pachnume Sarapammonis ex

---

[1] *i. e. a. 153 Apr. 25.*

° [Ἐλεφαντίνης.] Προπωλητὴς καὶ βεβαιωτὴς τῶν κατὰ τὴν ὠνὴν ταύτην πάντων ° Πάρις [Παρίου ὁ ἀπ]οδόμενος, ὃν ἐδέξατο Θινσενπὼς Σαραπαμμῶνος ἡ πριαμένη, ᾗ καὶ ἀνέ°[δω]κεν τὴν γενομένην κατὰ χειρόγραφον διαίρεσιν.

Πάρις Παρίου μητρὸς Ταναπῶτις τῶν ἀπὸ Ἐλεφαντίνης ° [ὁ π]ρογεγραμμένος τίθιμαι τὴν προκιμένην ὠνὴν τοῦ ὑπάρχοντός μοι μέρος ἡμύσους κελλῶν δύο οὐσῶν ἐν τῇ μέσῃ μέριδι Ἐλε°[φα]ντίνης καὶ ἀπέχω τὴν τειμὴν τὰς τοῦ ἀργυρίου δραχ(μὰς) [εἴ]κοσι ὀκτὼ διὰ χειρὸς ἐξ οἴκου καὶ βεβαιώσω καθὼς πρόκιται. Κοΐντος Κ . . . . ιος ἔγραψα ὑπὲρ ° [αὐτο]ῦ μὴ εἰδότος γράμματα. ∟ ις´ αὐτοκράτορος Καίσαρος Τίτου Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς Φαρμουθὶ λ.[1]

Θινσμεμπῶς Σαρα°[παμμ]ῶνος μητρὸς Θισμεμπῶτος ἡ προγεγραμμένη μετὰ κυρ[ί]ου τοῦ ὁμοπατρίου μ[ο]υ ἀδελφοῦ Παχνοῦβις Σαραπαμ°[μῶ]νος ἐώνημαι καθὼς πρόκειται. Σωκράτης Ἀμμωνίου ἔγραψα ὑπὲρ αὐτῆς ἐρωτηθεὶς διὰ τὸ μὴ εἰδέναι ° [αὐ]τὴν γράμματα.

Ἑρμογένης Καικιλίου μισθωτὴς εἴδους ἐγκυκλίου καὶ ὑποκειμένων βασιλικῇ γραμματείᾳ ° [καὶ] Ἀμμώνιος Σωκράτους κληρο-

eadem Elephantine. Fideiussor et confirmator eorum quae ad emptionem hanc pertinent omnium Paris Parii venditor, quem accepit Thinsenpos Sarapammonis emptrix, cui etiam tradidit divisionem ex chirographo factam.

Paris Parii, matris Tanapotis, ex Elephantine, supra scriptus constituo propositam emptionem partis quae mea est dimidiae cellarum duarum quae sunt in media regione Elephantines et habeo pretium drachmarum argenti duodeviginti de manu ex arca et firmabo sicut proponitur. Quintus C . . ius scripsi pro eo litteras nesciente anno XVI imp. Caes. T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii Pharmuthi XXX[1].

Thinsmempos Sarapammonis, matris Thismempotis, supra scripta cum tutore fratre consanguineo meo Pachnube Sarapammonis emi sicut proponitur. Socrates Ammonii scripsi pro ea rogatus propterea quod litteras ignorat.

Hermogenes Caecilii conductor tributi emptionum eorumque quae sunt sub scribatu regio et Ammonius Socratis heres patris sui de-

---

1) *i. e. a. 153 Apr. 25.*

νόμος τοῦ μετηλλαχ̣ότος αὐτοῦ πατρὸς κοινωνοῦ μου γεναμένου
24 ° [Θ]ινσεμπῶτι Σερωπίωνος χ̣α(ίρειν). Ἔσχαμεν παρὰ σοῦ τὸ γεινό-
25 μενον τέλος τῆ̣ς προκειμένης ὠνῆ̣ς. ∟ ιζ´ ° [αὐ]τοκράτορος Καίσαρος
Τίτου Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνίνου Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦ̣ς Θῶτ ις̅.[1]
Ἀμμῶνις συνεπίσθην.

functi, qui mihi socius fuit, Thinsempoti Seropionis salutem. Habuimus a te tributum emptionis propositae. A. XVII imp. Caes. T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii, Thot XVI[1].
Ammonius adsensi.

162. Emptio servi a. 359.

E papyro reperta Arsinoe in Aegypto, servata Berolini in museo antiquitatum Aegyptiacarum. Edidit eam et illustravit U. Wilcken, Hermes 19, 417; iterum edidit BGU 316. — Papyrus continet instrumentum emptionis factae a. 359 Ascalone in Phoenicia; annus indicatus est nominibus consulum et aera Ascalonitana, cuius annus 462 incipit a. d. V kal. Nov. a. 358.

Ὑπατείᾳ Φλ(αουίου) Εὐσεβίου καὶ Φλ(αουίου) Ὑπατείου τῶν
λαμποροτάτων [τῇ πρὶ τεσσά]°ρων εἰδῶν [Ὀ]κτωβρίων, ἀγαθῇ
τύχῃ, ἐν κολωνίᾳ Ἀσκ[άλωνι], ° τῇ πιστῇ καὶ ἐλευθέρᾳ, ἔτους
δευτέρου ἑξηκοστοῦ τετρακοσιοστο[ῦ τοῦ] ° μηνὸς Γορπιαίου δι[2].
5 ° Ἐπρίατο καλῇ αἱρέσει Φλ(άουιος) Βιταλιανὸς βίαρχος οὐεξελ-
λ[ατίωνος] ° ἱππέων καταφρακταρίων, εἱδρυμένων τὰ νῦν ἐν [τῇ
Ἀρσι]°νοειτῶν πόλει τῆς Αἰγύπτου, ὑπὸ Δωρόθεον τριβοῦ[νον],
° παρὰ Φλ(αουίου) Ἀγεμούνδο[υ] σινάτορος νουμέρου αὐσιλ[ιαρίων]
9 ° Κωνσταντιακῶν, ὑπὸ Βάριον τριβοῦνον νῦν ἐξ [. . . .] ° τῇ ἐν-
11 ταῦθα διατριβούσῃ φαμιλίᾳ τῶν γεννετ[άτων] ° Κονσταντιακῶν

Consulatu Flavii Eusebii et Flavii Hypatii virorum clarissimorum ante diem IV id. Oct., bonum factum, in colonia Ascalone fida et libera anno quadringentesimo sexagesimo secundo mensis Gorpiaei die XIV[2].

Emit bona condicione Flavius Vitalianus biarchus vexillationis equitum cataphractariorum consistentium nunc in civitate Arsinoe Aegypti sub Dorotheo tribuno a Flavio Agemundo senatore numeri auxiliarium Constantiacorum sub Vario tribuno nunc [praeposito?] ibidem commoranti familiae fortissimorum militum Con-

---

[1] i. e. a. 154 Sept. 13. — [2] i. e. a. 359 Oct. 12.

στρατεωτῶν, δοῦλον αὐτοῦ ὀ[νόματι] ° Ἄργουτιν, εἰ καὶ εἴ τινι ἑτέρῳ ὀνόματι καλῖτε ἢ κληθ[ήσεται], ° γένι Γάλλον, ὄντα ὡς ἐτῶν δέκα τεσσάρων μικ[ρό]°πλεον, λευκόχρουν, ὑπέσιμον, εὐόφθαλμον, εὐθύ[ρινον], ° τειμῆς τῆς συνφωνηθείσης μεταξὺ αὐτῶν χρυσ[ινῶν] ° δεσποτικῶν τετραγραμμιαίων διζῴδων δέκ[α ὀκτώ], ° οὕσπερ τῆς τειμῆ̣ς χρυσινοὺς δέκα ὀκτὼ ἀπέσχεν κ[αὶ ἐπλη]°ρώθη ὁ πεπρακὼς παρὰ τοῦ πριαμένου κατὰ τὴ̣[ν προκειμ(ένην)] ° ὠνὴν καὶ διὰ χιρός, καὶ παρέδωκεν αὐτῷ τὸν [π̣ρογεγρ(αμμένον)] ° δοῦλον, κυρίως ἔχ̣ειν καὶ δεσποτικῶς κτᾶσθ[αι καὶ] ° πωλεῖν διοικεῖν ὃν ἂν αἱρῆτε τρόπον ἀπὸ τῆ̣ς σ[ή̣μερον] ° ἡ̣μέρας καὶ εἰς ἀεί.

Κἂν τις τοῦ πεπραμένου δ[ούλου] ° ἀντιποιηθῇ ἢ ἐπενεχθῇ τι κατ᾽ αὐτοῦ τρόπῳ ° οἵῳ δή τινι, ὁ πεπρακὼς καὶ διά[δοχοι αὐτο]ῦ [1] τοῖς ἰδίοις ἀναλώμασιν ° βεβαιώσει τῷ πριαμένῳ ἢ ἐκτείσι αὐτῷ παραχρῆμ(α) ° τὴ̣ν τειμὴ̣ν καὶ τὸ βλάβος καὶ ὅσον ἂν αὐτῷ δια°δόχοις τε αὐτοῦ διαφέρῃ.

Ἱερὰν δὲ νόσον καὶ σίνος ° παλεὸν καὶ κρυπτὸν πάθος μέχρις μηνῶν ἕξ, καὶ ° δρασμὸν μέχρις μηνῶν δέκα δύο, ὁμοίως ὁ ° πεπρακὼς καὶ διάδοχοι αὐτοῦ βεβαιώσουσιν τῷ ° πριαμένῳ καὶ διαδόχοις αὐτοῦ, ἢ ἐκτίσουσιν αὐτῷ ° τὴ̣ν τειμὴ̣ν καὶ τὸ βλάβος καὶ

stantiacorum servum eius nomine Argutem, sive quo is alio nomine appellatur appellabiturve, natione Gallum, annorum circiter quattuordecim plus minus, albi coloris, subsimum, bene oculatum, recto [naso], pretio de quo inter eos convenit solidorum domini nostri eorumque scripulorum quaternorum, imaginibus binis duodeviginti quos pretii solidos duodeviginti accepit et plenos habuit qui vendidit ab emptore secundum [praesens] instrumentum et de manu et tradidit ei [supra scriptum] servum pro suo habendum et domini iure possidendum vendendum habendum quo modo volet ab hoc die et in omne tempus.

Et si quis venditum servum sibi vindicet vel quicquam contra eum obiciatur qualicumque ratione, venditor successoresque eius suis impensis satisfaciet emptori vel solvet ei statim pretium et damnum et quidquid ipsius successorumque eius intersit.

De comitiali morbo et ulcere vetere et vitio latente per menses sex et de fuga per menses duodecim, similiter venditor successoresque eius cavebunt emptori successoribusque eius vel ei pretium

---

[1] *Verba* καὶ διά[δοχοι αὐτο]ῦ *postea inserta sunt inter versus 23 et 24.*

33 ὅσον ἂν αὐτῷ °διαδόχοις τε αὐτοῦ διαφέρῃ, τῆς πράξεως πάν°των
34 γεινομένης τῷ πριαμένῳ ἔκ τε τοῦ °πεπρακότος καὶ ὑπαρχόντων
36 αὐτοῦ, ὧν τε ° νῦν ἔχει καὶ ὧν ἂν μετὰ ταῦτα ἐπικτήση[τ]ε, ἐν
37 ° παντὶ εἴδι καὶ γένι οὕτως ὡσεὶ ἕκασ[το]ν αὐτῶν °κατ' εἶδος
39 καὶ κατὰ γένος καὶ ὀνομαστὶ ὑ[πο]θήκη[ς] ° ἐνεχύρου τε δικαίῳ
40 [ὑπόκειται ὥστε] ἐξουσίαν [ἔχειν τὸν πριάμενον
41 [. . . . .] του ° [.] . ασθαι κ[. .]α
42 τῶν [. . . . . . .] ° [. . . .] πρ[. . . . . .] κα[. . . . .]

solvent et damnum et quidquid ipsius successorumque eius intererit, ut exactio omnium permittatur emptori de venditore bonisque eius quae nunc habet posteave habiturus est in omni specie vel genere, ita ut quidquid eorum secundum speciem et secundum genus et nominatim hypothecae pignorisve iure [tenetur], ut liceat emptori . . . .

VI 163. Instrumentum venditionis Bavaricum (saeculi VII et VIII) (*e cod. Passav.*).

Editum in monumentorum Boicorum vol. 28 b. p. 5 et accuratius a Brunnero (Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde p. 254). — Instrumentum venditionis quod sequitur repertum in codice traditionum Passaviensi f. 2 inter instrumenta pagi Rottachiensis, originis tamen incertae (vicus enim Fonalva alibi non memoratur), manu scriptum saec. IX et interpositum inter chartas duas saec. VIII exeuntis; quamquam sic ut legimus sine dubio a Brunnero recte relatum est ad saeculum septimum vel incipiens octavum, propter formulas vere Romanae aetatis (maxime quod venditores dicuntur fide spondere) *et ab illorum temporum instrumentis plane abhorrentes dignum visum est, quod in hac sylloge, licet extra ordinem, collocaretur. Principium quod deficit, ita fere fuisse putat Brunnerus:* escripsi ego Quartinus rogitus a Maiorano Dominico et Dominicante eos vindidisse runcum in vico . . . *Idem adeundus est propter formularum originem et interpretationem.*

. . . quantum praecium vinditoris ad emtoris de presente acceperunt et rememoratum runcum tradiderunt emptori demenio[1] in perpetuo possidendi. emptor fidem querit, vinditoris fide sponditerunt et sic dixerunt: [2]sed de proximis aut de extraneis personis contra hunc strumentum refregare voluerit, tunc se sponditerunt vinditores emptori dupla pecunia esse reddituri et pagina vero strumenti in suam permaneat firmitatem stipulatione interposita[2]. Actum in vico Fonalvae die consule; et testes de presente

---

1) *id est* dominio. — 2) sed de — interposita] *hae formulae in papyris saepissime adhibentur.*

rogaverunt. sign. manus Mairani, Dominici et Dominicantes que strumentum fecerunt. sign. manus Floriti praepositi[1] testes. sign. manus Vigili milites testes. ego Quartinus qui escripsi.

VII 164. Manumissio inter amicos accepta pecunia.

(a. 221).

E Pap. Amherst. — Ed. Seymour de Ricci, Proceedings of the Society of biblical Archaeology 26, 145 sqq. — In textu Latino tertia, in Graeco prima persona usurpatur. — Ceterum uterque textus accurate congruit, nisi quod in Graeco adiecta est: 'καὶ οὐ μετελεύσομαι' Ελένην *notissima ex papyris formula.*

Marcus Aurel[*iu*]s [*A*]mmonion Lupergu Sarapionis ex m[*atr*]e Terheutae[2] ab Hermupoli m[*aio*]r(e) antiqua et splend(ida) Helenen ancillam suam vernam annorum circiter XXXIIII inter ami[*c*]os manumisit liberamque esse ius[*si*]t et accepit pr[*o*] liber[*t*]ate eius ab Aurelio Aletis Inaroutis a vico Tisicheos nomi Hermupolitu dr(achmas) Aug(ustas) dua millia ducentas quas et i⟪s⟫pse Ales Inaroutis donavit Helen(a)e liberta(e) supra scripta(e). Actum Hermupoli maior(e) antiqua et splend(ida) VII kal. Augustas Grato et Seleuco cos. anno IIII Imp. Caesaris Marci Aureli Antonini Pii Felicis Aug. mense Mesore die I. [3]Μάρκος Αὐρήλιος Ἀμμονίων Λουπέργου Σαραπίωνος Ἑλένην δούλην μου οἰκογενῆ ὡς L λδ μεταξὺ φίλων ἠλευθέρωσα καὶ ἔσχον ὑπὲρ λύτρ[α]ν αὐτῆς δράχμας σεβαστὰς δισκειλίας διακοσία[ς παρὰ Α]ὐρηλίου Ἄλητος Ἰναροῦτος ὡς πρόκειται[4]. Α[ὐρ]ήλιος Ἄλης Ἰνάρωουτος ἐξωδίασα[5] τὰς τοῦ ἀργυρίου δραχμὰς δισκειλίας διακοσίας καὶ οὐ μετελεύσομαι[6] Ἑλένην τὴν προκειμένην ἀπελευθέραν. Αὐρήλιος Ἀμμώνιος Ἑρμείνου ἔγρα(ψα) ὑπ(ὲρ) αὐτ(οῦ) μὴ εἰδό(τος) γρά(μματα) [1].

---

[1] *de* praepositis *v. Brunner, Rechtsgeschichte 2,177 n 20.* — [2] *suppl. Wilcken Pap.Arch. III, 309.* — [3] = *a. 221 Iul. 25.* — [4] *id est* ut suprascriptum *est.* — [5] donavi. — [6] *Hic quamquam de manus iniectione cogitaris, tamen terminus* μετέρχεσθαι *de omni in rem actione pristini domini usurpatur.*

CAPUT IX.

LOCATIONES.

165. Locationes operarum.

1. 𝕮 3,948, X. E tript. Transs. tab. I; perierunt II et III. — a. 164.

1 [*Macri*]no et Celso cos. $\overline{\text{XIII}}$ kal. Iunias Flavius Secundinus
scripsi rogatus a Mem°mio Asclepi, quia se lit[*ter*]as scire nega-
vit, it quod dixsit se locas[*se*] et locavit ° operas s[*ua*]s opere
aurario Aurelio Adiutori ex ha[*c*] die [*in*] idus Novembres ° proxsi-
mas [Ӿ *se*]ptaginta liberisque. [*Mercede*]m per [*te*[mpora accipere
5 ᶜ debebit. S[*ua*]s operas sanas va[*le*]ntes [*ede*]re debebit conductori
[*s(upra) s(cripto)*]. ° Quod si invito condu[*c*]tore recedere aut ces-
sare voluer[*it, da*]re ° debebit in dies singulos HS V numeratos
[. . . *Quodsi*] ° fluor inpedierit, pro rata conputare debebi[*t*]. Con-
ductor si tem[*po*]°re peracto mercedem sol[*v*]endi moram fecerit,
10 ead[*em*] p[*oena*] ° tenebitur exceptis cessatis tribus.
11—13 ° Actum Immenoso maiori. ° ° Titus Beusantis, qui et Bradua.
Socratio Socrationis. [*M*]emmius Asclepi.

2. 𝕮 3,948, IX. E tript. Transs. tab. II; perierunt I et III. — a. 164.

1 Laelia[*no*] et [*Pa*]store cos. $\overline{\text{X}}$ k[*a*]l. Novembr. Adiutor Ma-
cari scripsi rogatus ° [*co*]ram ipso pra[*e*]senti L. Ulpio Valerio,
quia s[*e*] litteras scire negavit, id q[*uod*] di°xit se loca[*sse*] et lo-
cavit Socrationi S[*o*]catis *(sic)* [*op*]eras suas ex [*ha*]c [*d*]ie in i[*dus*]
° sequentes anno uno Ӿ [*sept(?)*]aginta. Mer[*c*]edes suis tem[*pori-*
5 *bus solv*]entu[*r*]. ° Quas operas sanas valentes [*ede*]re debebit [. . .
6 *con*]ductor . . . ° inpedierit . . . [*d*]ebe[*bit*] . . . dis°[*c*]edere vel ces-
8 sare . . . ° cessatis . . . ° . . .
10 ° A[*ct. A*]l[*b.*] ma[*aiori.*] ?

3. 𝕮 3,949, XI. E tript. Transs. tab. I; perierunt II et III.

1 . . . . ° cus scripsi rogatus per . . . m Restitutum agno°[*m(ine)*]

---

[1] *id est* scripsi pro eo scribendi inscio.

° Senioris, quia se litter[*a*]s scire negavit: fatetu[*r*] ° se locasse et 3
[*l*]oca[*v*]it oper[*as s*]uas opere aur⟨*ar*⟩ºio ius [1] . . . . ° quidquit opus 5
fuerit ex hac die in id[*u*]s ° Novemb. proximas venturas Tito Beu- 7
santis qui et Bradua 𐆖 centum quinque. Ex qua merºcede a[*d*]- 8
huc in cesso accepit 𐆖 viginti quinºqu[*e*]. Reliqua(m) mercedem 9
per tempora ° acci[*pe*]re debebit. Quas operas sanas valenºtes 10
edere debebit conductori s(upra) s(cripto). ° Quod si ° in[*vi*]to con- 12
ductore a re cessa[*b*]it, in dies ° . . . 14

V 166. Lex horreorum.

Œ 6,4,33747. Dess. 5414. Tabulae marmoreae pars dimidia sinistra (l. m. 0,98, a. m. 0,88) rep. a. 1885 Romae extra portam Salariam. Ed. et suppl. eam Ios. Gatti, bull. della commiss. arch. commun. 1885 p. 110—129; tractavit item V. Scialoja, rivista ital. per le scienze giuridiche I. — Quamquam ad Caesaris horreum pertinet, legem posui inter negotia privata; vere enim non est nisi communis forma locationibus futuris ad id horreum pertinentibus in universum a domino stabilita ideoque publice proscripta, pariter atque tabernae cuiusvis dominus similia cavere potest et proscribere. Scilicet dominus tabernae si negotiis ibi ab eo quem ei proposuit contrahendis certam formam dare vult neque aliter teneri, legem praepositionis palam proscribat necesse est, ut ait Ulpianus Dig. 14,3,11,3: proscribere palam sic accipimus claris litteris unde de plano recte legi possit, ante tabernam scilicet vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in evidenti . . . . Proscriptum . . in perpetuum esse oportet: ceterum si per id temporis, quo propositum non erat, vel obscurata proscriptione contractum sit, institoria locum habebit. *Hoc solo opinor haec nostra proscriptio a vulgaribus recedit, quod hae atramento miniove fieri solebant (unde etiam Ulpianus l. c. de abolitione per pluviam loquitur), in Caesaris horreis propter causam perpetuam eae in marmore incidebantur. — Supplementa vv. 1. 8 fere Gatti sunt, v. 4 Alibrandii, reliqua mea. — Admonuit Gattius (Mitth. d. röm. Instituts 1886 p. 76) tituli alterius urbani servati in codice Barberinae bibliothecae XXX, 92 f. 162 et inde editi a Prellero (Regionen Roms p. 104), quo licet male corrupto continetur lex nostrae similis ad hanc fere formam proscripta:* In his horreis privatis (2) Q. [*T*]inei [*S*]acerdotis cl. m. [*v.*] (3) loc(antur) (4) [*h*]orrea, apothecae, compendiaria, armaria, (5) intercolumnia et loca armaris ex (6) hac die et ex k. Iuli[*s*]. *Significatur in codice, errore opinor, hiatus 1 fin. post* privatis, *3 ante et post* loc.; *praeterea pro* qi in eis sacerdotis *reposui monente Huelseno nomen consulis a. 158; denique pro* orrea *posui* horrea. *Edocemur hoc progammate in eiusmodi locationibus solitum fuisse proscribi locari loca aut a praesenti die aut ab ea, quae sollemnis est rebus locandis (Sueton. Tib. 35; Œ IV, 138 quaeque ibi adnotavit Zangemeister), scilicet a kal. Iuliis.*

---

[1] auri oius *legitur.*

1 [*In h*]orreis ° [*imp.* . . . .[1] *C*]aesaris Aug(usti) loc(abuntur)
3 ° [*mercatoribus frument*]ar(iis) armaria et loca ° [*cum operis*
5 *cella*]rar(iorum) ex hac die et ex ° [*k. Iulis*][2].

Lex horreorum.

6 ° *Quisquis in annum futurum retinere volet quod conduxit armarium aliud*]ve quid, ante idus Dec(embres) pensione soluta renuntiet.
7 Qui non ° [*renuntiaverit, si volet retinere et cum horreario aliter pro i*]nsequente anno non transegerit, tanti habebit, quanti
8 eius gener(is) ° [*armarium eo anno ibi locari solebit, si modo ali locatum n*]on erit.

9 Quisquis in his horreis conductum habet, elocandi et ° [*substituendi ius non habebit. Invectorum in haec horrea cu*]stodia non
10 praestabitur. Quae in his horreis invecta inlata ° [*erunt, pignori erunt horreario, si quis pro pensionib*]us satis ei [*non fece*]rit.

11 Quisquis in his horreis conductum habet et sua ° . . . . fuer(it) venia.

[*Qui*]squis in his horreis conduct(um) habet, pensione soluta
12 chirogr(apho) ° [*liberabitur (?)* . . . .

Quisquis habens conductu]m horreum su[*a ibi*] reliquer(it) et custodi non adsignaver(it), horrearius sine culpa erit.

167. Locationes rerum minores.

1. ℭ 4,138. Ex inscr. in pila aedificii in tectorio atramento scripta intra quadratum, Romanellii apographo parum accurato tradita.

Insula Arriana ° Polliana *C*n. Al*lei*[3] Nigidi Maii ° locantur
4 ex i(dibus)[4] Iulis primis tabernae ° cum pergulis suis et c⟪o⟫enacula
5 ° equestria[5] et domus. Conductor ° convenito Primum *C*n. Al*lei*[3]
7 ° Nigidi Mai ser(vum).

---

1) Hadriani *suppl. Gatti, non recte, cum eius aetate* Caesar *iam non soleat collocari post cognomen primarium; litterarum forma cum credatur prioribus Caesaribus parum convenire, potest fuisse Nervae.* — 2) *Suppl. ex titulo supra (in exordio) laudato.* — 3) Gn. Alifi *traditur; corrigitur e multis titulis, qui Cn. Alleium Nigidium Maium nominant. ℭ 4,499. 504. 1177—80. 1483.* — 4) *Sic traditur; Za. cum Or. 4324 proponit* k(al.) *propter Suet. Tib. 35, sed cf. tit. praeced. et sequ.* — 5) *Za. proponit* equil(ia) tria. *Mo.* et vestibula. [*Sed fortasse vulgari locutione lauta cenacula, quae vel equiti Romano convenirent,* equestria *dicta sunt; possisque simili ratione* nongentum tabernas *explicare in titulo sequenti; nam eo vocabulo equites equitumve genus significari Plinius ait h. n. 33,2,31.* Th. M.]

2. ℭ 4,1136. Dess. 5723. Inscr. picta colore nigro in tectorio. Extat Neap. in museo.

In praedis Iuliae Sp(urii) f(iliae) Felicis ° locantur ° balneum Venerium et nongentum[1], tabernae, pergulae, ° cenacula ex idibus Aug. primis in idus Aug. sextas anno[*s co*]ntinuo[*s qu*]inque. ° S. q. d. l. e. n. c.[2]

3. ℭ 4,807.

Hospitium hic locatur ° triclinium cum tribus lectis.

VI 168. Libellus Geminii Eutychetis coloni (a. 227).

ℭ 6,4,33840. E lap. a. m. 0,57, l. m. 0,86. Ed. Barnabei, Notizie degli scavi 1887, p. 115. Repetiverunt inde Mo. qui illustravit ZSSt. 8,248 = (Ges. Schrr. III p. 71 sqq.) et Scialoja Bull. dell' ist. di dir. Rom. 1.21. — Ad libellum coloni (I) de praedio collegii Faustiniani quinquennales eius collegii ita respondent, ut epistulam (II) ad collegii scribas dirigant.

(I) Cum sim colonus hortorum olitoriorum, qui sunt via Ostiensi, iuris ° collegi magni arkarum divarum Faustinarum matris et Piae[3], colens in ° asse[4] annuis SS XXVI et quod excurrit[5], per aliquod annos in ho°diernum pariator[6], deprecor tuam quoq(ue) iustitiam, domine Salvi, sic°ut Euphrata v(ir) o(ptimus) collega tuus q(uin)q(uennalis) Faustinae matris aditus a me permis(it) ° consentias extruere me sub monte memoriolam per ped(es) XX in quadra°to; acturus genio vestro gratias, si memoria mea in perpetuo const°⟪h⟫abit⟪us⟫ [*habitura?*] itum[7] ambitum. —

Dat(a) a Geminio Eutychete colono. —

(II) ° Euphrata et Salvius Chrysopedi, Pudentiano, Yacintho, Sophroni q(aestoribus ° et Basilio et Hypurgo scrib(is) salutem. Exemplum libelli dati nobis a Geminio ° Eutychete colono litteris nostris adplicuimus; et cum adl[*e*]get[8] aliis quoq(ue) ° colonis permissum, curabitis observare. ne ampliorem locum memoriae ° extruat, quam quod libello suo professus est.

Dat(a) VIII kal. Aug. ° Maximo et Albino cos.

---

[1] *Cf. p. 372 n. 5.* — [2] *Notae nondum explicatae.* [*Possis talia proponere:* si quis desiderabit, locatricem eo nomine convenito. Th. M.] — [3] *de hoc collegio vide Mo. l. c. p. 249 sq.* — [4] *cf. Dig. 19,2,25,6; 20,6,9 pr.; 47,2,26,1.* — [5] *cf. Dig. 16,3,26,2.* — [6] *id est, qui reliquator nunquam fuit.* — [7] const | habitus itum *lapis.* — [8] adliget.

^{VI}169. Tabula deae Hludanae sacra.

Rep. Beetgum, prope Leeuwarden, ubi in museo provinciali adservatur. Edd. Pleyte in Verslagen der kgl. Akad., letterkunde 3,6,58; Boissevain in Mnemosyne, 1888, p. 439; deinde Zangemeister Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift für Geschichte und Kunst 8, nr. 1, col. 2—12 cum commentario ipsius et Mo.; Mo. etiam Bull. dell' ist. di dir. Rom. 1,129, de hoc titulo disseruit. — C 13,8330. Dess. 1461.

Deae Hludanae ·
conductores
piscatus mancip[*e*][1]
Q. Valerio Secu-
ndo v. s. l. m.[2]

170. Locatio operis.

Lex parieti faciendo Puteolana a. u. c. 649. (= 105.

C 10,1781 = 1,577. Ri. tab. 66; Or. 3697; Dess. 5317. E tabula marmorea (a. 0,48, l. 1,32), tribus columnis scripta, Puteolis reperta, hodie Neapoli adservata. Ipsam inscriptionem aetate demum imperatoria incisam esse e scribendi dicendique genere ostendit Mo. [^{VII} *Cf. Wiegand Jahrb. f. klass. Philologie suppl. 20,661.*]

I Ab colonia deducta anno XC,
N. Fufidio N. f. M. Pullio duovir(eis),
P. Rutilio Cn. Mallio cos.,
operum lex II.
Lex parieti faciendo in area, quae est ante
aedem Serapi trans viam: qui redemerit,
praedes dato praediaque subsignato
duumvirum arbitratu.
In area trans viam paries, qui est propter
viam, in eo pariete medio ostiei lumen
aperito, latum p(edes) VI, altum p. VII facito. Ex eo
pariete antas duas ad mare vorsum proicito
longas p. II, crassas p. I Ξ—[3]. Insuper id[4] limen
robustum, long(um) p. VIII, latum p. I Ξ—[2], altum p(edis) s(emissem) Ξ—[2]
inponito; insuper id et antas mutulos robustos
II, crassos s(emissem) Ξ[2], altos p. I proicito extra pariete
in utramq(ue) partem p. IV. Insuper simas pictas
ferro ⟪*of*⟫figito. Insuper mutulos trabiculas

---

[1] mancipi *tabula*. — [2] v(otum) s(olverunt) l(ibentes) m(erito). — [3] *i. e.* III *vel* II *vel* IV uncias. — [4] id *delendum videtur.* [^{VII} *Iam retinetur.*]

abiegineas II, crassas quoque versus s(emissem) inpon⟨*i*⟩to
II ferroque figito; inasserato asseribus abiegnieis,
sectilibus, crasseis quoque versus Z Z[1]; disponito ni plus s(emisse)Z—[1];
operculaque abiegnea inponito; ex tigno pedario
facito. Antepagmenta abiegnea lata s. Z—[1], crassa Ɛ[2],
cumatiumque inponito, ferroque plano figito,
portulaque tegito, tegularum ordinibus seneis
quoque versus. Tegulas primores omnes in ante-
pagmento ferro figito, marginemque inponito.
Eisdem fores clatratas II cum postibus aesculnieis
facito statuito ocludito picatoque ita, utei ad aedem
Honorus facta sunt. Eisdem maceria extrema paries
qui est, eum parietem cum margine altum facito p. X.
Eisdem ostium, introitu in area quod nunc est, et
fenestras, quae in pariete propter eam aream sunt,
pariete⟪m⟫ opstruito; et parieti, qui nunc est propter
viam, marginem perpetuom inponito; eosq(ue) parietes
marginesque omnes, quae lita non erunt, calce
harenato lita politaque et calce uda dealbata recte
facito. Quod opus structile fiet, in terra calcis
restinctai partem quartam indito; nive maiorem
caementa struito, quam quae caementa arda
pendat p(ondo) XV, nive angolaria altiorem Z Z Ɛ[2] facito[3].
III Locumque purum pro eo opere reddito.
Eidem sacella aras signaque, quae in
campo sunt, quae demonstrata erunt,
ea omnia tollito deferto componito
statuitoque, ubei locus demonstratus
erit, duumvirum arbitratu.

Hoc opus omne facito arbitratu duovir(um)
et duovira*l*ium[4], qui in consilio esse
solent Puteoleis, dum ni minus viginti
adsient, cum ea res consuletur. Quod
eorum viginti iurati probaverint, probum
esto; quod ieis inprobarint, inprobum esto.
Dies operis: k. Novembr. primeis. Dies pequn(iae):

---

[1] *cf. p. 374 adnot. 2.* — [2] *i. e.* semiunciam. — [3] *Explicavit hunc locum Jahnius, bullet. archeol. 1841 p. 11.* — [4] duoviratium.

pars dimidia dabitur, ubei praedia satis subsignata erunt; altera pars dimidia solvetur opere effecto probatoque.

C. Blossius Q. f.

HS cIↄ D, idem praes; Q. Fuficius Q. f., Cn. Tetteius Q. f., C. Granius C. f., Ti. Crassicius.

CAPUT X.

171. SOCIETAS.

a. 167.

𝕮 3,950. E tript. Transs. tab. I et II ass. Berolini in antiquario musei regii; periit III.

(I.) Inter Cassium Frontinum et Iulium Alexandrum societas dani[*st*]ariae[1] ex X kal. Ianuarias, q(uae) p(roximae) f(uerunt) Pudente e[*t*] Polione cos.[2], in prid[*i*]e idus Apriles proximas venturas ita conven[*i*]t, ut quidq[*ui*]d in ea societati ab re natum[3] fuerit lucrum damnumve acciderit, aequis portionibus s[*uscip*]ere debebunt. In qua societate intuli[*t Iuli*]us Alexander numeratos sive in fructo Ӿ [*qu*]ingentos, et Secundus Cassi Palumbi servus a[*ctor*] intulit Ӿ ducentos sexaginta septem pr . . . . tin (= II, 1) sum Alburno . . . . d[*ebeb*]it. In qua societ[*ate*] si quis d[*olo ma*]lo fraudem fec[*isse de*]prehensus fue[*rit*], in a[*sse*] uno Ӿ unum . . . . [*denarium*] unum Ӿ XX . . . . alio inferre deb[*ebi*]t, et tempore perac[*t*]o de[*duc*]to aere alieno sive summam s(upra) s(criptam) s[*ibi recipere sive*], si quod superfuerit, dividere d[*ebebunt (?)*]. Id d(ari) f(ieri) p(raestari)que stipulatus est Cassius Frontin[*us, spopon*]dit Iul(ius) Alexander.

---

1) *i. e.* negotium mensae argentariae, *a* δανειστής. — 2) *a. 166.* — 3) *Sic Hirschfeld denuo collata tabella.*

De qua re dua paria [*ta*]bularum signatae sunt[1].
[*Item*] debentur Lossae 𐆖 L, quos a socis s. s.[2] accipere debebit.
[*Act*(*um*) *Deusa*]re V̄ kal. April. Vero I̅I̅I̅ et Quadrato cos.

CAPUT XI.

172. IURA SEPULCRORUM.

A. Prohibitiones alienandi.

Omnes fere qui sequuntur tituli aut liberis aut libertis aut utrisque posterisque eorum scripti sunt; sed notandum est liberos ius sepeliendi habere, sive heredes patri exstiterint sive se abstinuerint, libertos autem non aliter, nisi heredes exstiterint patrono, quamvis quidam inscripserint monumentum sibi libertisque suis fecisse. *D. 11,7,6.*

1. Romae. 𝕮 *6,3.21096. Or. 4388. Dess. 8215. Integer titulus.*

D(is) M(anibus). A. Larcius
Adiutor fecit
monumentum
sibi et suis libe-
rtis libertabus-
que posterisque
eorum. Hoc m(onumentum)
veto veniri, veto donari[3].

2. Romae. 𝕮 *6,13203; Or. 4386.*

— hoc autem monumentum cum aedificio
neque veniet neque donabitur neque
pignori obligabitur, sed nec ullo modo
alienabitur, ne de nomine exeat familiae suae.

3. Romae. 𝕮 *6,22083; 765,2; Or. 4403. Dess. 8273.*

— ° fecerunt sibi et suis libertis ° libertabusq(ue) posterisq(ue) eorum, ° ut usque ad unum ex domo eorum ° qui extiterit possideat, ne at exterum ° perveniat.

4. Romae. 𝕮 *6,4,26940. Or. 4387. Dess. 8277.*

— fecit — et sibi et suis posterisque eorum ita, ne de nomine libertorum libertarumve meorum posterisq(ue) eorum exeat.

---

[1] *Cf. supra n. 61 v. 26.* — [2] s(upra) s(criptis). — [3] *VII Cf. Dess. 8269:* ... sibi libertis libertabusque posterisque suis et Proculi, qui testamento statu libertatis relicti essent. Huic monimento vendundi potestas nulli sit.]

5. Cordubae. 𝕮 2,4332. Dess. 8271.

2 — ° ux(ori) . . ° . . f(ecit) et s(ibi) viv(us); inq(ue) memoriam per-
4 petuam ° hortos coherentes sive suburbanum tradidit ° lib(ertis) li-
6 bertabusq(ue) ex familia ux(oris), — ° excepitq(ue), ne quis eos
7 ° venderet, set per genus ipsorum posessio decurreret ° vel per
atnatos vel manumissos.

6. Montisferrati. 𝕮 5,7454, cf. 10,504; Or. 4417. Dess. 8342.

7 — ° hi horti ita uti o(ptimi) m(aximi)°-que sunt, cineribus ° servite
10 meis; nam cu°-ratores substituam, ° uti vescantur ex ho°-rum horto-
13 rum redi°-tu natale meo et per rosam[1] ° in perpetuo. ° Hos hortos
16 neque divi°-di volo neq(ue) abalienare.

7. Romae. 𝕮 6,4,29909. Or. 7331. Dess. 8282.

— ne veneat, ne fidu°-ciare liceat, nec de nomine ° exire liceat secundum sen°-tentias pontificum c. c(larissimorum) v. v(irorum) *cet.*

8. Romae. 𝕮 6,2,8456.

11 — ea condicione, ne fiducient, ne vendant, neve alio
quo genere id sepulchrum, sive monumentum est,
alienare ulli potestas sit *cet.*

B. Multae alienationum et laesionum prohibitarum.

9. Puteolis. 𝕮 10,3750; Or. 4430. Dess. 8351.

7 — si qui — hunc monumentum ° — vendere volent,
9 tunc ad rem publicam coloniae Puteolanae pertinebit.

10. Brundisii. 𝕮 9,136; Or. 4431. Dess. 8238.

5 — neque ull]i[2] liquebit locationi[s
6 causa in] annis centum quan[°-doq(ue) tr]ansvendere; quo[d-
8 si qui adversus it fecerint, ° eorum bona pertinere
10 debebunt ad rem publicam ° Brundisinorum].

11. Romae. 𝕮 6,2,10219; Or. 4425. Dess. 8226.

7 — ° ne de ° nomine meo exiat; quod si quis it mo°-nimentum
10 partenve eius vendere quis vo°-let, vel donationis causa cui manci-
11 pare °[3] voluerit, aliove quo nomine eius monimenti ° partem alienare
13 temptaverit, dare damnas esto ° aerario populi Romani SS XV

[1) ^{VII} *Cf. No. 174 v. 15:* item V id. Mai die rosae . . . dividerentur. —]

2) *Uncis quadratis quae inclusimus hodie deperierunt.* —

[3) ^{VII} *Cf. 𝕮 6,2,10791. Dess. 8228 (Romae):* Post obitum nostrum quisque hunc munimentum dolo malo donationis causa tradedisse voluerit, compellabitur a pomtitices (*sic!*) poenae nomine SS XXX n.]

m(ilia) n(ummum) et collegio ° pontificum SS XV m. n. et emptor 14
et venditor. Comparatu(m) autem est de SS VIIII m(ilibus) n(ummum).
H(uic) m(onimento) d(olus) m(alus) a(besto). H(oc) m(onimentum)
ext(erum) h(eredem) n(on) s(equetur).

12. Romae. ℭ 6,2,13152; Or. 4427; Dess. 8229.

— ° si quis hoc sepulchrum vel monimentum — ° post obitum 6
° meum vendere vel donare voluerit ° vel corpus alienum invehere 8
vellit, ° dabit poenae nomine ark(ae) pontif(icum) HS C̄ n., ° et ei 10
cui donatum vel venditum fuerit, ° eadem poena tenebitur. 12

13. Romae. ℭ 6,2,10284. Dess. 7947. Cf. Mo. Staatsr. 2³ p. 71.

° — Hoc monumentum — ° ne quis a nomine nostro alienare 2 5
audeat ° neve in eo corpus extraneum inferri patiatur: ° alioquin 6
sit facultas cuicumque ex familia ° nostra[1] adeundi per querellam 8
pontifices ° cc. vv., quorum de ea re notio est, ° et poenam HS L 9
m. n. arcae ° collegii eorum ° inferendorum exsequendi. 11

14. Romae. ℭ 6,2,10848; Or. 4428. Dess. 8231.

— ° — quod ° si quis hunc monimentum vel aedificium dona- 13
tionis ° causam vel alio que nomine temptaverit facere, dare damnas 15
esto aerario po°puli Romani SS L m. n., item v(irginibus) V(esta- 16
libus) SS L m(ilia) n(ummum).

15. Romae. ℭ 6,3,20661; Or. 4421. Dess. 8272.

— ° ita ut ne quis ex hoc agro aedificis°ve, quibus donationis 4
causa eman°cipatum erit, de nomine alienasse ° velit, nisi in per- 6
sona filiorum ° aut libertorum suorum, ne simili ° poena sepulchri 8
teneatur.

16. Veronae, sed eo delatus ex urbe. ℭ 6,4,26445; Dess. 8216; Maffei, museum Ver. p. 320.

— huic munimento intercedet lex ne donatio fiat; quodsi quis admiserit, inferet aerario p(opuli) R(omani) HS XXX n.

17. Aquileiae. ℭ 5,952; Or. 7337. Dess. 8239. Similiter ℭ 5,979: si quis hanc arcam — vendere aut emere aut exacisclare volet . . .; *et 5,1102:* arcam aperuerit aut exacisclaverit et aliut corpus posuerit.

— ° si q(uis) hanc ar(cam) vender(e) ° aut emere aut exacis°- 10
claver(it)[2], tunc poen(ae) nom(ine) ° dabit rei p(ublicae) Aquil(eien- 12
sium) HS XX n. ° Delator quart(am) accip(iet). 14

---

[1] *In alio tit. dictum est:* [*ei*]us rei persecutio cuilibet de populo datur, ℭ *5, 8305.* — [2] [*VII Debuit esse:* exacisclare volet.]

18. In via Appia. ℭ 6,3,20989.

9 — ° quisq(uis) [*h*]unc mun(imentum) — ° immutare alioque
11 quo genere vender°[*e aut donar*]e voluerit, tunc dare debeb°[*it HS L m. n.*] aerario p(opuli) R(omani).

19. Romae. ℭ 6,2,13618. Dess. 8231 not. Similiter Grut. 881,9 = 6,4, 22609. Or. 2415. 4509. 4549. 4610. ℭ 6,10876. 1600 (= Dess. 8092). 15405.

5 — ° hoc monumentum sive locum si ° quis vendere vel donare
7 voluerit, ° inferet virginib(us) Vestalibus HS X̅X̅ ° n. aut aerario populi Romani *cet.*

20. Romae. Grut. 827,2 = ℭ 6,4,26128.

— si quis autem istam memoriam ex numero filiorum sibe libertorum distrahere voluerit, inf(eret) aer(ario) p(ublico) p(opuli) R(omani) HS I *(L?)* m. n.

21. Romae. Grut. 835,8 = ℭ 6,4,27627.

— si quis autem hoc vendere voluerit, arkae ponteficum HS X m. n. inferet, vel si quis alienum corpus hic intulerit, poenam supra scriptam inferet.

22. Romae. Fabretti, inscr. p. 49 n. 281 = ℭ 6,4,28567.

— hoc monimentum si quis donationis vel emancipationis causa ali tradere voluerit, prius inferet arce pontificum SS C m. denari *cet.*

C. De sepulcro violato et de mortuo inferendo.

23. Romae. Or. 4423 = ℭ 6,4,26488.

— huic monimento manus qui intulerit, dabit sestertios XX

24. Romae. ℭ 6,2,5175; Or. 7339; Dess. 8211.

4 — ° locum hui si qui manus ° intulerit, virginebus Vestalibus
° solvet poena HS n. V. X̅X̅[1].

25. Romae. Grut. 928,1. ℭ 6,4,29913.

— si quis titulum meum violaverit, inferat aerario HS IX n.

26. Salonis. ℭ 3,2107; Or. 4429. Dess. 7236.

4 — ° cot si quis aeam arcam ° [*po*]st mortem eorum aperire
6 vo°[*lu*]erit, in[*f*]er[*et*] decuriae meae[2] Ӿ XXV . . .

V *27. Ravennae. Mur. 1131,3. ℭ 11,136. Dess. 7311.*

5 — ° si qui vero post mortem ° nostram eandem arcam ° aperire
8 ° voluerit, inferet ° convibio veteranorum sive ° Martensium Ӿ C̄.

---

[1] *Fortasse scr.* V m(ilia). — [2] *Scil. collegii fabrum et centonariorum.*

28. Oxonii, originis Romanae. Or. 4393 = ℭ 6,4,27593. Dess. 8210.

— sibi — libertabusque suis, ita ne quis ubi ° ego conquiesco, comurat aut cineres ° suas ponat; quae adversus ⟨*qui*⟩[1] fecerit, virginibus damnas esto d(are) HS (decem milia) *cet.*

29. Romae. ℭ 6,4410.

Huic ° monumento ° ustrinum apli°cari non licet.

Cf. ℭ 6,797 n. 3413. Dess. 8203: ne quis hic urina(m) faciat.

Et Or. 7302: duodecim deos et Deanam et Iovem opt. max. habeat iratos quisquis hic mixerit aut cacarit.

30. Canusii. ℭ 9,405; Or. 7332. Dess. 8263.

— ° in hoc monimento ali inuri licet ° nulli, nisi quorum nomina s(cripta) s(unt).

31. Ostiae. ℭ 14,1153; Or. 7338. Dess. 8223.

— quisquis hunc ° titulum — deasciaverit a⟨*u*⟩t[2] vio°laverit vendiderit, HS CC milia n. ° aerario populi Romani damnas esto dare *cet.*

32. Romae. ℭ 6,2,7788; Or. 2691; Dess. 8219.

— ° si quis huic monimento post me ° aliquam controversiam 13
facere volu°erit aut de nomine auferre, inferet aera°rio p(opuli) 15
R(omani) HS V m. n. *cet.*

33. 11. Prope Romam. ℭ 6,3,22915. Or. 5048. Dess. 8221.

° — si quis ° eum titul(um) adulterav⟨*e*⟩rit, alienigenum cor- 8
p(us) aut ossa aut cineres ° in hoc monum(entum) inferre volens, adi- 10
tum[3] non haber(e) et dare debeat a(erario) p(opuli) R(omani) HS L
m. n. ° Huic mon(umento) dol(us) mal(us) abesto. 11

34. Puteolis. ℭ 10,2039; Or. 4422. Dess. 8311.

Dis Manibus ° P. Alfeni Anterotis. Locus exc(eptus) ° sepulcri 1
et itineris, in front(e) p(edes) XI, in agr(o) ° p. XXXIIII, et poena 4
excepta HS XX *cet.*

35. Sassinae Umbriae. ℭ 1,1418; Dess. 7846. Integra dum fuit, descripta est: hodie quae non supersunt, rectis litteris expressimus inclusa uncis quadratis.

. . . [Hora[*tius* . . *f*] Balb[*us*] — ° municipibus [*su*]eis incoleis- 1
q(ue) ° [loca sepulturae d(e) s(ua)] p(ecunia) dat, ° [extra auctor]- 3
ateis et ° [quei sibei laqu]eo manus ° [attulissent[4]] et quei ° [quae- 5

---

1) *Mo.* — 2) *Dess.* — 3) adhum. — 4) *Serv. in Verg. Aen. 12,603:* cautum fuerat in pontificum libris, ut qui laqueo vitam finisset, insepultus abiceretur.

8 stum] spurcum ° [professi es]sent, singuleis ° [in fron]te p. X, in
10 agrum p. X ° [inter po]ntem Sapis *cet.* — ° [In quib]us loceis nemo
14 huma°[tus] erit, qui volet sibei ° [vi]vous monumentum faci°et; in
17 quibus loceis hu°mati erunt, ei d(um) t(axat) quei ° [h]umatus erit
19 postereis°[qu]e eius monumentum ° [fier]i licebit.

V 36. Puteolis. ℭ 10,2015. Dess. 8235.

1 Aelia Decorata in me°moriam Isionis b(ene) m(erentis) mariti
una ° cum Sextilia Laurina nuru sua cubi°culum superiorem ad
5 confrequen°tandam memoriam quiescentium sibi ° suisque et posteris
eorum extruxerunt. ° Tabernula autem cum suis superioribus °
nullo modo ab hoc loco sacro et religio°so ob tutelam obitorum
10 separari poterit. Quod ° si adversus ea aliqui inrumpere temptaverint,
° inferent singuli rei p(ublicae) Puteolanorum HS $\overline{\text{LL}}$ m(ilia) n(ummum), ° sic ut et foris in titulo scr⟨*i*⟩ptum[1] continetur ° in nomine
Eucherior(um) nepotor(um); reditum autem ° terrulae et aedificii in
15 refectionibus cubi°culorum sacrorum et aedificii s(upra) s(cripti)
super°stites erogare curabunt.

V 37. Ostiae. ℭ 14,166.

1 T. Flavio T. f. Pal(atina) Vero ° equiti Romano aedem fecit °
Vibussia L. f. Sabina mater ° quae iubet se quandone in ea aede
5 poni et Gn. Ost(iensem) Hermete(m) ° maritum suum; neque heres
meus neque heredive meor(um)[2] neque ° cuiquam licevit in ea aede
ponere neque corpus neque ossa; quod ° si quis adversus ea fecerit,
inferet aerario p(opuli) R(omani) HS L m. n., item rei pub(licae)
° Ost(iensium) HS L m. n.; is autem qui detulerit accipere debebit
sum(marum) s(upra) s(criptarum) quartas. — ° (H)ypogaeu(m) et cetera libertis libertab(us)q(ue) meis post(erisque) eor(um). ° Hic monimentus exteru(m) herede(m) non sequitur, set nec donatione(m) facere.
° In f(rontem) p(edes) XXVI, in a(grum) p(edes) XXXV.

V 38. Ostiae. ℭ 14,850. Dess. 8209.

1 L. Cocceius Adiutor fecit ° sibi; idem denuntiat, ne quis velit
° in parte sinisteriore intrantibus neque ° commurere neq(ue) obruere
5 cadaver; sin autem, ° dabit rei p(ublicae) Ostiensium HS L m. n.
° Delator quartas accipiet.

39. Compsae. ℭ 9,984. Dess. 8237.

In quem induxi sarcofagum ° in quem dum receptus fuerit

---

[1] [*VII Mo. ZSSt. 16 p. 207 not. 2 adfert Hor. sat. 1,8,10 sqq.* —]

[2] *Debuit esse* neque heredi meo heredive heredum meorum.

cor°pus meum, numquam ullo liceat acced°ere neque aperire et 3
vexare ossa mea, ° neque filius neque nepotes neque de ad°finitate 5
ullus; si quis autem ausus fuerit ° infringere vel aperire, inferet
poene nomi°ne rei pub(licae) C(ompsinorum) folles mille. Sane
Nevia ° Prisca, si permanserit usque in diem fi°nitionis sues, recipietur 10
ibi iuxta maritum suu[*m*].

40. Ostiae in urnula. ℭ 14,1872.

Quicumque violaverit ° sive inmutaverit, ° sentiat iratos ° semper sibi.

VII 41. Romae. ℭ 6,4,36467. Dess. 8184.

Dis man(ibus). ° C. Tullius Hesper ° aram fecit sibi ubi ° ossa sua coiciantur. ° Qua si quis violave°rit aut inde exeme°rit, opto ei, ut cum ° dolore corporis ° longo tempore vivat ° et cum mortuus fue°rit, inferi eum non ° recipiant.

VII 42. Romae 6,4,29946^b. Dess. 8185^a.

Quisquis ° hoc sustulerit ° aut laeserit, ° ultimus suo°rum moriatur.

VII 43. Prope Burnum Dalmatiae. ℭ 3,15016. Dess. 8248.

Sarcofagum ita def°endunt, ut super avo°rum [*su*]orum corpora ° nullu[*s e*]xtraneum 2
ponat; ° quod si quis posuerit, det ° fisco auri pondo dua. 4

44. Romae. ℭ 6,4,29942. Dess. 8207.

Inscriptor rogo te ut transeas hoc monumentum . . . quoius condidati nomen in hoc ° monumento inscriptum fuerit, repulsam ferat neque honorem ullum unquam gerat.

D. De aditu ad sepulcrum.[1]

45. Romae. ℭ 6,2,9404; Or. 4085. Dess. 7249.

— ° sibi et — ° uxori et ° libertis libertabus ° posterisque 8
eorum omnibus. ° Taberna cum aedificio et cisterna ° monimento 12
custodia cedit. ° Lege publica uti liceat itum, aditum, ambit(um), 14
° haustum aquae, ligna sumere. 15

46. Romae. ℭ 6,2,10235; Or. 4379; Dess. 8364.

° — Iobacchus fecit — ° ° excipit(ur) itus, actus, ° aditus, ambitus, 2
item aquae, aeram(enta), ° funem, pistrini, furni, virgar(um), 9
ligni ° sacrificiis faciundis et cetera, quae ° in lege publica continentur. 10
Hoc mo°numentum heredem non sequitur[2] *cet.* 11

47. Romae. ℭ 6,2,13823; Or. 4373. Dess. 8752.

— ° praecepit, ut ad it ° sepulchrum hortus, qui est cinctus
° maceria, et dieta aiuncta ianuae ° custodiae causa sepulchro cedat, 5

---

[1] *Cf. supra n. 137 v. 14; n. 138 v. 13.* — [2] *Est anni 149 p. C.*

9 ° et itum aditum ambitum sacrifi°cique faciundi causa proximis
° eius recte liceat.

48. Romae. ℭ 6,2,12133; Or. 4374. Dess. 8365.

15 — ° in hoc monumento itus ad[*it*]us ambitus libertis liberta-
16 busq(ue) meis omnib(us) ° pateat, heres clavem dato ad sacrificia
facienda quotiens quomque opus erit.

49. Romae. ℭ 6,3,19562; Or. 4392. Dess. 7933^{b}.

3 L. Hostilius — ° libertis libertabusque suis ° posterisque eorum fecit; ° exterae familiae aditus non datur, ° nec iure quis in hoc monumento ° ollas emet.

50. Ostiae. ℭ 14,1473; Or. 45,11.

1 C. Plarius Privatus sen(ex) se vibo cessit Pla°riae Privatae libertae suae — ° adcumbitorium cum conditi°bum — ° — ita, ut liceat ei itum aditum ° ambitum humandumve sacrificandum caussa ° habere *cet.*

51. Romae. ℭ 6,2,10562 = Or. 4382. Dess. 8362. Similiter ℭ 6,3626 6,2,10876. 6,3,17652.53. 6,4,26229. Or. 4830. 4500. 4509. 4513.

5 — ° et in eo mon(umento) ° itu(m), act(um), amb(itum), in°la-
t(ionem), mor(tuum) mort(uam) ° inferre[1], coron(are), ° sacrif(icare),
10 sacrif(icium)[2] fac(ere) ° ei, a(d) q(uem) e(a) r(es) p(ertinet) p(ertine-
bit), r(ecte) l(iceto) — ° fil(iae) pientissimae *cet.*

VII 52. Prope Romam. ℭ 6,14672; Or. 1175. Dess. 8156.

D. m. Cerelliae Fortunatae coniugi carissimae, cum qua v(ixi)
ann. XL s(ine) u(lla) q(uerella). ° M. Antonius Encolpus fecit sibi
et Antonio Athenaeo ° liberto suo karissimo et libertis libertabus-
que eorum ° et posteris — excepto M. Antonio Athenione, quem
veto ° in eo monimento aditum habere neque iter ambitum ° intro-
itum ullum in eo habere, neque sepulturae causa ° reliquias eius
posterorumque eius inferri; quod si quis ad°versus hoc quis[3] fecerit,
tunc is qui fecerit poenae nomine ° pontificibus aut antescolaris[4]
virginum HS L m(ilia) n(ummum) inferre de°bebit, ideo quia me
10 pos multas iniurias parentem sibi amnegaverit — ° et A. Lelio
Apeliti clienti karissimo, quem boluerit do[*n*]ationis causa sarco-
fa°gum eligat sibi, opter[5] quod in tam mana clade non me reli-
querit, cuius beneficia abeo *cet.*

---

[1] *Mo. in ℭ compendia sic solvit:* inlat(ionem) mort(ui habere) mor-t(uum) inferre. — [2] sacrif(icia) *Mo. l. l.* — [3] *l.* quid. — [4] *cf. Petron. sat. 81:* antescolanus. — [5] [*VII De* opter *cf. Bücheler Rh. Ph. 51, p. 472.*]

tunc is qui fecerit poenae nomine ° pontificibus aut antescolaris[1] 9
virginum HS $\overline{L}$ m. n. inferre de°bebit; ideo quia me pos multas 10
iniurias parentem sibi amnegaverit *cet.*

V 53. Ostiae. 𝕮 14,1636. Dess. 7926.

I M. Statilius Mercuri°us fecit sibi et — ° introitum exitum 1
omnem°que rem possidere quod mihi ° concessum est a T. Flavio 10
Rufino, ° in parte dimidia, intrantibus ° parte sinisteriore, in fronte 12
° pedes XXXIII, in agro ped(es) XXX. 14

II Euphrosyno ° et Hercliano ° ser(vis) C(aesaris) n(ostri) concessum 1
° eis ab Flavio Rufino ° in monumento ° Iuniano, quod est ° iuris 4
mei, intran°tibus parte dexte°ra, in triclinio ° in quo pari⟨*e*⟩te sunt 8
° ollae ossuaria ° numero $\overline{XIIII}$, ° et in triclia sar°cophaga n(umero) 11
III, ° quot cessi e*g*o[2] ° ambas partes et ° Statilio Mercurio ° et 15
nominibus s(upra) s(criptis).

E. Cognitio de sepulcris.

54. Romae. 𝕮 6,2,10675; Or. 4515; Dess. 8386.

— Aelius Dignus, ° Paccius Charito et socii ° hoc cepotaphium 2
muro cinctum ° cum suo iure omni ex auctoritate ° et iudicio ponti- 5
ficum possederunt.

55. Romae. 𝕮 6,2963; Or. 4406. Dess. 8382. Cf. D. 47,12,7: lapsum monumentum corporibus non contactis licet reficere. *D. 11,8,5,1:* sed si religiosus locus iam factus sit, pontifices explorare debent, quatenus salva religione desiderio reficiendi operis medendum sit.

— petit a pont°fices, ut sibi permitterent ° reficere n(ostrum?) 4
monumentum ° iuris sui, lib(ertis) libertabusque ° sibi et suis poste- 7
risque ° eorum. 9

56. Beneventi. 𝕮 9,1729.

— hoc vas disomum sibi et ° Felicitati suae posuit, et ° tribu- 2
nal ex permissu pontif(icum) perfecit.

57. Romae. 𝕮 6,2,12389; Or. 4355. Dess. 8388.

— in hoc monumento sive ° sepulc(ro) corp(us) per aedil(es) 9
inferri licebit.

58. Romae. 𝕮 6,1884; Or. 794, emend. 3,78; cf. Paul. sent. 1,21,1. D. 11,7,8.44.

— abscessit Selinunte, pri. idus Augus. ° Nigro et Apro- 6 niano cos.[1]; ° reliquiae treiectae eius ° III nonas Febr. ex permissu ° collegii pontific(um), piaculo facto, ° Catullino et Apro cos.[2] *cet.*

---

[1] *Cf. Petron. sat. 81:* antescholanus. — [2] eco *traditur.*

59. Romae. ℭ *6,3,20683. Dess. 8389.*

— isdem corporibus tralatis perm(issu) trib(unorum) pl(ebis) *cet.*

·V *60. Ostiae.* ℭ *14,1135. Fragmenta quattuor eiusdem lapidis, continentia titulos tres praeter nomina pares.*

D(is) m(anibus). ° Ti. Iulius Ama°ranthus ob ° cessionem ° donationemq(ue) ° monumenti ex ° parte tota[3] ab Iun°ia Anthide et Plo°tio Herma lib(ertis) ° libertabusq(ue) et ° posterisq(ue) eor(um).

VII *61.* ℭ *10,8259. Dess. 8381. 'Prope Tarracinam, loco antiquo, in pilis duabus, ad ingressum ut videtur sepulcri'.*

[*D(is)*] m(anibus) [*s(acrum). C*]ollegi[*u*]m pon[*tif*]icum d[*e*]crevit:[4] si ea ita sunt que libelo [*c*]ontenentur placere per . . . re puela [*de*] q. agatu[*r s*]acelo.

(in pila altera) [*eximere et i*]ter[*um ex*] pra[*escr*]ipto [*d*]eponere et scripturam tituli at pristinam formam restituere piaculo prius dato operis faciendi ove atra[5].

CAPUT XII.

173. IUS HOSPITII ET CLIENTELAE.

Cf. Mommsen, das röm. Gastrecht u. d. röm. Clientel, in libro: Röm. Forschungen 1,319. Antiquissimas tantum recepi tesseras hospitales, alias v. apud Or. 3056—63. [ℭ *2,1343.*]

1. ℭ *8,68. E lamina ahenea per Borgiam ex Africa in Italiam advecta et Cortonae adservata. Primus edidit Marinius, atti de' frat. arv. (1795) 2,782. Or. 3693. Dess. 6095.*

---

[1] *a. 117 p. C.* — [2] *a. 130 p. C.* — [3] ex parte tŏta (*non* tōta) *legendum, collato loco Ulpiani Dig. 28,5,1,5:* ille ex parte tota, ille ex tota . . . heres esto. — [4] *Plin. ep. ad Trai. 61.* — [5] *Paul. sent. 1,21,4:* qui corpus perpetuae sepulturae traditum vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverit et solis radiis ostenderit, piaculum committit, atque ideo si honestior sit in insulam, si humilior in metallum dari solet.

P. Sulpicio Quirinio, C. Valgio cos.[1]
senatus populusque civitatium stipendiariorum
pago Gurzenses[2] hospitium fecerunt quom L. Domitio
Cn. f. L. n. Ahenobarbo[3] procos., eumque et postereis[4]
eius sibi posterisque sueis patronum coptaverunt,
isque eos posterosque eorum in fidem clientelamque
suam recepit.
Faciundum coeraverunt: Ammicar Milchatonis f.,
Cynasyn(ensis); Boncar Azzrubalis f., Aethogursensis,
Muthunbal Saphonis f., Cui. Nas. Uzitensis[5].

2. ℭ 2,2633. E tabula ahenea, quae hodie in musei Berolinensis antiquario adservatur, a. 0,32, l. 0,20. Dess. 6101.

M. Licinio Crasso,
L. Calpurnio Pisone cos.[6]
IIII k. Maias
gentilitas Desoncorum ex gente Zoelarum[7]
et gentilitas Tridiavorum ex gente idem
Zoelarum hospitium vetustum antiquom
renovaverunt, eique omnes alis alium in fidem
clientelamque suam suorumque liberorum
posterorumque receperunt.
Egerunt
Arausa Blecaeni et Turaius Clouti, Docius Elaesi,
Magilo Clouti, Bodecius Burrali, Elaesus Clutami,
per Abienum Pentili magistratum Zoelarum.
Actum Curunda.
Glabrione et Homullo cos.[8] V idus Iulias
idem gentilitas Desoncorum et gentilitas
Tridiavorum in eandem clientelam, eadem
foedera receperunt: ex gente Avolgigorum
Sempronium Perpetuum Orniacum, et ex gente

---

1) *a. u. c. 742 (= 12).* — 2) *Gorza, oppidum Africae Zeugitanae prope Uticam, Polyb. 1,74. In alia tessera (l. c. n. 69):* civitas Gurzensis ex Africa. — 3) *Avo imp. Neronis; cf. Suet. Nero 1—6. Tac. ann. 4,44.* [^{VII}*Cos. a. 738 (= 16), proc. Africa a. 742 (= 12)*]. — 4) *Debuit esse* posteros. — 5) *Hirt., b. Afr. 41,51:* oppidum Uzitta, *in Africa Byzacena.* — 6) *a. 27 p. C.* — 7) Zoelas *Plin. h. n, 3,3,28 inter Asturum populos enumerat, alio loco (19,2,10) eam civitatem* Callaeciae et oecano propinquam appellat; *cf. Huebn. l. c. p. 363.* — 8) *a. 152 p. C.*

Visaligorum Antonium Arquium, et ex gente Cabruagenigorum Flavium Frontonem Zoelas.

E gerunt
L. Domitius Silo et
L. Flavius Severus,
Asturicae.

CAPUT XIII.

COLLEGIA.

174. Collegium symphoniacorum.

CIL 6,2,4416. Dess. 4996. Unus de quadringentis titulis columbarii a. 1847 prope Romam eruderati. Cf. Mo. ZGR. 15,353 (= *Ges. Schrr. III p. 113*).

Dis manibus. ° Collegio symphonia°corum, qui sacris publi°cis praestu sunt[1], quibus ° senatus c(oire) c(onvocari) c(ogi) permisit[2] e ° lege Iulia[3] ex auctoritate ° Aug(usti) ludorum causa.

175. Collegium funeraticium Lanuvinum (a. 136).

CIL 14,2112. Dess. 7212. E tabula marmorea, quae exstat in oppido Civita Lavigna edita a N. Ratti, atti d. accad. pont. 2,462. Inde eam repetivit et illustravit Mo., de collegiis (*1843*) *p. 98—116* (*cf. Huschke, ZGR. 12,207*); *postea lapide ipso excusso titulum correxit ZGR. 15,357 = Ges. Schrr. III p. 115; cf. Or. 6086. Est tabula duabus columnis inscripta praescriptione per utramque perscripta; capita sunt distincta.*

Praescr. [*L. Ceionio*] Commodo, Sex. Vettuleno Civica Pompeiano cos.[4] a(nte) d(iem) $\overline{V}$ idus Iun(ias).

I. ° [*Lanuvi in*[5]] templo Antinoi, in quo L. Caesennius Rufus, ° [*patronu*]s municipi, conventum haberi iusserat per L. Pompeium

---

[1] *Cf. CIL 6,2191; Or. 2448; Dess. 4965:* Collegio tibicinum et fidicinum Romanorum, qui s. p. p. s(unt) (*111 p. C.*). *Similiter CIL 6,240 = Or. 1803, CIL 6,1054 = Grut. 269,2. Tibicinum secessionem Tiburtinam enarrat Liv. 9, 30,5 sq.* — [2] *Illustrantur haec verba loco Dig. 3,4,1:* neque collegium neque — corpus passim omnibus habere conceditur. — collegia — certa sunt, quorum corpus senatusconsultis atque constitutionibus principum confirmatum est. *Inde passim in collegiorum titulis additur:* quibus ex SC. coire permissum est *vel* licet, *Or. 1567. 2787. 4075. 4115. 4235; in uno:* quibus ex permiss(u) div(i) Pii arcam habere permiss(um) *CIL 5,4428 = Or. 3913. In aliis appellantur* corpora licite coeuntia, *Grut. 399,4. 331,1. Cf. Mo., de collegiis 80.* — [3] *Caesaris videtur esse. Suet. Caes. 42:* cuncta collegia praeter antiquitus constituta distraxit. *Aug. 32:* collegia praeter antiqua et 'legitima' dissolvit. — [4] *a. 136.* — [5] [^{VII} municipio in *ins. Mo.*]

.... um, q(uin)q(uennalem) cultorum Dianae et Antinoi, pollicitus 3
est se ° [... d]aturum eis ex liberalitate sua HS $\overline{XV}$ [1] m(ilium) n(um-
mum) usum, die ° [*natal*]is Dianae, idib. Aug., HS CCCC n., et die 5
natalis Antinoi V k. ° [*Dec.*], HS CCCC n., et praecepit legem ab
ipsis constitutam sub tetra°[*stylo A*]ntinoi parte interiori perscribi
in verba infra scripta:

° [*M. Antonio Hiber*]o, P. Mummio Sisenna cos.[2] k. Ian.
collegium salutare Dianae ° ... et Antinoi constitutum, L. Caesen-
nio L. f. Quir(ina) Rufo dict(atore) $\overline{III}$ idemq(ue) patr(ono).

° ∾ Kaput ex SC. p(opuli) R(omani). ∾ 10

° Quib[*us coire co*]nvenire collegiumq(ue) habere liceat. Qui
stipem menstruam conferre vo°len[*t in fune*]ra, in it collegium
coeant, neq(ue) sub specie eius collegi nisi semel in men°se
c[*oeant co*]nferendi causa, unde defuncti sepeliantur.

° [*Quod fa*]ust[*um fe*]lix salutareq(ue) sit imp. Caesari Traiano
Hadriano Aug., totiusque ° [*do*]mus [*Aug(ustae)*], nobis [*n*]ostris 15
collegioq(ue) nostro: et bene adque industrie contraxerimus, ut
[*e*]xitus d[*efu*]nctorum honeste prosequamur, itaq(ue) bene conferendo
universi consentire ° debemus, u[*t long*]o tempore inveterescere
possimus.

Tu, qui novos in hoc collegio ° intrare vole[*s, p*]rius legem
perlege et sic intra, ne postmodum queraris aut heredi tuo ° contro-
ver[*si*]am relinquas.

∾ Lexs collegi. ∾

° [*Plac*]uit universis, ut, quisquis in hoc collegium intrare vo- 20
luerit, dabit kapitulari nomine ° HS C n. et vi[*ni*] boni amphoram,
item in menses sing(ulos) a(sses) V.[3]

Item placuit, ut quisquis mensib(us) ° contin[*uis se*]x [*?*] [4] non
pariaverit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habe-
bitur, ° etiamsi [*test*]amentum factum habuerit.

Item placuit: quisquis ex hoc corpo°re n(ostro) pariatu[*s*] de-
cesserit, eum sequentur ex arca HS CCC n(ummi), ex qua summa
decedent exe°quiari nomine HS L n., qui ad rogus dividentur; exe- 25
quiae autem pedibus fungentur.

---

[1] XVI *emendat Eck probabiliter, cum ad efficiendum reditum annuum sestertium DCCC usuris computatis quincuncibus requiratur sors sestertium XVI m. n.* Th. M.] — 2) *a. 133.* — 3) *Ita qui collegio adscriptus est numerat annuos asses LX sive sestertios XV, recipiuntur funeraticii nomine sestertii CCC.* — 4) [*VII Sic vel* contin[*uis*] X' *Dess.*].

26 ° Item placuit: quisquis[1] a municipio ultra milliar(ium) XX
decesserit et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt ° electi ex corpore
n(ostro) homines tres, qui funeris eius curam agant, et rationem
populo reddere debebunt ° sine dolo m[*alo*]; et si quit in eis fraudis
causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. Quibus ° [*funeraticium*]
eius dabitur, hoc amplius viatici nomine ultro citro sing(ulis)
30 HS XX n. Quodsi longius ° [*a municipio su*]pra mill(iarium) XX
decesserit et nuntiari non potuerit, tum is qui eum funeraverit
testa°[*tor rem tabu*]lis signatis sigillis civium Romanor(um) VII,
e[*t*] probata causa funeraticium eius, sa°[*tis dato ampli*]us neminem
petiturum, deductis commodis et exequiario, e lege collegi dari ° [*sibi*
33 *petito a co*]llegio; dolus malus abesto. Neque patrono neque patronae
II. 1 neque d[*omino*] ° neque d[*o*]minae neque creditori ex hoc collegio ulla
petitio esto, nisi si quis testamento heres ° nomina[*tu*]s erit. Si quis
intestatus decesserit, is arbitrio quinq(uennalis) et populi funerabitur.

3 ° Item placuit: q[*ui*]squis ex hoc collegio servus defunctus
fuerit, et corpus eius a domino dominav[*e*] ° iniquitatae[2] sepulturae
datum non fuerit, neque tabellas fecerit, ei funus imag[*ina*]rium fiet.

5 ° Item placuit: quisquis ex quacumque causa mortem sibi adsciveri[*t*],
° eius ratio funeris non habebitur.

° Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus
fuerit, is dare debebit vini ° [*bo*]ni amphoram.

Item placuit: quisquis magister suo anno erit ex ordine al[*bi*]
° ad cenam faciendam et non observaverit neque fecerit, is arcae
10 inferet HS XXX n.; ° insequens eius dare debebit, et is eius loco
restituere debebit.

° Ordo cenarum: VIII id. Mar. natali Caesenni . . patris; V
k. Dec. nat. Ant[*inoi*]; ° idib. Aug. natali Dianae et collegi; XIII
k. Sept. na[*t. Caes*]enni Silvani fratris; pr. n[*onas . .*] ° natali
Corneliae Proculae matris; XIX k. Ian. na[*tal. Cae*]senni Rufi,
patr(oni) munic[*ipi*].

° Magistri cenarum ex ordine albi facti qu[*oqu*]o ordine homines
15 quaterni[3] ponere debeb[*unt*] ° vini boni amphoras singulas et
panes a(ssium) II, qui numerus collegi fuerit, et sardas [*nu*]°mero
quattuor, strationem, caldam cum ministerio.

° Item placuit, ut quisquis quinquennalis in hoc collegio factus
18 fuerit, is a sigillis eius temporis, ° quo quinquennalis erit, immunis

---

1) [*excidit* non Th. M.] — 2) *pro* iniquitate. — 3) *Cf. n. 179 v. 18.*

esse debebit; et ei ex omnibus divisionibus partes dup[*las*] ° dari; 19
item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni divisione
sesquip[*las*] ° dari placuit. 20

° Item placuit, ut quisquis quinquennalitatem gesserit integre,
ei ob honorem partes se[*squi*]°plas ex omni re dari, ut et reliqui
recte faciendo idem sperent.

° Item placuit: si quis quid queri aut referre volet, in con- 23
ventu referat, ut quieti e[*t*] ° hilares diebus sollemnibus epulemur

° Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium 25
locum transierit, ei multa es°to HS IIII n. ∾ Si quis autem in
obprobrium alter alterius dixerit aut tu[*mul*]°tuatus fuerit, ei multa
esto HS XII n. ∾ Si quis quinquennali inter epul[*as*] ° obprobrium
aut quit contumeliose dixerit, ei multa esto HS XX n. ∾

° Item placuit, ut quinquennalis sui cuiusque temporis diebus 29
sollemn[*ibus ture*] ° et vino supplicet et ceteris officiis albatus fun- 30
gatur, et die[*bus natalibus*] ° Dianae et Antinoi oleum collegio in
balinio publico pon[*at, antequam*] ° epulentur.

176. Collegium Aesculapii et Hygiae (a. 153).

𝕮 6,2,10234. Dess. 7213. E tabula marmorea Romae in aedibus Barberinis adservata. Primum ed. in Sponii miscell p. 52, inde Or. 2417

Lex collegi Aesculapi et Hygiae.

° Salvia C. f. Marcellina ob memoriam Fl. Apolloni proc(ura- 2
toris) Aug. qui fuit a pinacothecis et Capitonis Aug. l(iberti) adiu-
toris ° eius mariti sui optimi piissimi donum dedit collegio Ae- 3
sculapi et Hygiae locum aediculae cum pergula et signum marmoreum.
Aesculapi et solarium tectum iunctum, in ° quo populus collegi 4
s(upra) s(cripti) epuletur; quod est via Appia ad Martis intra milli-
arium I et II ab urbe euntibus parte laeva inter adfines Vibium
Calocaerum et populum; item ° eadem Marcellina collegio s(upra) 5
s(cripto) dedit donavitque HS L m(ilia) n(ummum) hominibus n(umero)
LX sub hac condicione, ut ne plures adlegantur, quam numerus
s(upra) s(criptus), et ut in locum ° defunctorum loca veniant et liberi 6
adlegantur, vel si quis locum suum legare volet filio vel fratri vel
liberto dumtaxat, ut inferat arkae n(ostrae) partem ° dimidiam fune- 7
ratici[1]; et ne eam pecuniam s(upra) s(criptam) velint in alios usus
convertere, sed ut ex usuris eius summae diebus infra scriptis locum

---

[1] *De hoc capite scripserunt Mo. de colleg. 93, Hu. ZGR. 12,185.*

8 confrequentarent[1]; ° ex reditu eius summae si quod comparaverint,
sportulas hominib(us) n. LX ex decreto universorum quod gestum
9 est in templo divorum in aede divi Titi con°ventu pleno, qui dies
fuit V id(us) Mart(ias) Bruttio Praesente et Iunio Rufino cos., uti
XIII k. Oct. die felicissimo n(atali) Antonini Aug. n(ostri) Pii
10 p(atris) p(atriae) sportulas dividerent[2]: in ° templo divorum in aede
divi Titi C. Ofilio Hermeti q(uin)q(uennali) p(er)p(etuo) vel qui tunc
erit, 𐆖 III, Aelio Zenoni patri collegi 𐆖 III, Salviae Marcellinae
11 matri collegi 𐆖 III, imm(unibus) ° sing(ulis) 𐆖 II, cur(atoribus) sing(ulis) 𐆖 II, populo sing(ulis) 𐆖 I. Item pl(acuit) pr(idie) non(as)
Nov(embres) n(atali) collegi dividerent ex reditu s(upra) s(cripto)
ad Martis in scholam n(ostram) praesentibus q(uin)q(uennali) 𐆖 VI,
12 patr(i) colleg(i) 𐆖 VI, ° matri collegi 𐆖 VI, imm(unibus) sing(ulis)
𐆖 IIII, cur(atoribus) sing(ulis) 𐆖 IIII, panem [*a*(*ssium*)] III; vinum
mensuras q(uin)q(uennali) S[3] VIIII, patr(i) coll(egi) S VIIII, imm(unibus) sing(ulis) S VI, cur(atoribus) sing(ulis) S VI, populo
13 sing(ulis) S III. Idem pr(idie) non. Ian. ° strenuas dividerent, sicut
s(upra) s(criptum) est XIII k. Oct. Item VIII k. Mart(ias) die kare
cognationis ad Martis eodem loco dividerent sportulas pane(m) et
14 vinum, sicut s(upra) s(criptum) est ° prid(ie) non. Nov. Item pr.
id. Mart. eodem loco cenam, quam Ofilius Hermes q(uin)q(uennalis)
omnibus annis dandam praesentibus promisit, vel sportulas, sicut
15 solitus est dare. Item ° XI k. Apr. die violari eodem loco praesentibus dividerentur sportulae vinu pane, sicut diebus s(upra) s(criptis).
Item V id. Mai. die rosae eodem loco praesentib(us) dividerentur
16 spor°tulae vinu et pane sicut diebus s(upra) s(criptis), ea condicione
16 qua ° in conventu placuit universis, ut diebus s(upra) s(criptis) ii
qui ad epulandum non convenissent, sportulae et pane et vinu
17 ° eorum venirent et praesentibus divideretur, excepto eorum, qui
trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinetur.

18 Item P. Aelius Aug. lib(ertus) Zenon ° eidem collegio s(upra)
s(cripto) ob memoriam M. Ulpi Aug. lib(erti) Capitonis fratris sui
piissimi dedit donavitque HS X m(ilia) n(ummum), uti ex reditu
19 eius summae in contri°butione sportularum dividerentur. ∾ [4] Quod

---

[1] nt *infra lineam additum.* — [2] *Condiciones quas Marcellina ipsa dixit, decretumque de ea re postea factum hoc loco male contaminata esse monet Mo.* 𝔈 *l. l.* — [3] sextariorum. — [4] *Spatium triginta fere litterarum.*

si ea pecunia omnis, quae s(upra) s(cripta) est, quam dedit donavit
collegio s(upra) s(cripto) ° Salvia C. f. Marcellina et P. Aelius Aug. 20
lib(ertus) Zeno, in alios usus convertere voluerint, quam in eos usus,
qui s(upra) s(cripti) s(unt), quos ordo collegi n(ostri) decrevit, et
uti ° haec omnia, q(uae) s(upra) s(cripta) s(unt), suis diebus ut ita 21
fiant dividantque, quod si adversus ea quid fecerint sive quid ita
non fecerint, tunc q(uin)q(uennalis) vel curato°res eiusdem collegi, 22
qui tunc erunt, si adversus ea quid fecerint, q(uin)q(uennalis) et
curatores s(upra) s(cripti) uti poenae nomine arkae n(ostrae) inferant HS XX m. n.[1]

° Hoc decretum ordini n(ostro) placuit in conventu pleno, quod 23
gestum est in templo divorum in aede divi Titi, $\overline{\text{V}}$ id. Mart., G.
Bruttio Prae°sente A. Iunio Rufino cos., q(uin)q(uennali) C. Ofilio 24
Hermete, curatorib(us) P. Aelio Aug. lib(erto) Onesimo et C. Salvio
Seleuco.

177. Collegium funeraticium Alburnense (a. 167).

ℭ 3,2,924. Dess. 7215ª. E tript. Transsilv. integro; v. supra p. 328 in exordio item Mo. de coll. 94. Hu. ZGR. 12,173.

Descriptum et recognitum factum ex libello, qui propositus
erat Alb(urno) maiori ad statione[2] Resculi, in quo scriptum erat
id quod i(nfra) s(criptum) est:

Artemidorus Apolloni, magister collegi Iovis Cerneni, et
Valerius Niconis et Offas Menofili questores collegi eiusdem posito hoc libello publice testantur:

Ex collegio[3] s. s.[4], ubi erant ho[*m(ines)*] LIIII, ex eis non plus
remasisse ad Alb.[5], quam quot h.[6] XVII; Iulium Iuli quoque,
commagistrum suum, ex die magisteri sui non accessisse
ad Alburnum, neq(ue) in collegio; seque eis, qui presentes fuerunt, rationem reddedisse, et si quit
eorum (h)abuerat, reddedisset sive funeribus,
II. et cautionem suam, in qua eis caverat, recepisset;
modoque autem neque funeraticis sufficerent
neque loculum (h)aberet, neque quisquam tam magno
tempore diebus, quibus legi continetur, convenire

---

[1] *'Haec quoque perturbata sunt a scriptore parum perito'. Mo. l. l.* — [2] *Ext.* stationem. — [3] *Ext.* collegis. — [4] s(upra) s(cripto). — [5] *Ext.* remasisse Albur(ni). — [6] h(omines).

17 voluerint aut conferre funeraticia sive munera.
Seque i[*d*]circo per hunc libellum publice testantur,
ut, si quis defunctus fuerit, ne putet se colle-
20 gium abere aut ab eis aliquem petitio-
nem funeris (h)abiturum.

Propositus Alb(urno) maiori, V idus Febr. imp. L. Aur(elio) Vero III et Quadrato cos.

Act(um) Alb(urno) maiori.

178. Collegium aquae (Saec. I p. C.).

CIL 6,2,10298. Ex inscriptionibus a card. F. Barberini saec. XVII collectis ed. Marinius, Arvali (1795) 1,70; inde Dirksen, Beitr. (1825) p. 216, Haub. 177; denuo collato apographo Rudorff, ZGR. 15,203, cui quaedam adiecit Mo. ibid. p. 345 (= Ges. Schrr. III p. 108); novissime Hu., Multa 533. Quo loco prostiterit, ignoratur. Prima postremaque desunt et tota pars laeva, quam coniectura supplere conati sunt Rud. et Hu.; supplementa a me recepta Mo. sunt, cuius cf. excursum infra adiectum. Numeri uncis inclusi capita a Mo. distincta indicant.

. . . [*mult*]a esto a(ssium) D.
2 (1.) ° [*Cui magisteriu*]m ex h(ac) l(ege) capere gerere licebit,
3 s[*i is magister* ° *factus erit, ei, nisi luci pal*]am in conlegio aquae
4 intra paticabulum, quo die mag(isterio) ° [*abibit, iuraverit se hoc con-
legium re*]mque[1] hoiusce conlegi, quod quidquid penus sese venit,
5 ° [*recte administravisse, neque se adversus h.*] l. fecisse scientem
6 d(olo) m(alo) in suo magisterio, suosque prohibuisse, ° [*quominus adversus h. l. facerent, quod eius sat*]is sit, a(ssium) D multa esto. ∾
7 (2.) ° [*Qui magister ita non iuraverit, is deinde ma*]g(ister)
8 *ni*[2] esto nive suffragium inito; si quis adversus ea faxit, multa
° [*esto a(ssium) C. Ei, qui excusabitur, necesse sibi esse, i*]re pere-
9 gre longius p. $\overline{\text{CXX}}$. reip. *et litis*[3] causa, magistrorum ° [*de ea re
iudicium esto. Qui ita post tempus excusabitur, ei multa*] esto
10 a(ssium) L. Idcirco nihilominus deieratio esto apud magistros ° [*ita
uti s(upra) s(criptum) e(st): si non deieraverit ita,*] uti s(upra)
s(criptum) e(st), assium C multa esto.
11 (3.) ° [*Nuntius, per quem quis ita se excusavit, tempore ius*]to
12 si non denuntiarit, ipsius multam sufferto, ° [*aut cum eo tantae pecuniae, quantae quis ita multatus erit, ex hac*] lege actio esto.

---

[1] . . . m. qui. — [2] nl. — [3] *Ita Hu. pro:* rei peritis.

(4.) ° [*Magister si cui fulloni ex h. l. multam dicere volet,*] 13
liceto, si semel si saepius volet; dictio esto a(ssis) I.

(5.) ° [*Pro conlegio ni quis fulloniam fecisse*] nive cretulentum 14
exegisse velit, nisi in duabus lacunis p(opuli) R(omani) ius emet
° [*qui contra fecerit, adversus eum qui volet rem conlegii*] gerere, 15
liceto, magistrisve denuntiamino in biduo continuo; ni nuntiar(it)
° [*ei, qui quem impedierit qui ad fonte*]m venerit, multa a(ssium) 16
V esto.

(6.) ° [*In eum, qui contra h. l. fulloniam fecerit cretulentumque* 17
exeg]erit, ex h. l. magister magistrive iudicium danto. Qui *ni* iura-
verit[1] ° [*paratum se esse excipere iudicium praeto*]ris, recuperatorem 18
unum communem adeunto simulque iuranto: ° [*se non calumniae* 19
causa fecisse facturumve esse.] Ni ita iurassit, multa esto a(ssium) D.

(7.) ° [*Quem magister ex h. l. iudicare iusserit, is ni*] iudicassit 20
ita uti s(upra) s(criptum) e(st), multa esto recuperatore uno quot-
que [*in consilio ei erunt in singulos a(ssium) V.*]

(8.) ° [*Praeterquam si cui non liquebit, qua de re mag. fac*]ito 21
uti iuret, isque sibi testium causa esse dicet magis quam ° [*iuris* 22
rem dubiam, qui s. s. s. ex magistrorum edictis perpe]tuis rem iu-
dicanto; ni ita iudicarint, ita multa esto recuper(atore) [*uno quotque*
ei in consilio erunt, uti s. s. e.]

(9.) ° [*Praeterquam si qui iuraverit corporis vitium sibi im-* 23
pedimen]to esse, ita gnatum esse, ni iudicassit, a(ssium) $\overline{\overline{\mathrm{V}}}$ multa
esto. Id ° [*vitium si . . ., multa*] esto a(ssium) $\overline{\overline{\mathrm{V}}}$ ∼. 24

Excursus Mommseni. Capitis primi argumentum evidenter apparet agitur nimirum de iure iurando magistratus abeuntis, quod imitatur eiurationem publicam (*Staatsrecht* 1^3, *625 n. 4*). Locutio '*quod quidquid penus sese venit*', ut *quidquid* relativa vi careat, cum formula *quoquo modo* similiter passim usurpetur, et ipsa admitti poterit (*cf. Lachm. ad Lucr. p. 286. Madvig de fin. p. 645*). *Huschkiana* restitutio ut in aliis peccat, ita concinnitatem enuntiati, quod unum est omnino, perperam solvit. *Paticabulum* vocabulum hoc solo loco repertum fortasse significat locum qui patet, ut latibulum eum quo latemus, nam paticare a patendo derivari potuit sicut morsicare a mordendo. — Capite secundo quo *Hu.* credit caveri, cur quis magister creari nequeat, nec per se recte ex cogitatum est (nam ab eiuratione ita reicimur ad comitia. i. e. a calce ad caput et omnino eo refutatur, quod v. 9 deierationis vocabulum legitur, ut certum sit totum hoc caput et ipsum ad eiurationem spectare. Etiam quae sequuntur apud *Hu.* multa continent parum apta, ut illud *profectus pereger*, quod tam est Latinum quam futurum paullo ante ab *Hu.* restitutum *abiet*, et quod sequitur

---

[1] *Tab.* qui iniuraverit.

longius pedum centum milia, quasi pro passu etiam pes in eiusmodi mensura locum obtineat, et *centum milia* quasi notari possint ab hac aetate abhorrentibus notis C. M., quas temere substituit plane sanae lectioni CXX, i. e. *centum et viginti milia*, ut certissimae quaeque numerorum notarumque leges eadem qua grammaticae ruina pereant. Sed satis sit de istis. Mihi videtur tractatus de eiuratione ita continuari, ut primum qui eiurationem omiserit, praeter multam honore et suffragio deinceps careat, multa quoque contra eam legem facienti adiecta, deinde pergatur ad excusationem eiurationis et iudicium de excusatione ea instituendum. Quod reposui, ut nequaquam certum est, ita opinor per se probabile; nempe iudicium penes magistros esse, excusationem autem admitti magistri, qui quo die magisterio ei abeundum sit, rei publicae aut litis causa consistat in loco dierum sex pluriumve itinere ab urbe Roma remoto; eum, qui non ante diem eiurationis excusationem adleget, multam, exiguam tamen assium L, sufferre debere; denique ab eiuratione recte excusatum nihilo minus quo tempore poterit eiurare oportere, ut multa quoque, quamquam non gravissima, non eiuranti ita imponatur. Quae emendatio mihi admittenda fuit, ut haec ita ordinarentur, REIP . ET . LITIS pro REIPERITIS, ea *Huschkio* accepta ferenda est. — Capite tertio quod posui, simplicitate opinor praestat invento Huschkiano et recte aptatur prioribus. Nempe absens si per alium se excusavit neque is iusto tempore nuntiavit, multa quidem eadem est, sed multam eam aut nuntius statim inferat necesse est, aut eam, si magister solvit, a nuntio repetere potest. Pro *tantae pecuniae* cui magis placebit, quod *Hu.* posuit, *dupla pecunia*, ei non contra dico. — Capitis quarti sententiam recte opinor perspexit *Rudorffius:* scilicet ut praeter multas ex lege descendentes maiores praetori publico populi Romani permissum est civi cuivis multam dicere quam vocant maximam, id est non maiorem assium IIIXX (*Staatsrecht* 1^3, *158—160*), ita magistro collegii fullonum simile ius adversus fullones tribuitur, modo asses singulos singulae multae ne excedunt. — Capite quinto ante omnia ineptum illud PRIUS ita tollendum est, ut substituatur iusta interpunctione P- R- IUS. Quo posito probabiliter inde efficietur in collegium hoc eum admissum esse, qui duas lacunas, id est fontes publicos populi Romani utendos sibi ab eo comparasset, vectigal inde aerario solvens; ei condicioni qui satis fecisset, ius fuisse fulloniae exercendae exigendaeque pecuniae pro creta, id est opinor pro usu fontis ad lavanda et perpolienda vestimenta. Sequuntur cauta de eo qui condicione illa non impleta pro fullone se gerat. Primum eum qui vult manu impedire potest, sed ut denuntiet eum magistris (*denuntiamino* = *denuntiator*) intra biduum quod sequitur; nuntiationem si omiserit, multa ei imponitur, sed, ut consentaneum est, perparva. — Sequitur capite sexto iudicium contra eum qui sic ut diximus denuntiatus est vel deprehensus. Quae ibi posui, posse eum revocare ad iudicium praetoris eaque fori declinatione iureiurando firmata liberari a magistris; id autem qui non faciat, una cum actore rem collegii gerente ad exemplum actionis popularis ad recuperatorem unum adire; utrumque autem calumniam iurare oportere multa non iuranti proposita, ea ut non omnia certa sunt, ita non habent opinor in rebus verbisve quod offendat. — Caput septimum aperte vertitur in quaestione, quomodo iudex ex hac lege factus cogi possit iudicium reddere; sed pleraque incerta sunt. In principio in universum videtur perscriptum fuisse, recuperatorem illum unum quique ei in consilio essent (ita enim suppleo propter pluralem v. 22 '*iudicanto*' et '*iudicarint*'), ni iudicarent, multam sufferre oportere; restitui ita, ut inter v. 20 et 21 interposuerim non perscriptum in parte nobis servata. — Sequuntur cap. octavo et nono exceptiones, quarum primam *Hu.* vidit agere de iis, qui sibi non liquere iurent. Secunda ni fallor eos complectitur, quibus morbus causave sontica est. Edicta perpetua horum magistrorum si qui non probabunt, quidvis aliud substituant; nec magis nego mire omnino vitium corporis quocum natus sis, nominari v. 24. Sed manum de tabula, ne ut fit in talibus a certis ad probabilia, a probabilibus ad lusus perveniatur. — Ad aetatemquod attinet, lexante Tiberium scripta est, cum *conlegium*, non *collegium* in ea scribatur (v Ephem. epigr. 1, 79).

179. Collegium militum (a. 203).

ℭ 8,2557. Templo Aesculapii inscriptum, cuius parietinae adhuc Lambaese in Numidia exstant. Ed. Renier, inscr. rom. de l'Algérie (1858) p. 15 n. 70. Inde Henzen, Or. 3,517 n. 7420 a^{vv}. Cohn, röm. Vereinsr. 1^{2}9. Postremus Wilmanns ℭ l. c. Explicatio compendiorum valde dubia; recepi in Corpore propositam. [*VII Similem legem coll. tubicinum ed. Cagnat, Klio 7,1907, p. 183 sq.*].

Pro felicitate et inco°lumitatem saeculi do- 1
minorum n. n. Auggg.[1] ° L. Sep(timii) Severi Pii Pertinacis 3
Aug. et M. Aureli Antonini ° Aug. [Part. Brit. Germ. 5
Max.][2] Aug. et Iuliae Aug. ° matri Aug. [n(ostri)[2]] et castr(orum) 7
[et senatus et patriae[2]], ° Antonini Aug. nostri [invicti[2]]. 9
Cor(nicines) leg(ionis)[3] III Aug(ustae) p(iae) v(indicis): 11
Clodius Secundus opt(io): C. Iulius Felix *(et XXXIV alii).* 12
Scamnari n(omine)[4] dabunt col(legae) qui fac(ti) fuer(int) 30
𐆖 DCCL. Si qui d(e) col(legis) tram(are) pro(ficiscetur), cum
pr. s., acc. viat. pro. m.[5] 𐆖 CC. eq. a. r. D[6].
Item[7] vetranis anularium[8] nom(ine) 𐆖 D.
Item si qui ex coll(egio) amplio(re) grad(u) prof.,[9] accip(iet) 𐆖 D.
Item si qui obitum naturae red., acc. her. ips.[10] sive proc(urator) 𐆖 D. 35
Item, quod abom.[11], si q(ui) locu(m) su*um*[12] amis., accipiet 𐆖 CCL.

---

[1] *tertium* G. *erasum.* — [2] *Erasum: l. 6* et L. Septimi Getae Caes(aris) ∽, *l. 8* duorum, *l. 9* Fulviae Plautillae Aug(ustae), *l. 10* coniugis. — [3] *Cf. D.* *47,22,1:* ne — milites collegia in castris habeant. — [4] *i. e. pro introitu pro sedendo in scamnis collegii.* — [5] pr(omotus) s(it), acc(ipiet) viat(icum) pro(cessus) m(iles)? *Interpretatio incerta est.* [*VII Iam Cagnat l. c. p. 187 et in collegio tubicinum et hoc loco non* prs. *sed* per s. *legit.*]. — [6] eq(ues) a(utem) *X* d(abit)? — [7] itim. — [8] *Cf. ℭ 8,2554:* (6)v eter(ani) quoque missi accipiant kal. Ian. anularium, singuli HS VI mil. n., (7) quae anularia sua die quaestor sine dilatione adnumerare curabit; *ibidem n. 2553:* (8) anulari n(omine) sing[*uli accipiant*] *cet. Cf. Or. 6790. Cohn p. 133.* — [9] prof(iciscetur). — [10] red(diderit), acc(ipiet) her(es) ips(ius). — [11] abom(inamur). — [12] sun.

37 *Item*[1], qui arc(a) solut(i) sunt, et si quis de tironib(us) ab hac die
satis arcae fec(erit), accipiet quitquit debet(ur).

Lex fact(a) XI kal. Sep.
[Plautiano][2] II et [Geta][3] II cos. (*Sequuntur nomina quattuor*).

^{V} 180. Collegium Silvani.

CIL 10, 444; Or. 6085. E lapide magno in valle Silari fluvii superiore a. 1834 reperto.

Silvano sacrum voto ° suscepto pro salute Domitian[*i*] ° Aug(usti)
n(ostri).

4 L. Domitius Phaon ad cultum ° tutelamque et sacr⟨*i*⟩ficia in
5 omne ° tempus posteru(m) iis, qui in collegio ° Silvani hodie essent
quique postea ° subissent, fundum Iunianum et ° Lollianum et Per-
10 cennianum et ° Statuleianum suos cum suis villis ° finibusque attri-
buit, sanxitque uti ° ex reditu eorum fundoru(m), q(ui) s(upra)
s(cripti) s(unt), k. Ianu(ariis), ° III idus Febr(uarias) Domitiae
Aug(usti) n(ostri) natale, et ° V k. Iulias dedicatione Silvani, et
15 XII k. ° Iulias rosalibus, et IX k. Novembr. natal(e) ° Domitiani
Aug(usti) n(ostri), sacrum in re praesenti ° fieret, convenirentque ii
qui in ° collegio essent ad epulandum cura°ntibus sui cuiusque anni
20 magistris. Huic ° rei dolum malum afuturum quominus ° ea quae
supr(a) scripta sunt fiant, ° manifestum est, cum pro salute optum[*i*]
° principis et domini i(nfra) s(cripti)[4] fundi consecrat[*i*] ° sint dies-
que sacrificiorum conpre°hensi. Praet[*e*]rea locus, sive ea pars
25 ° ag*ri*[5] silvaequ[*e*] est, in vivario, quae cippis ° positis circa Silva-
num determinata ° est, Silvano cedet, et via aditus ad Silvanu(m)
° per fundum Q⟨*u*⟩aesicianum omnibus patebit. ° Lignis quoque et
30 ex fundo Galliciano ° et aqua sacrifici causa et de vivario ° promis-
cue licebit uti.

33 Haec sic dari ° fieri praestari sine dolo malo iussit ° permisit-
que [*L.*] Domitius Phaon ° cuius om*nis*[6] locus fuit.

---

[1] eistm *lapis.* — [2] *erasum.* — [3] *errore erasum nomen Getae consulis, fratris imp. Severi.* — [4] [*Respicitur fortasse ad fundorum indicem ipsi cautioni subiunctum hic ita omissum, ut exordio nomina breviter inserantur.* Th. M.] — [5] agpi. — [6] omines.

VI 181. Collegium eborariorum (Aetatis Hadrianae).

ℭ VI, 4,33885. Dess. 7214. E tabula marmorea, rep. a. 1887 Trastevere, ass. Romae. Desideratur pars sinistra. Descr. Borsari (et ed. bull. della comm. arch. comunale di Roma 1887 p. 3), et Huelsen, unde rep. Gradenwitz Z.S.St. 11,72; deinde iterum legit Huelsen et ed. Bull. dell' istituto arch. Germ. 1890 p. 287, cuius novam lectionem dedit etiam Z.S.St. 12,138. — Posteriorem tabulam hanc nostram fuisse cum ex praescriptione tum ex eo colligitur, quod lex collegii ab eis quae v. 4 sq. habemus, initium capere non potuit. — Suppl. sunt Mo., Hirschfeld, Huelsen.

° . . . . . *Iulius*] Aelianus ius scholae tetrastyli ° . . . . . Aug. quo 1
conveniretur a negotiantibus ° . . . . eboraris dedit. ∾ 3
° [*Item*] placere, ut si alius quam negotiator eborarius aut 4
citriarius [*p*]er ° [*fr*]audem curatorum in hoc collegium adlectus 5
esset, uti curatores eius ° [*cau*]sa ex albo raderentur ab ordine. 6
Debebunt utique curatores de eo ° [*que*]m adlecturi fuerint, ad quin- 7
q(uennalem) referre. ∾
° [*Placere*] item uti k(alendis) Ian(uariis) strenuam (denarii 8
23 χρόνῳ ἀναλ[η]μφθέν°_τες, ὅμως κατ[ο]χὴ[ν] ὑ[πα]ρχόντων ° ἐξ ἐκείνου
25 τοῦ μέ[ρ]ους τοῦ διατάγμα°_τος, οὗ καὶ τοῖς πρὸς [γ]ένους συνγενέσι
27 ° δίδοται, αἰτεῖσθαι δύνασθαι καὶ αὐτοὺς ° κρε[ίν]ω. Ταύτην
29 μου τὴν δωρεὰν ° καὶ τοῖς στρατιώταις ἐμοῦ καὶ τοῖς οὐε°_τρανοῖς
30 εὔγνωστόν σε ποιῆσαι δεή°_σει, οὐχ ἕνεκα τοῦ δοκεῖν με αὐτοῖς °
32 ἐνλογεῖν, ἀλλὰ ἵνα τούτῳ χρῶνται, ° ἐὰν ἀγνοῶσι.

proposita est in castris hibernis legionis tertiae Cyrenaicae et legionis vicesimae secundae Deiotarianae pridie nonas Augustas, quod est Mesore XI, in principiis.

Scio, mi Rammi, eis, quos patres eorum militiae susceperunt temporibus, ad paterna bona aditum denegari, neque id videbatur durum esse, siquidem illi adversus militarem disciplinam fecerunt. At libentissime ego largior occasiones, ob quas durius a retro principibus statutum humanius interpretor. Quemadmodum igitur non sunt legitimi heredes patrum suorum ii, qui militiae temporibus suscepti sunt, sic possessionem bonorum ex illa parte edicti, ex qua etiam genere cognatis datur, petere posse etiam illos decerno. Hoc meum beneficium et militibus meis et veteranis palam facere te oportebit, non ut eis id imputare videar, sed ut eo utantur si ignorant.

---

1) *a. 119 d. 4 aug.* — 2) [^{VII}Ῥάμμιε, *non* Σίμμιε *scribendum monuit Wilcken B. U. III suppl.*] — 3) [*scr.* προΐεμαι. Th. M.]

○ (b) ○ (c) ○ (d)

T · IVLI · RUFI SALONIT · EQ · R ·
P · VIBI · MAXIMI EPITAVR · EQ · R
T · FANI · CELERIS IADESTIN · DEC
C · MARCI · PROCVLI IADESTIN · DEC
P · CAETENNI CLEM ENTIS · SALON
P · LVRI · MODERA TI · RISINITAN
Q · POBLICI CRES CENTIS IADEST

(Filum cum VII signis)

(a) ○

○
(a)

IMP CAESAR VESPASIANVS AVG PONT
MAX TR POT $\overline{\text{II}}$ IMP $\overline{\text{VI}}$ P P COS $\overline{\text{III}}$ DESIG
$\overline{\text{IIII}}$ VETERANIS QVI MILITAVERVNT IN
CLASSE RAVENNATE SVB SEX LVCILIO BASSO
QVI SENA ET VICENA STIPENDIA AVT PLVRA
MERVERVNT ET SVNT DEDVCTI IN PANNO
NIAM QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA
SVNT IPSIS LIBERIS POSTERISQVE EORVM
CIVITATEM DEDIT ET CONVBIVM CVM

(b) (c) (d)
○ ○ ○

○ (b) ○ (c) ○ (d)

VXORIBVS QVAS TVNC HABVISSENT CVM
EST CIVITAS IS DATA AVT SIQVI CAELIBES
ESSENT · CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT
DVM TAXAT SINGVLIS SINGVLAS *NON · APRIL*
CAESARE · AVG · DOMITIANO CN · PEDIO · CASCO COS ·
PLATORI · VENETI · F · CENTVRIONI · MAEZEIO
DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM EX TABVLA
AENEA QVAE FIXA EST ROMAE · *IN CAPITOLIO · AD*
ARAM · GENTIS · IVLIAE · DE · FORAS · PODIO · SINISTERIORE
TAB · T̄ · PAG · II · LOC · $\overline{\textit{XXXXIIII}}$

○ (a)

(b) ○

IMP · CAESAR VESPASIANVS · AVG · PONT
MAX · TR · POT · II IMP · VI · P · P · COS · $\overline{III}$ DESIG
$\overline{IIII}$ · VETERANI · QVI · MILITAVERVNT · IN
CLASSE RAVENNATE · SVB · SEX · LVCILIO
BASSO · QVI SENA · ET · VICENA · STIPENDIA
AVT · PLVRA · MERVERVNT · ET · SVNT · DE
DVCTI IN · PANNONIAM · QVORVM · NO
MINA · SVBSCRIPTA SVNT · IPSIS · LIBE
RIS · POSTERISQVE · EORVM · CIVITATEM
DEDIṬ · ET · CONVBIVM · CVM · VXORIBVS
○ (a) **QVAS TVNC · HABVISSENT CVM · EST · CIVI** (c) ○
TAS · IIS · DATA AVT · SIQVI · CAELIBES · ESSENT
CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM
TAXAT · SINGVLIS · SINGVLAS · *NON · APRIL*
CAESARE · AVG · F · DOMITIANO · CN · PEDIO · CASCO · COS
PLATORI · VENETI · F · CENTVRIONI
MAEZEIO
DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA
AENEA QVAE FIXA · EST · ROMAE · *IN*
CAPITOLIO · AD · ARAM · GENTIS · IVLIAE · DE
FORAS · PODIO · SINISTERIORE · TAB · $\overline{I}$
PAG · $\overline{II}$ · LOCO · XXXXIIII ·

(d) ○

(d)
(c)
(a)
(b)

○
(a)

DASIUS BREUCUS EMIT MANCIPIOQUE ACCEPIT
PUERUM APOLAUSTUM, SIVE IS QUO ALIO NOMINE
EST, N. GRECUM, APOCATUM PRO UNCIS DUABUS
𐆖 DC DE BELLICO ALEXANDRI, F. R. M. VIBIO LONGO.
ESSE
EUM PUERUM SANUM TRADITUM, FURTIS NOXAQUE
SOLUTUM, ERRONEM FUGITIUM CADUCUM NON ESSE
PRESTARI: ET SI QUIS EUM PUERUM, Q. D. A.,
PARTENVE QUAM QUIS EX EO EVICERIT, Q. M.
EMPTOREM S. S. EUNVE AD Q. EA RES PERTINEBIT,
UTI FRUI HABERE POSSIDERE Q. RECTE LICEAT:
TUNC, QUARTUM ID ERIT, QUOD ITA EX EO EVIC-
TUM FUERIT

(b) (c) (d)
○ ○ ○

(b) ○ ○ (c) (d) ○

DUPLAM
T. P. P. R. D. F. R. DASIUS BREUCUS, D. F:
BELLICUS ALAXANDRI. ID .. FIDE SUA ESSE
IUSSIT VIBIUS LONGUS.

PROQUE EO PUERO, Q. S. S. EST, PRETIUM
EIUS 𐆖 DC ACCEPISSE ET HABERE SE DIXIT
BELLICUS ALEXANDRI AB DASIO BREUCO.

ACT. KANAB. LEG. XIII G. XVII KAL. IUNIAS
RUFINO ET QUADRATO COS.

(a) ○

DASSIUS BREUCUS .....
CIPIOQUE ACCEPIT .. E
APOLAUSTUM, SIVE IS QUO ALIO
NOMINE EST, N. GRECUM, A ..
CITATVM PRO UNCIS DUABUS
𐆖 DC DF BELLICO ALEXANDRI.
F. R. M. VIBIO LONGO
EU ..... UM SANUM TRADITUM
.... FURTIS NOXAQUE SO-
.... M, ERRONEM FUGITI-
VUM KADUCUM NON ESSE
PRAESTARI; ET SI QUIS EUM PU-
ERUM, Q. D. A., PARTEMVE
QUAM QUIS EX EO EVICERIT,

○
(b)

(a)
○

(Linum cum signis)

(c)
○

APPI PROCLI VET.
LEG. XIII G.
ANTONI CELERIS
IUL. VIATORIS
ULP. SEVERI-
NI
L. FIRMI PRIMITI-
VI
M. VIBI LONGI
FIDEIUSSOR
BELLICI ALEXAN-
DRI VENDIT.

⊙
(d)

(d) ○ ○ (c) (d) ○

QUOMINUS EMPTOREM S. S. EVMUE, AD QVEM EA RES
PERTINEBIT, UTI FRUI HABERE POSSIDERETQUE REC-
TE LICEAT; TUM QUANTUM ID ERIT, QUOD ITA EX EO E-
VICTUM FUERIT, TANTAM PECUNIAM DUPLAM
PROBAM RECTE F. R. DASSIUS BREUCI, D. F. P. BEL-
LICUS ALEXANDRI. IDEM FIDE SUA ESSE IUSSIT M.
VIBIUS LONGUS.
PROQUE EO PUERO, QVI S. S. . . . . . ETIVM EIVS X DC ACCE-
PISSE ET HABERE SE DIXIT BELLICUS ALEXANR . .
AB DASSIO BREVCI



Addenda et corrigenda.

p. 53 *iam ad Tab. Bantinam cf. Buecheler, Rh. Ph. 63 p. 316.*

p. 75 *ad l.* 12 *pro* oportebitve *l.* oportebit (*Huelsen*).

p. 76 *ad l.* 13 plebive *l.* pl[*eb*]eiv[*e*] (*Huelsen*).

p. 83 *ad l.* 62 re Rom *legi non possunt* (*Huelsen*).

p. 102 *ad praemonenda.* [^{VII} *Iam Mo., Eph. ep. 9,5* (= *Ges. Schr. 1, p. 153*) *negat, legem municipalem generalem ullam extitisse.*]

p. 138 *capita tria litteris minutis scripta* (CXXIX—CXXXI) *in rasura incisa monet inspecto aere Fabricius.*

p. 174 *sic vertas:* iuris dictionem everterunt, quos ex sacerdotiis reditus habebant, pignori dabant.

p. 175 *pro* appellare renovare *l.* appellandos renovandos.

p. 239 *l.* 8 *pro* morum *l.* morem.

SPECIMEN: NOTIS NON SOLUTIS REPETITUR LEX QUAE DICITUR RUBRIA.

Tab. I.

IUSSUM · IUDICATUMVE · ERIT · ID · RATUM · NE · ESTO · QUODQUE · QUIS
QUE · QUOMQ · D · E · R · DECERNET · INTERDEICETVE · SEIVE · SPONSIONEM ·
FIEREI · IUDICAVERITVE · IUBEBIT · IUDICIUMUE · QUOD · D · E · R · DABIT · IS ·
IN · ID · DECRETUM · INTERDICTUM · SPONSIONEM · IUDICIUM · EXCEPTIO
NEM · ADDITO · ADDIVE · IUBETO · Q · D · R · OPERIS · NOVI · NUNTIATIONEM ·
IIvir · IIIIvir · PRAEFECTUSVE · EIUS · MUNICIPIEI · NON · REMEISSERIT ·
QUA · DE · RE · QUISQUE · ET · A · QUO · IN · GALLIA · CISALPEINA · DAMNEI · INFECTEI ·
XX EX · FORMULA · RESTIPULAREI · SATISVE · ACCIPERE · VOLET · ET · AB · EO · QUEI ·
IBEI · I · D · POSTULAVERIT · IDQUE · NON · K · K · SE · FACERE · IURAVERIT · TUM · IS QUO ·
D · E · R · IN · IUS · ADITUM · ERIT · EUM · QUEI · IN · IUS · EDUCTUS · ERIT · D · E · R · EX · FORMU
LA · REPROMITTERE ET · SEI · SATIS · DAREI · DEBEBIT · SATIS · DARE · IUBETO · DE ·
CERNITO · QUEI · EORUM · ITA · NON · REPROMEISSERIT · AUT · NON · SATIS · DEDE
RIT · SEI · QUID · INTERIM · DAMNI · DATUM · FACTUMVE · EX · EA · RE · AUT · OB · E · R EO
VE · NOMINE · ERIT · QUAM · OB · REM · UTEI . DAMNEI · INFECTEI · REPROMISSIO ·
SATISVE · DATIO · FIEREI · POSTULATUM · ERIT · TUM · MAG · PROVE · MAG · IIvir ·
IIIIvir · PRAEFECVE · QUOQUOMQUE · D · E · R · IN · IUS · ADITUM · ERIT · D · E · R · ITA · IUS ·
DEICITO · IUDICIA · DATO IUDICAREQUE · IUBETO · COGITO · PROINDE · ATQUE SEI ·
D · E · R · QUOM · ITA · POSTULATUM · ESSET · DAMNI · INFECTEI · EX · FORMULA ·
RECTE · REPROMISSUM · SATISVE · DATUM · ESSET · D · QUOD ITA · IUDICIUM ·
DATUM · IUDICAREVE · IUSSUM · IUDICATUMVE · ERIT · IUS · RATUMQUE · ESTO ·
DUM · IN · EA · VERBA SEI · DAMNEI · INFECTEI · REPROMISSUM · NON · ERIT · IUDI
CIUM · DET · ITAQUE · IUDICARE · IUBEAT · i . e · s ANTEQUAM · ID · IUDICIUM ·
Q · D · R · A · FACTUM · EST · Q · LICINIUS · DAMNI · INFECTEI · EO · NOMINE · Q · D ·
R · A · EAM · STIPULATIONEM · QUAM · IS · QUEI · ROMAE · INTER · PEREGREI
NOS · IUS · DEICET · IN · ALBO · PROPOSITAM · HABET · L · SEIO · REPROMEISSISSET ·
TUM · QUICQUID · EUM · Q · LICINIUM · EX · EA · STIPULATIONE · L SEIO · D · F · OPOR

(etc.)

Tab. II.

IUDICETURQUE
A · QUOQUOMQ · PECUNIA · CREDITA · SIGNATA · FORMA · P · P · R · IN · EORUM · QUO · O · M · C · P ·
XXI F · V · C · C · T · VE · QUAE · SUNT · ERUNTVE · IN · GALLIA · CISALPEINA · PETETUR · QUAE · RES · NON ·
PLURIS · HS · XV · ERIT · SEI · IS · EAM · PECUNIAM · IN · IURE · APUD EUM · QUEI · IBEI · I · D · P · EI · QUEI ·
EAM · PETET · AUT · EI · QUOIUS · NOMINE · AB · EO · PETETUR · D · O · DEBEREVE · SE · CONFESSUS ·
ERIT · NEQUE · ID · QUOD · CONFESSUS · ERIT · SOLVET · SATISVE · FACIET · AUT · SE · SPONSIONE ·
IUDICIOQUE · UTEI · OPORTEBIT · NON · DEFENDET · SEIVE · IS · IBEI · D · E · R · IN · IURE · NON ·
RESPONDERIT · NEQUE · D · E · R · SPONSIONEM · FACIET · NEQUE · IUDICIO · UTEI · OPORTEBIT ·
SE · DEFENDET · TUM · DE · EO · A · QUO · EA · PECUNIA · PETEITA · ERIT · DEQUE · EO · QUOI · EAM ·
PECUNIAM · D · O · S · RES · LEX · IUS · CAUSSAQUE · O · O · R · ESTO · ATQUE · UTEI · ESSET · ESSEVE ·
OPORTERET · SEI · IS · QUEI · ITA · CONFESSUS · ERIT · AUT · D · E · R · NON · RESPONDERIT · AUT · SE ·
SPONSIONE · IUDICIOQUE · UTEI · OPORTEBIT · NON · DEFENDERIT · EIUS · PECUNIAE · IEI ·
QUEI · EAM · SUO · NOMINE · PETIERIT · QUOIVE · EAM · D · O · EX · IUDICIEIS · DATEIS · IUDI
CAREVE · RECTE · IUSSEIS · IURE · LEGE · DAMNATUS · ESSET · FUISSET · QUOIQUE · QUOMQUE ·
IIvir · IIIIvir · PRAEFECVE · VBEI · I · D · P · IS · EUM · QUEI · ITA · QUID · CONFESSUS · ERIT ·
NEQUE · ID · SOLVET · SATISVE · FACIET · EUM · QUEI · SE · SPONSIONE · IUDICIOVE · UTEIVE ·
OPORTEBIT · NON · DEFENDERIT · AUT · IN · IURE · NON · RESPONDERIT · NEQUE · ID · SOLVET ·
SATISVE · FACIET · T · P · QUANTA · EA · PECUNIA · ERIT · DE · QUA · TUM · INTER · EOS · AM
BIGETUR · DUM · T · XV · S · F · S · DUCI · IUBETO · QUEIQUE · EORUM · QUEM · AD · QUEM ·
EA · RES · PERTINEBIT · DUXSERIT · ID · EI · FRAUDI · POENAEVE · NE · ESTO · QUODQUE · ITA · FAC
TUM · ACTUM · IUSSUM · ERIT · ID · IUS · RATUMQUE · ESTO · QUO · MINUS · IN · EUM · QUEI · ITA ·
VADIMONIUM · Romam · EX · DECRETO · EIUS · QUEI · IBEI · I · D · P · NON · PROMEISSERIT ·
AUT · VINDICEM · LOCUPLETEM · ITA · NON · DEDERIT · OB · E · R · IUDICIUM · RECUP · IS · QUEI ,
IBEI · I · D · P · EX · H · L · DET · IUDICAREIQUE · D · E · R · IBEI · CURET · EX · H · L · N · R ·
A · QUO · QUID · PRAETER · PECUNIAM · CERTAM · CREDITAM · SIGNATAM · FORMA · P · P · R ·
XXII IN · EORUM · QUO · O · M · C · P · E · V · C · C · T · VE · QUAE · SUNT · ERUNTVE · IN · GALLIA · CIS · ALPEIS ·
PETETUR · QUODVE · QUOM · EO · AGETUR · QUAE · RES · NON · PLURIS · HS · XV ERIT · ET · SEI ·
EA · RES · ERIT · DE · QUA · RE · OMNEI · PECUNIA · IBEI · IUS · DEICEI · IUDICIAVE · DAREI · EX · H · L · O ·

(etc.)

FONTES
IURIS ROMANI ANTIQUI.

FONTES
IURIS ROMANI ANTIQUI

EDIDIT

CAROLUS GEORGIUS BRUNS.

POST CURAS THEODORI MOMMSENI
EDITIONIBUS QUINTAE ET SEXTAE ADHIBITAS

SEPTIMUM EDIDIT

OTTO GRADENWITZ

PARS POSTERIOR
SCRIPTORES.

TUBINGAE
IN LIBRARIA I. C. B. MOHRII (P. SIEBECK)
MCMIX.

FONTES
IURIS ROMANI ANTIQUI

EDIDIT

CAROLUS GEORGIUS BRUNS.

SCRIPTORES

POST CURAS THEODORI MOMMSENI
EDITIONIBUS QUINTAE ET SEXTAE ADHIBITAS

SEPTIMUM EDIDIT
OTTO GRADENWITZ.

TUBINGAE
IN LIBRARIA I. C. B. MOHRII (P. SIEBECK)
MCMIX.

Eis quae ex Festo et ex Varrone deprompta sunt nonnullos locos addere placuit. Subsidia quae nova accesserint, singulis auctoribus praemonitum est, Varroni quae **Goetzio Schoellio** que debeantur.

Etiam in hac parte operis instauranda **Curtii Witte** opera usus sum.

Heidelbergae, m. Aprili 1909.

O. GRADENWITZ.

PRAEFATIO EDITIONIS SEXTAE.

Ad fontium iuris Romani antiqui partem posteriorem in hac eorum editione sexta a priore separatam pariter perveniunt praemonita partis prioris adeunda ei qui de consilio et ratione operis universi certior fieri volet.

Berolini m. Iulio a. 1893.

TH. MOMMSEN. O. GRADENWITZ.

CONSPECTUS OPERIS.

(II accessit in editione sexta.)

Pag.
I. S. Pompeius Festus 1
E libris de verborum significatu.
II. M. Porcius Cato.
E libro de agri cultura 47
III. M. Terentius Varro.
1. E libris de lingua Latina 51
2. E libris rerum rusticarum 61
IV. Nonius Marcellus.
E libris de compendiosa doctrina 64
V. Asconius in Ciceronis orationes.
A. In Pisonianam 67
B. In Scaurianam 68
C. In Cornelianam 68
D. In orationem in toga candida 69
VI. Scholia Asconio errore tributa in Ciceronis Verrinas.
A. In divinationem 70
B. In act. II lib. I 71
VII. Boëthius in Ciceronis topica 73
VIII. Servius in Vergilium.
A. In Aenëidem 75
B. In Georgica 78
C. In Bucolica 79
D. In Eclogas 79
IX. Isidorus Hispalensis.
E libris originum s. etymologiarum 79
X. Agrimensores.
1. De agrorum qualitate et condicionibus 85
Frontinus liber I 85
Frontinus liber II 86
Hyginus 86
2. De controversiis agrorum 88
Frontinus liber I 88
Frontinus liber II 91

ERRATA ET ADDENDA.

p. 61 n. 2 *adde post* tom. I pag. 25: et Pflüger, Nexum und mancipium 1908. Kretschmar ZSSt. 23, 227.

p. 64 *in fine praemonitorum l.* paginis Lindsayanis adnotatis.

EXPLICATIO

SIGNORUM ET NOTARUM.

Litterae cursivae in textu inscriptionum distinguunt quae a traditis aut differunt aut absunt, item Latina versa e Graecis; in adnotatione ea quae sunt editoris.

[Uncis quadratis] in scriptorum locis distinguuntur a traditis quae differunt aut desiderantur scilicet potiora; in textu inscriptionum, ubi haec expressa sunt litteris cursivis, uncos eos supplementis omnibus, emendationibus paucis apposuimus.

(Uncis rotundis) in textu comprehensa sunt compendia ita soluta, in adnotatione Latina versa e Graecis.

⟨⟨Angulis duplicibus⟩⟩ lineolisve subductis signavimus quae in traditis delenda, ⟨*angulis simplicibus*⟩ quae traditis addenda videntur.

Puncta . . . . significant verba vel litteras in traditis aut deesse aut legi non posse neque satis certo posse suppleri.

Lineola — significat quaedam ex traditis omissa esse.

Signum ∽ in textu inscriptionum indicat in archetypo partem versus vacuam esse.

Signum ° (in medio vocabulo °̲) finem versus inscriptionis indicat; quod signum, ubi lineae nostrae singulae binos inscriptionis versus continent, in finibus linearum omisimus, in margine numeris imparibus (1, 3, 5, 7, 9) notatis (e. g. n. 157, 1 p 355). Ceterum numeris in margine positis primus eorum versuum indicatur, quorum principia linea nostra continentur (e. g. n. 153, p. 352).

Ak. Abh. = akademische Abhandlungen:
  Berl. ak. Abh. = Abh. d. Berliner Akad. d. Wissensch., phil.-hist. Classe.
  Münch. ak. Abh. = Abh. d. Münch. Ak. d. W., philos.-philol. Cl.
Annali = annali dell' instituto di corrispondenza archeologica.
Ber. = Berichte:
  Berl. Ber. = Monatsber. d. Berl. Akad. d. Wissensch.
  Leipz. Ber. = Ber. üb. d. Verbdl. d. Sächs. Ges. d. W., phil.-hist. Cl.
  Wien. Ber. = Sitzungsber. d. Wiener Ak. d. W.
C. J. = Codex Justinianus.
C. Th. = Codex Theodosianus.
𝔆 = Corpus inscriptionum Latinarum consilio acad. litter. Boruss. ed.
D. = Digesta.

Dess. = Dessau, Inscriptiones latinae selectae; vol. I 1892, vol. II pars. I 1902, pars. II 1906.
Grut. = Gruteri thesaurus inscr. ed. I. 1602, ed. II. 1707.
Haenel, Corpus legum ab imp. Rom. ante Iustin. latarum. 1857.
Haub. = Haubold, antiquitatis Rom. monumenta legalia, ed. Spangenberg. 1830.
Hermes, Zeitschr. f. klass. Philologie, inde ab a. 1866.
Hu. = Huschke.
J. = Institutiones Justiniani.
Jahrb. = Jahrbuch d. gem. deut. R. ed. Bekker et Muther. 1857—1863.
Kr. Z. = Tübinger krit. Zeitschr. f. Rechtsw. 1826—29.
Mo. = Mommsen (Ges. Schr. = Gesammelte Schriften).
Or. = Orellii inscript. Latin. collectio. 1828. Vol. III. ed. Henzen. 1856.
Pap. Arch. = Arch. f. Papyruskunde ed. Wilcken et alii, inde ab a. 1900.

Singulae papyrorum editiones:

- Amh. = Amherst II (edd. Grenfell et Hunt) 1899.
- Argent. = Gr. Pap. der Kais. U. u. L. Bibl. zu Straßburg i. E. (ed. Preisigke) 1906.
- B. (G.) U. = Berliner (Museum), Griechische Urkunden 1. 2. 3. 1891 squ.
- C. P. R. = Corp. Pap. Reineri I. ed Wessely 1896.
- Fayûm = Fayûm Towns (edd. Grenfell et Hunt) 1900.
- Flor. = Papiri Fiorentini I. ed. Vitelli 1905/6.
- Lips. = Griech. Urk. der Pap. Samml. zu Leipzig (ed. Mitteis) 1906.
- Oxy = Oxyrhynchos I—V. (edd. Grenfell et Hunt) 1898 squ.

Phil. = Philologus, Zeitschr. f. d. klass. Altertum, inde ab a. 1846.
Rh. Iur. = Rheinisches Museum f. Iurisprud. 1827—1835.
Rh. Ph. = Rhein Mus. f. Philologie, inde ab a. 1827.
Ri. = Ritschl, priscae latinitatis monumenta epigraphica, ad archetypon repraesentata. 1862. (tab. lithogr. ad ©)
Rud. R. G. = Rudorff, röm. Rechtsgeschichte. 1857.
Spang. = Spangenberg, iur. Rom. tabulae negotiorum sollemnium. 1822.
Wi. = Wilmanns, exempla inscript. latin., 2 vol. 1873.
ZGR. = Zeitschr. f. geschichtl. Rechtsw., edd. Savigny aliique. 1815—1848.
ZRG. = Z. f. Rechtsgeschichte, edd. Rudorff, Bruns aliique inde ab a. 1862.
ZSSt. = Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, edd. Bruns aliique inde ab a. 1880.

I. SEXTUS POMPEIUS FESTUS.

V *M. Verrius Flaccus quos imperante Augusto ex Varronianis potissimum composuit libros de verborum significatu ad ordinem litterarum (sed primarum tantummodo) digestos, eos Pompeius Festus (nobis* F) *secundo tertiove nostrae aerae saeculo in compendium redegit, cuius compendii partem servavit unicus codex olim Pomponii Laeti, hodie Neapolitanae bibliothecae, scriptus saec. X (nobis* cod., *quatenus hodie superest,* L *in parte adservata olim apud Laetum hodie deperdita). Deficit eius libri pars prior tota sive quaterniones septem primi et pars octavi ad mediam litteram M; partis posterioris quaternionum novem quae supersunt folia praeter minores hiatus ambusta sunt omnia, ut singulorum rectorum pagina posterior, versorum pagina prior aut tota aut maiore ex parte perierit. Praeterea ex quaternionibus his novem, qui etsi mutili superfuerunt tamen saeculo XV, cum hodie desiderentur tres VIII. X. XVI, eorum vices facit aliquatenus exemplar descriptum inde ea aetate parum curiose neque servatum ipsum, cuius nos adhibuimus apographa tria, scilicet libros Vaticanos 1549 (nobis* R), *2731 (nobis* S), *3369 (nobis* Q). *Ad quaternionem decimum sextum (p. 359—376 ed. Mue.) accedit exemplar alterum idque longe maiore cura exceptum, ut vel hiatus diligenter repraesentet in altero exemplari plerumque obcaecatos, Angeli Politiani ab Huelseno investigatum in cod. Vaticano 3368 (nobis* A), *quo factum est, ut carere possimus adnotationibus eiusdem Politiani adservatis in bibliotheca Monacensi adhibitisque a me in quaternionis eius recognitione edita in actis academiae Berolinensis maioribus anni 1864. — Festi epitomen etiamtum integram denuo abbreviavit aetate Caroli Magni Paulus (nobis* P) *diaconus is ipse qui scripsit de rebus gestis Longobardorum, cuius epitomae inter multa quae supersunt exemplaria adhibuimus tria primaria Guelferbytanum (nobis* G) *saec. X, Trecense (nobis* T) *saec. XI, Monacense (nobis* M) *saeculi XI/XII. Factum autem est singulari beneficio Christiani Huelseni, ut in hac editione quae ex Festo Paulove deprompsimus digesta ad ordinem alphabeticum hodie usitatum, omnia proponantur recognita ad exemplaria supra citata ab eo aut denuo aut primum diligenter collata. Paginae quae F(esti) vel P(auli) nomen sequuntur, vel, ubi Festi quae supersunt ex epitome Pauli supplentur, utriusque coniuncti, editionis sunt curatae a. 1839 ab Odofredo Mueller (nobis* Mue.).

E libris de verborum significatu.

Abacti magistratus[1] dicebantur, qui coacti deposuerant imperium. *P. 23*

Abemito significat 'demito' vel auferto; 'emere' enim antiqui dicebant pro 'accipere'. *P. 4*

---

[1] [*scr.* gmaistratu. Th. M.]

P. 23 Abgregare —, adgregare —, segregare —. Quorum verborum frequens usus non mirum, si ex pecoribus pendet, cum apud antiquos opes et patrimonia ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam 'pecunias' et 'peculia' dicimus[1].

P. 19 Abōrigines appellati sunt, quod 'errantes' convenerint[2] in agrum, qui nunc est populi Romani; fuit enim gens antiquissima Italiae.

P. 18 Accensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur, dicti ita, quia 'ad censum' adiciebantur.

P. 71 Actus modo significant — iter inter vicinos quattuor pedum latum; modo in geometrica minorem partem iugeri, id est centum viginti pedum *cett.*

P. 7 Adlecti dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti. Nam patres dicuntur, qui sunt 'patricii' generis; conscripti, qui in senatu[3] sunt 'scriptis' adnotati.

P. 19 Adorare apud antiquos significabat 'agere', unde et legati 'oratores' dicuntur, quia mandata populi 'agunt'.

P. 15 Adpromissor est, qui, quod[4] suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit.

P. 14 Adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni.

P. 14 Adscripticii veluti quidam scripti[5] dicebantur, qui supplendis legionibus 'adscribebantur'; hos et accensos dicebant, quod 'ad' legionum 'censum' essent adscripti; quidam velatos, quia 'vestiti' inermes sequerentur exercitum *cett.*

P. 9 Adsiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi 'consedisse' videatur; alii assiduum locupletem, quasi 'multorum assium', dictum putarunt; alii eum, qui sumptu proprio militabat, ab 'asse dando'[6] vocatum existimarunt[7].

P. 13 Aedilis initio dictus est magistratus, quia[8] 'aedium' non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat; postea hoc nomen et ad magistratus translatum est. Dictus[1] est autem 'aedilis', quod facilis ad eum plebi aditus esset.

---

[1] *Plin. h. n. 18,3,11:* Pecunia ipsa a pecore appellabatur; et etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. — [2] convenerunt *G.* — [3] senatus *G.* — [4] [*Cave inseras* quis; *adpromittit is qui suo nomine ita promittit, ut ea summa pro altero quoque promittatur eumque soluta liberet.* Th. M.] — [5] vel, uti quidam, adscriptivi *Walch, ad Tac. Agric. 265; cf. Varro, l. l. 7,56.* — [6] assedendo *T.* — [7] aestimarunt *libri.* — [8] ⟨⟨magistratus⟩⟩ qui *Mue.*

P. 2 Aerarii tribuni a 'tribuendo aere' sunt appellati. Aerarium sane populus Romanus in aede Saturni habuit.

P. 24 Aestimata poena ab antiquis ab 'aere' dicta est, qui eam aestimaverunt aere, ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus. (*Cf.* Maxima.)

P. 6 Aliuta antiqui dicebant pro 'aliter' ex Graeco id ἀλλοίως transferentes; hinc est illud in legibus Numae Pompilii: "Si quisquam aliuta faxit, ipsos Iovi sacer esto".

P. 5 Ambitus proprie dicitur 'circuitus'[2] aedificiorum patens in latitudinem pedes duos et semissem, in longitudinem idem quod aedificium *cett.*

P. 16 Ambitus proprie dicitur inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad 'circumeundi' facultatem relictus. Ex quo etiam honoris ambitus dici coeptus est a 'circumeundo' supplicandoque.

P. 21 Amsegetes dicuntur, quorum ager viam tangit[3].

P. 27 Annaria lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magistratus capiendi.

P. 8 Anteurbana praedia urbi propinqua.

P. 2 Aqua et igni tam interdici solet damnatis, quam accipiuntur nuptae, videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime continent. Itaque funus prosecuti redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi; quod purgationis genus vocabant suffitionem[4].

P. 15 Arbiter dicitur iudex, quod totius rei habeat arbitrium et facultatem. — Arbitrium dicitur sententia, quae ab arbitro statuitur. — Arbitrarium, cum adhuc res apud arbitrum[5] geritur.

P. 4 Armita dicebatur virgo sacrificans, cui lacinia togae in humerum erat reiecta[6]. Legibus etiam Laurentum sanctum est, ne pomum ex alieno legatur in armum, id est quod umeri onus sit[7].

P. 6 Ast significat 'at', 'sed', 'autem'[8].

P. 9 Aurichalcum vel 'orichalcum' quidam putant compositum ex aere

---

1) dictum *M.* — 2) circumitus *G.* — 3) *Bergk* (*ZRG. 14,143*): amsegetes, *quia veteres* an *pro* circum *ponere consuerunt, teste Macr. sat. 1,14.* — 4) *Cf. D. 24,1,66,1.* — 5) arbitrium *M.* — 6) relecta *M.* — 7) *Cf. Grimm, deutsche R.-Alterth. 554.* — 8) *Sic cod.*, vel *ante* autem *male ins. Mue. cum vulg.* — *Charis. gramm. 229,30:* 'ast' apud veteres variam vim contulit vocibus pro 'atque', pro 'ac', pro 'ergo, sed, tamen, tum, cum', ut in glossis antiquitatum legimus scriptum. *Cf. Schoell, XII tab. 110.*

et auro, sive quod colorem habeat aureum; 'orichalcum'[1] sane dicitur, quia in montuosis locis invenitur; mons etenim Graece ὄρος appellatur (*cf.* Cadmea).

P. 32 Bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum quasi 'bene ustum'[2], ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab 'urendo' 'ustrina'[3] vocatur; sed modo busta[4] 'sepulcra' appellamus.

P. 47 Cadmea terra quae in aes coicitur ut fiat orichalcum.

P. 47 Caduceatores legati pacem petentes. Cato "caduceatori"[5], inquit, "nemo homo[6] nocet"[7].

P. 62 Caelibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris stetisset abiecti occisique, ut quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit; vel quia matronae Iunonis[8] Curitis in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum 'curis' dicitur: vel quod forte viros genituros ominetur — vel quod nuptiali iure imperio viri subicitur[9] nubens, quia hasta summa armorum et imperii est: quam ob causam — captivi sub eadem veneunt, quos Graeci δορυαλώτους et δορυκτήτους vocant.

P. 65 Captus locus dicitur ad sacrificandum legitime constitutus.

P. 55 Celeres antiqui dixerunt quos nunc equites dicimus, a 'Celere', interfectore Remi, qui initio a Romulo iis[10] praepositus fuit; qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

P. 54 Cenacula dicuntur, ad quae[11] scalis ascenditur[12].

P. 54 Censio hastaria dicebatur, cum militi multae nomine ob delictum militare indicebatur[13], quod hastas daret.

P. 54 Censionem facere dicebatur censor, cum multam equiti inrogabat[14].

P. 58 Censores dicti, quod rem suam quisque tanti aestimare solitus sit, quanti illi censuerint[15].

P. 58 Censui censendo[16] agri proprie appellantur, qui et emi et venire iure civili possunt.

---

1) aurichalcum *M.* — 2) bene iustum *M.* — 3) ostrina *M.* — 4) modo obusta *T.* — 5) caduciatori *GM.* — 6) homo *om. T.* — 7) nosset *G.* — 8) iuninis *M.* — 9) sobiicitur *G.* — 10) his /// *M.* — 11) quas *libri.* — 12) *Cf. D. 43,17, 3,7:* sed si supra aedes, quas possideo, cenaculum sit *cett.* — 13) indicebantur *G.* — 14) inrogabant *M.* — 15) censuerunt *T.* — 16) censedo *MT.*

Centenariae cenae dicebantur in quas lege Licinia non plus P. 54
'centussi'[1] praeter terra enata[2] inpendebatur[3], id est centum assibus
qui erant breves nummi ex aere.

Centumviralia iudicia a centumviris sunt dicta. Nam cum P. 54
essent Romae triginta et quinque tribus, quae et curiae sunt dictae,
terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centumviri
appellati sunt; et licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen,
quo facilius nominarentur, centumviri sunt dicti.

Centuria in agris significat ducenta iugera, in re militari centum P. 53
homines. — Centuriata comitia item curiata comitia dicebantur, P. 54
quia populus Romanos per centenas turmas divisus erat. — Centuriatus P. 53
ager in ducena[4] iugera definitus, quia Romulus centenis
civibus ducena[4] iugera tribuit.

Circumluvium ius praediorum[5]. P. 64

Classici testes dicebantur qui signandis testamentis adhibebantur. P. 56

Cognitor est, qui litem alterius suscipit coram ab eo, cui[6] datus P. 57
est; procurator autem absentis nomine actor fit.

Comitiales dies appellabant, cum in comitio conveniebant; qui P. 38
locus a 'coeundo', id est 'insimul veniendo', est dictus.

Compascuus ager relictus ad pascendum communiter vicinis. P. 40

Compraedes eiusdem rei populo sponsores[7]. P. 39

Conciliabulum locus, ubi ⟨*in*⟩ concilium convenitur. P. 38

Concilium dicitur a populi 'consensu': sive concilium dicitur a P. 38
'concalando'[8], id est vocando.

Condicere est dicendo denuntiare. P. 64

Condictio[9] in diem certum eius rei, quae agitur, denuntiatio. P. 66

Condictum est, quod in commune[10] est dictum. P. 39

Conscripti dicebantur, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur[11], P. 41
ut numerus senatorum expleretur.

Consponsor 'coniurator'. P. 59

Consposos antiqui dicebant fide mutua conligatos. P. 41

Contestari litem dicuntur duo aut plures adversarii, quod ordinato P. 57
iudicio utraque pars dicere solet: "Testes estote".

---

1) centussi G^1, centussibus G^2MT. — 2) terrae nata (natabus *G*) *libri*. — 3) impendebantur *G*. — 4) ducenta *M*. — 5) *cf. Isidor. XIV, 8,42.* — 6) ab eo cui *libri*, eo cui *vulg.* [*malim* eo a quo. Th. M.] — 7) sponsore *M*. — 8) concalendo *T*, conconcalendo *M*. — 9) condicio *G*, conditio *M*. — 10) communi *libri*. — 11) adscribantur *M*.

P. 38 Contestari est, cum uterque reus dicit: “Testes estote”.

P. 38 Contio significat ‘conventum’, non tamen alium, quam eum, qui ⟨*a*⟩ magistratu vel a sacerdote publico[1] per praeconem convocatur.

P. 64 Contrarium aes, grave aes.

P. 62 Conventae condicio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis et earum condicione habebatur.

P. 41 Conventus quattuor modis intellegitur: — tertio cum a magistratibus iudicii causa populus congregatur.

P. 50 Cum imperio est dicebatur apud antiquos, cui nominatim[2] a populo dabatur imperium. Cum potestate[3] est dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio praeficiebatur[4].

P. 50 Cum populo agere hoc est[5] populum ad concilium aut comitia vocare.

P. 48 Curatores dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur; sive illi qui rei frumentariae agrisve[6] dividendis praepositi sunt.

P. 49 Curia locus est, ubi publicas ‘curas’ gerebant. Calabra[7] curia dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curiae etiam nominantur, in quibus uniuscuiusque partis populi Romani quid geritur, quales sunt hae, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta, quibus postea additae sunt quinque, ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret feriasque observaret, iisque[8] curiis singulis nomina Curiarum virginum inposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.

P. 49 Curiales, eiusdem curiae, ut tribules et municipes[9].

P. 64 Curiales flamines curiarum sacerdotes.

P. 62 Curionia sacra, quae in curiis fiebant.

P. 49 Curionium aes dicebatur, quod dabatur curioni[10] ob sacerdotium curionatus.

P. 49 Curis est Sabine ‘hasta’, unde Romulus ‘Quirinus’, quia eam ferebat, est dictus; et Romani a Quirino ‘Quirites’ dicuntur. Quidam eum dictum putant a ‘Curibus’, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum[11].

P. 49 Currules[12] magistratus appellati sunt, quia ‘curru’ vehebantur.

P. 51 Custodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus ‘custodiam’.

---

[1] buplico *M.* — [2] nominatum *T.* — [3] *sic T;* cum potesta *M,* compotesta *G.* — [4] praeferebatur *libri.* — [5] est hoc est *libri.* — [6] vel *G.* — [7] culabra *libri.* — [8] hisque *libri.* — [9] municeps *M.* — [10] curoni *G.* — [11] *Cf.* Caelibari hasta *supra p. 4.* — [12] *sic libri.*

Decima quaeque veteres dis suis offerebant. *P. 71*

Decimanus appellatur limes, qui fit ab ortu solis ad occasum; alter ex transverso currens appellatur cardo[1]. *P. 71*

Deminutus capite appellatur[2], qui civitate mutatus est; et ex alia familia in aliam adoptatus[3]; et qui liber alteri mancipio datus est; et qui in hostium potestatem venit; et cui aqua ignique interdictum est. *P. 70*

Depeculatus a 'pecore'[4] dicitur; qui enim populum fraudat, peculatus poena tenetur. *P. 75*

Depontani senes appellabantur, qui sexagenarii 'de ponte' deiciebantur. *P. 75*

Derogare proprie est, cum quid ex lege[5] vetere, quo minus fiat sancitur lege nova; derogare ergo 'detrahere' est. *P. 69*

Diffarreatio genus erat sacrificii, quo inter virum et mulierem fiebat dissolutio; dicta 'diffarreatio', quia fiebat 'farreo' libo adhibito. *P. 74*

Dirutum aere militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiae causa non erat datum[6], quod aes 'diruebatur' in fiscum, non in militis sacculum. *P. 69*

Disertiones[7] divisiones patrimoniorum inter consortes. *P. 72*

Dispensatores dicti, qui[8] aes 'pensantes' 'expendebant', non 'adnumerabant'. *P. 72*

Doli vocabulum nunc tantum in malis utimur, apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebatur; unde adhuc dicimus 'sine dolo malo', nimirum quia solebat dici et 'bonus'. *P. 69*

Duicensus dicebatur 'cum altero', id est cum filio, 'census'. *P. 66*

Duplionem antiqui dicebant, quod nos 'duplum'[9]. *P. 66*

Eiuratio significat id, quod desideretur, non posse praestari. Plautus: "Eiuravit militiam". *P. 77*

Em, 'tum'. Em[10] pro 'eum', ab 'eo', quod est 'is'. *P. 76. 77*

Emancipati duobus modis intelleguntur: aut ii[11], qui ex patris iure exierunt, aut ii[11], qui aliorum fiunt dominii; quorum utrumque fit mancipatione. *P. 77*

Emere, quod nunc est 'mercari', antiqui accipiebant pro 'sumere' (*cf.* Abemito). *P. 76*

---

1) *Cf. Isid. 15,14,4.* — 2) appellabatur *T.* — 3) est *ins. M.* — 4) pecure *GM.* — 5) est *ins. G.* — 6) dictum *G.* — 7) desertiones *libri.* — 8) quia *M.* — 9) *v. tom. I p. 39, tab. XII, 3.* — 10) en *G.* — 11) hi *libri.*

P. 77 Endoplorato, 'inplorato', quod est cum 'questione[1] inclamare'. Inplorare namque est 'cum fletu rogare', quod est proprie vapulantis.

P. 77 Endo procinctu, 'in procinctu': significat autem, cum ex castris in proelium exitum est, procinctos, quasi[2] 'praecinctos' atque expeditos; nam apud antiquos togis incincti pugnitasse[3] dicuntur.

P. 81 Equestre aes, quod equiti dabatur.

P. 82 Erctum citumque[4] fit inter consortes, ut in libris legum Romanorum[5] legitur. Erctum a 'coercendo' dictum, unde et 'erciscendae' et 'ercisci'. Citum autem est vocatum a 'ciendo'.

P. 77[6] Escit 'erit'.

P. 77 Everriator vocatur, qui iure accepta hereditate iusta facere defuncto debet: qui si non fecerit seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat. Id nomen ductum[7] a 'verrendo'; nam 'exverrae'[8] sunt purgatio quaedam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito ab 'extra verrendo' dictarum.

P. 82 Exrogare est ex lege vetere aliquid eximere per novam legem.

P. 78 Extrarius est, qui extra focum sacramentum iusque[9] sit.

P. 86 Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux et princeps generis vocabatur pater et mater familiae; unde familia nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum. Et familiares ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam 'famuli' appellari coeperunt *cett.*

P. 87 Famuli origo ab Oscis dependet[10], apud quos servus 'famel' nominabatur[11], unde et 'familia' vocata. —

P. 87 Famuletium[12] dicebatur, quod nunc 'servitium'.

P. 88 Farreum, genus libi ex farre factum[13].

P. 93 Fastis diebus iucunda[14] 'fari' licebat, 'nefastis' quaedam non licebat 'fari'[15].

---

[1] conquestione *G.* — [2] qua *M.* — [3] punitasse *T.* — [4] que *del Scaliger.* — [5] aromanorum *M.* — [6] *v. tom. I p. 23, tab. V, 4. 5. 7 Schoell 98.* — [7] dictum *T.* — [8] exvernae *libri.* — [9] usque *M.* — [10] dependit *libri.* — [11] *Lex Osca tab. Bant.* (*tom. I p. 52*) v. *22.* — [12] [*scr.* famulicium. Th. M.] — [13] *Plin. h. n. 18,3,10:* in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, novaeque nuptae farreum praeferebant. *Cf. Gai. 1,112.* — [14] iocunda *libri*, iuridica *Aug.*, ius *Scal.* [*malim* iure dicunda. Th. M.] — [15] *Cf. Varro, l. l. 6,29.30.*

P. 87 Fastorum libri appellantur, in quibus totius anni fit descriptio[1]. Fasti enim dies 'festi' sunt.

P. 86 Fenus et feneratores et lex de credita pecunia fenebris a 'fetu' dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Graecos eadem res τόκος dicitur. 'Fenum' quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quando id ipsum manens quotannis novum parit, unde etiam et 'festuca' vocata est.

P. 92 Feretrius Iuppiter dictus a 'ferendo', quod pacem ferre putaretur; ex cuius templo sumebant sceptrum, per quod iurarent, et lapidem silicem, quo foedus ferirent. (*Cf.* Lapidem.)

P. 86 Ferias antiqui 'fesias'[2] vocabant; et aliae erant sine die festo, ut nundinae, aliae cum festo, ut Saturnalia *cett.*

P. 91 Fetiales a 'ferendo'[3] dicti: apud hos enim belli pacisque faciendae ius est[4].

P. 93 Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes et matrimes, qui flamini Diali ad sacrificia praeministrabat: antiqui enim ministros 'camillos' dicebant. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis 'camillos' appellatos *cett.*

P. 89 Flammeo amicitur nubens ominis[5] boni[6] causa, quod eo adsidue utebatur 'flaminica', id est flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.

P. 92 Flammeo vestimento 'flaminica' utebatur, id est Dialis uxor et Iovis sacerdos, cui telum fulminis[7] eodem erat colore.

P. 84 Foedus appellatum ab eo quod in paciscendo foedere[8] hostia necaretur. Virgilius: "et caesa iungebant foedera porca"; vel quia in 'foedere' interponatur 'fides'.

P. 84 Forctes, 'frugi et bonus', sive 'validus'. (*Cf.* Sanates.)

P. 84 Forum sex modis intellegitur: primo negotiationis locus —; alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, contiones haberi solent;

---

[1] [*immo* discriptio. Th. M.] *Macr. sat. 1,15,9:* Priscis — temporibus, antequam fasti a Cn. Flavio scriba invitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori haec provincia delegabatur, ut novae lunae primum observaret adspectum visamque regi sacrificulo nuntiaret, itaque, sacrificio — celebrato, idem pontifex 'calata', id est 'vocata', in Capitolium plebe, — quot numero dies a kalendis ad nonas superessent, pronuntiabat. — Verbum autem καλῶ graecum est, id est 'voco', et hunc diem, qui ex his diebus, qui 'calarentur', primus esset, placuit 'kalendas' vocari. — [2] festas *libri, emend. Mue.* — [3] *sic libri.* — [4] *Nonius v.* Fetialis. *Varro, l. l. 5,86.* — [5] hominis *MT.* — [6] *om. T.* — [7] flaminis *G.* — [8] foede *GM,* fide *T.*

tertio, cum is[1], qui provinciae praeest, 'forum agere' dicitur, cum civitates vocat et de controversiis eorum cognoscit; quarto, cum id 'forum' antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dicari solet *cett.*

P. 91 Frausus erit, 'fraudem commiserit'.

P. 92 Fulguritum, id quod est 'fulmine ictum', qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum deus sibi dicasse videretur.

P. 89 Fundus dicitur ager quod planus sit ad similitudinem fundi vasorum. 'Fundus' quoque dicitur populus esse rei, quam[2] alienat, hoc est 'auctor'.

P. 89 Futare 'arguere' est, unde et 'confutare'. Sed Cato hoc pro 'saepius fuisse' ponit.

P. 94 Gens Aelia appellatur, quae ex multis familiis conficitur.

P. 94 Gentilis dicitur et ex eodem 'genere' ortus, et is, qui simili nomine appellatur, ut ait Cincius: "Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur".

P. 98 Grave aes dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum. Sed bello Punico populus Romanus, pressus aere alieno, ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem ut illi valerent. Item nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti. (*Cf.* Sextantari.)

P. 101 Hastae subiciebant[3] ea, quae publice venundabant, quia signum praecipuum[4] est hasta. Nam et Carthaginienses, quum bellum vellent, Romam hastam miserunt, et Romani fortes viros saepe hasta donarunt.

P. 99 Heredium 'praedium parvulum'[5].

P. 99 Heres apud antiquos pro 'domino' ponebatur.

P. 102 Horctum et forctum pro 'bono' dicebant[6].

P. 102 Hordiarium aes, quod pro hordeo equiti Romano dabatur.

P. 102 Hortus[7] apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possint, 'orirentur'.

P. 102 Hostia dicta est ab eo, quod est 'hostire' ferire.

---

1) his *libri.* — 2) quem *libri.* [*Vide num agatur non de re, sed de reo.* Th. M.] — 3) *sic libri.* — 4) belli *ins. Mue.* [*Malim* dominii a populo quaesiti. Th. M.] — 5) *Plin. h. n. 19,4,50:* in XII tabulis — nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero heredium. *Cf. Varro, r. r. 1,10.* — 6) *v. tom. I p. 19 tab. I, 5.* — 7) hostus *G M.*

Hostis apud antiquos ‘peregrinus’ dicebatur, et qui nunc hostis, P. 102
‘perduellio’. (×Perduellio, qui ‘per’tinaciter retinet ‘bellum’. ×P. 66
v. Duellum.)

Igitur nunc quidem pro conpletionis significatione valet, quae est P. 105 ‘ergo’; sed apud antiquos ponebatur pro ‘inde’ et ‘postea’ et ‘tum’ [1].

Ignis Vestae si quando interstinctus esset, virgines verberibus P. 106 afficiebantur [2] a pontifice [3] *cett.*

Inlicium [4] dicitur, cum populus ad contionem ‘elicitur’, id est P. 114
evocatur [5] *cett.* — Inlicium vocare antiqui dicebant ad contio- P. 113
nem vocare.

Inpensam stipem, aes sacrum, quod ‘nondum erat pensum’. P. 108

Inplorare, ‘inclamare’, ad auxilium ‘invocare’. (*Cf.* Endoplorato). P. 109

Inprolus vel inprolis, qui nondum esset adscriptus in civitate. P. 108

Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse P. 107 sit ‘in comitium’, hoc est ‘in conventum’, venire. Plautus “quaeso ne me incomities”.

Inferiae sacrificia, quae dis Manibus ‘inferebant’. P. 112

Infitiari, creditum fraudare. P. 112

In procinctu factum testamentum dicitur, quod miles pugnaturus P. 109 nuncupat praesentibus commilitonibus.

Insons, extra culpam, a quo dici morbus quoque existimatur ‘sonticus’, P. 11 qui perpetuo noceat.

Insulae dictae proprie, quae non iunguntur [6] communibus parietibus P. 111 cum vicinis circumituque [7] publico aut privato cinguntur, a similitudine videlicet earum terrarum quae in fluminibus ac mari eminent suntque ‘in salo’.

Internecivum [8] testamentum est, propter quod dominus eius P. 114 ‘necatus est’ [9].

Iurare flamini [10] Diali fas non erat. P. 104

Iurgatio, ‘iuris actio’. P. 103

Iustum vadem, idoneum sponsorem.

Lacit ‘decipiendo inducit’. Lax etenim fraus est. P. 116

Lance et licio dicebatur apud antiquos, quia, qui furtum ibat P. 117

---

[1] *v. tom. I p. 17 tab. I, 1.* — [2] affaciebantur *G.* — [3] *Exemplum refert Liv. 28, 11, 6. 7.* — [4] illicibum *libri.* — [5] *sic GM,* vocatur *T.* — [6] quae coniunguntur *T.* — [7] circum ita qui *G,* circuimtu qui *M,* circumitu *T.* — [8] internae cibum *M T,* internecidum *G.* — [9] *Cf. Isid. 5, 26, 18.* — [10] famini *M,* flammini *T.*

quaerere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam [1].

P. 115 Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iovem, haec verba dicentes: "Si sciens fallo, tum me Dispiter salva urbe arceque bonis eiciat, ut ego hunc lapidem" [2].

P. 116 Liberalia 'Liberi' festa, quae apud Graecos dicuntur Διονύσια [3]. Naevius: "Liberalingua loquemur, ludis Liberalibus".

P. 116 Licitati in mercando sive pugnando 'contendentes'.

P. 116 Limis [4] obliquus, id est transversus, unde et 'limina'. — Limites in agris nunc termini, nunc viae transversae. — Limitatus ager est in centurias dimensus.

P. 116 Litis [5] cecidisse dicitur, qui eius rei, de qua agebat, causam amisit.

P. 116 Lituus appellatus, quod 'litis' [6] sit testis; est enim genus bucinae incurvae, quo qui cecinerit, dicitur 'liticen' [7]. Ennius: "Inde loci lituus sonitus effudit acutos".

P. 119 Locupletes, 'locorum multorum' domini [8].

P. 126 Magisterare moderari; unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum [9], societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi 'magis ceteris' possunt: unde et magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati; quae vox duabus significationibus notatur. Nam aut personam ipsam demonstrat, ut quum dicimus: magistratus iussit, aut honorem, ut quum dicimus: "Titio magistratus datus est". — P. 152 (Cf. F. 154) Magisteria dicuntur in omnibus rebus [10], qui 'magis ceteris' possunt, ut magisterium equitum.

F. 161 (P. 160) Maiorem consulem L. Caesar putat dici vel eum, penes quem fasces sint, vel eum, qui prior factus sit; praetorem autem maiorem urbanum, minores ceteros (*cf.* Maximus).

---

1) *Gai. 3,192:* nudus quaerat linteo cinctus lancem habens. *Inst. gl. Taur.* (*ZRG. 7,44*) *466:* nudus ingrediebatur discum fictile[*m*] in capite portans utrisque manibus detentus (detentum?). *Gen. 11,18,9:* furta, quae per lancem liciumque concepta essent; *16,10,8:* furtorumque quaestio cum lance et licio. *Cf. tom. I p. 32 tab. VIII, 15. Rud. RG. 2,352 n. 21.* — 2) *Cf. Polyb. 3,25. Gell. 1,21,4.* — 3) dionisia *libri.* — 4) *sic libri.* — 5) *scr.* lite. — 6) liti *M.* — 7) laticen *G.* — 8) *Plin. h. n. 18,3,11:* 'locupletes' dicebant 'loci', hoc est agri, 'plenos'. *Cic. de r. p. 2,9,16:* Romulus — multae dictione ovium et boum (quod tum erat res in pecore et locorum possessionibus, ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur), non vi et suppliciis coercebat. — 9) paganorum *MT.* — 10) rebus *om. T.*

P. 151 Maiores flamines appellabantur patricii generis, minores plebeii. (*Cf.* Minora.)

P. 128. 151 Manceps dictus, quod 'manu capiatur'. — Manceps dicitur, qui quid[1] a populo emit conducitve[2], quia manu sublata significat se auctorem[3] emptionis esse; qui "idem praes" dicitur, qui[4] tam debet 'praestare' populo, quod promisit, quam is, qui pro eo praes factus est. (*Cf.* Praes.)

F. 153 [*Mancipatione adoptatur,*] ut patri sui[5] heres e[*sse desinat: sed eius qui adop*]tet tam heres est quam [*si ex eo natus esset. Adrogatione, qui*] in potestate alie[*na non est, adrogatoris fit filius*] et suus heres, ut p[*atet*] *cett.*

P. 151 Manliae gentis patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum adfectasset, damnatus necatusque est.

F. 158 (P. 159) [*Manumitti dicitur*] ser(vus) sacrorum [*causa, cum dominus eius tenens m*]odo caput [*modo membrum aliud eiusdem servi ita*] dicit[6]: "Hunc [*hominem liberum esse volo, ac*] pro eo auri X [*puri, probi, profani, mei solvam, si*] usquam digre[*ssus erit a sacris, factus iuris*] sui". Tum[7] ⟪h⟫is ser[*vum circumagit et e manu homi*]nem liberum mit[*tit*]. (*Cf.* Puri.)

P. 125 Materfamiliae non ante dicebatur, quam vir eius paterfamiliae dictus esset; nec possunt hoc nomine plures in una familia praeter unam appellari. Sed nec vidua hoc nomine, nec quae sine filiis est, appellari potest.

P. 126 Matrimes ac patrimes dicuntur, quibus matres et patres adhuc vivunt.

F. 154 (P. 155) [Matronae a magistra]tib(us) non summove[bantur, ne pulsari contre]ctarive viderentur, neve gra[vidae concuterentur[8]. *Ob*] quam [*etiam ca*]usam ait Verrius, [*neque earum viros*] sedentes cum uxoribus de essedo descen[*dere*[9] *coac*]tos[10] a magistratibus, quod communi vehiculo vehitur vir et uxor[11].

P. 144 Maximam multam dixerunt trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus[1] et duabus ovibus quemquam multari, aestimabaturque bos centussibus[2], ovis decussibus[3].

---

[1] quicquid *libri.* — [2] conductiue *libri.* — [3] uictorem G^1. — [4] *scr.* quia. — [5] patris sui *Urs.;* patri suus *Oldenberg.* — [6] *sic hodie certe, non* edicite, *cod.* — [7] dum *cod., corr. Ursinus.* — [8] *rectis intra uncos quadratos expressa servavit Paulus.* — [9] essequo escendere *cod. secundum Ursinum* (*hodie haec non dispiciuntur*). — [10] sed nec viri earum sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere cogebantur *Paulus.* — [11] [quod . . . uxor *delendum.* Th. M.]

F. 161 Maximum praetorem dici putant ali eum, qui maximi imperi sit, ali, qui[4] aetatis maximae; pro collegio quidem augurum decretum est quod in Salutis augurio praetores maiores et minores appellantur non ad aetatem sed ad vim imperii pertinere.

P. 126 Maximus curio, cuius auctoritate curiae omnesque curiones reguntur.

P. 126 Maximus pontifex dicitur, quod maximus rerum, quae ad sacra et religiones pertinent, iudex sit vindexque contumaciae privatorum magistratuumque.

P. 123 Meddix[5] apud Oscos nomen magistratus est. Ennius: "Summus ibi captus meddix, occiditur alter".

P. 124 Mercedonios dixerunt a 'mercedem solvendo'[6].

F. 157 [*Minora itemque ma*]iora auspicia quae d[*icantur, docet Messalla; nam*] maiora consulum, pr[*aetorum, censorum dici ait, re*]liquorum minora, cum illi [*maiores, hi autem mino*]res magistratus dic[*i consueverint*].

P. 123 Miscelliones appellantur, qui non certae sunt sententiae, sed variorum 'mixtorumque' iudiciorum sunt[7].

F. 161 Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo, quae ita fit, ut morte promissoris confirmetur, aut, ut quidam dixerunt, cuius stipulationis mors fuit causa.

157 F. 156) Mos est [institutum pa]trium[8], id est memoria veterum pertinens maxime ad religiones c[aerim]oniasque[8] antiquorum.

F. 142 (P. 143) Multam Osce dici putant 'poenam' quidam; M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in l. I quaestionum Epist. refert.

F. 154 (P. 156) Mundus, ut ait Capito Ateius in l. VI pontificali, ter in anno patere solet, — quos dies etiam religiosos iudicaverunt ea de causa quod quo tempore ea, quae occultae et abditae[9] religionis deorum Manium essent, veluti in lucem quandam adducerentur et patefierent, nihil eo tempore in re p(ublica) geri voluerunt; itaque per eos dies non cum hoste manus conserebant, non exercitus scribebatur, non

---

1) bobus *G*, bubus *MT*. — 2) centibus *M*. — 3) decusibus *M*. — 4) quia *cod., corr. Aug.* — 5) *Cf. tom. I p. 51 n. 4.* — 6) mercedem (mercede *MT*) solvendo *libri.* — 7) sunt *om. G.* — 8) *inclusa uncis quadratis habet Paulus.* — 9) abdita ea *cod. secundum Urs.* (*hodie haec evanuerunt*).

comitia habeba[ntur, non[1]] aliud quicquam in re p(ublica), nisi quod ultima necessitas admonebat, administrabatur[2].

P. 143 Munem significare certum est 'officiosum', unde e contrario inmunis dicitur, qui nullo fungitur officio.

P. 143 Muneralis lex vocata est, qua⟪m⟫ Cincius cavit, ne cui liceret 'munus' accipere. Plautus: "neque muneralem legem neque lenoniam, rogata fuerit nec ne, flocci[3] aestimo".

Municeps est, ut ait Aelius Gallus, qui in municipio liber[4] natus *L. 142*
est; item qui ex alio genere hominum munus functus est; item qui
in muncipio[5] ex servitute se liberavit a municipe[6]. — At Servius[7]
aiebat initio fuisse, qui ea condicione cives Romani[8] fuissent, ut semper
rem publicam separatim[9] a populo Romano haberent[10], Cumanos Acerranos
Atellanos[11]. — Municeps qui in municipio liber natus est, item *P. 131*
qui ex alio genere hominum munere functus est, item qui in municipio a servitute se liberavit a municipe. Item municipes erant qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem, ut fuerunt Cumani Acerrani Atéllani, qui et cives Romani erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

F. 157 Municipalia sacra vocantur, quae ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam, quae observare eos voluerunt pontifices et eo more facere, quo adsuessent[12] antiquitus[13].

P. 127 Municipium id genus hominum dicitur, qui cum Romam venissent, neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu[14] capiendo; sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani[15], Lanuvini, Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt. Alio modo, cum id genus hominum definitur, quorum civitas universa in civitatem Romanam[16] venit, ut Aricini[17], Caerites, Anagnini[18]. Tertio, cum id genus ho-

---

1) *haec ex Paulo.* — 2) *Varro apud Macr. sat. 1,16,18:* mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi ianua patet. Propterea — proelium committi, — uxorem liberum quaerendorum causa ducere, religiosum est. — 3) floci *G*, floccio *M*. — 4) municipaliber *Q*. — 5) municio *R*. — 6) *inserunt hoc loco verba* item municipes — muneris partem, *ex Paulo scilicet, S et edd.* — 7) servilius *SQ*, ser. filius *R*. — 8) Ro. *om. QR*. — 9) separatum *Q*. — 10) habebant *R*. — 11) *inserunt hoc loco* qui aeque cives — non capiebant, *ex Paulo scilicet, Q et edd.* — 12) adfuissent *cod.*, *corr. Augustinus.* — 13) *P. 156 hunc locum ita habet:* municipalia sacra vocabantur, quae ante urbem conditam (!) colebantur. — 14) magistratus *MT*. — 15) acerani *M*. — 16) civitate Romana *T*. — 17) aricina *M*, atacini *T*. — 18 agnagnini *T*.

minum definitur, qui ad civitatem Romanam ita venerunt, ut municipia essent sua cuiusque civitatis et coloniae [1], ut Tiburtes, Praenestini, Pisani [2], Urvinates [3], Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini [4], Sutrini, Locrenses [5].

P. 140 Munus significat ⟪officium⟫, cum dicitur quis munere fungi; item
F. 157 donum, quod officii causa datur. Mu[*nus — dicitur administratio*] rei publicae [6] [*magistratus alicuius aut cu*]rae imperi[*ve, quae multitudinis univer*]sae consensu [*atque legitimis in unum convenientis*] populi comit[*iis alicui mandatur per suffragia,*] ut capere eam [*eum oporteat et statim*] certove ex [*tempore . . certum usque*] ad tempus admi[*nistrare.*]

F. 158 Murrata potione usos antiquos indicio est, quod etiamnunc aediles per supplicationes dis addunt ad pulvinaria, et quod XII tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum L. 1 [7].

F. 166 Nancitor [8] in XII 'nactus erit', prenderit [9]. Item in foedere Latino: "Pecuniam quis nancitor, habeto", et: "si quid pignoris nasciscitur [10], sibi habeto".

F. 162 Nec coniunctionem — positam esse ab antiquis pro non, ut et in XII [11] est: "Ast ei custos nec escit". Item: "Si adorat furto, quod nec manifestum erit" *cett.*

F. 165 Nectere 'ligare' significat, et est apud plurumos auctores frequens; quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo: "Pontifex minor ex stramentis [12] napuras [13] nectito", id est funiculos facito, quibus sues adnectantur.

F. 165 [*Nefas*]ti dies non [14] [*fasti et notati littera N ii sunt, quibus ei,*] aput quem l[*ege agitur, fari non licet tria verba 'do dico*] addico'. Nep [15] [*nota distincti eorum hila*]riores sunt, q[*uoniam a malo omine*]

---

1) colonicae *G.* — 2) pissani *M.* — 3) urbinates *GM*, urbanites *T.* — 4) nepessimi *M.* — 5) [*sic scribendum, non* Lucenses. Th. M.] lucrenses *GM*, lutrenses *T.* — 6) reip publi . . . . . . *cod.* — 7) *P. 159 hunc locum ita habet:* Murrata potione usi sunt antiqui; sed postea adsuerunt (adfuerunt *T*) murram (*sic libri, om. Mue.*) diis (dis *G*) suis libare, ideoque XII tabulis est cautum, ne mortuo inderetur. *Cf. tom. I p. 37 tab. X, 6*^{b}. — 8) *Sic cod.; Mue.:* nanxitor *s.* nanxsitor; *fut. II pass. a verbo* nancio. *Cf. Sch. XII tab. p. 88; tom. I p. 39,1.* — 9) praenoerit *cod.* — 10) *sic cod.* — 11) *Cf. tom. I p. 24 tab. V, 7*^{b}*; p. 33 tab. VIII, 16.* — 12) extramentis *cod.* — 13) naturas *cod.* — 14) non *cod., teste Huelseno,* nom *vel* non *secundum Keilium,* not *secundum priores.* [*Ad lectionem iam stabilitam supplementa proposita* 𝔈 *1,367 mutavi.* Th. M.] — 15) *Cf. tom. I p. 41.*

liberati sunt; [*his duces ex urbe exe*]unt et in provin[*ciam proficiscuntur, sacra quoque*] instituta fiunt, [*et vota nuncupata solvi*] et aedes sacrari so[*lent*].

Negotium, quod n[on sit otium][1]. *F. 177 (P. 176)*

Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes inpediuntur, quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait. — *F. 165*

Nexum est, ut ait Gallus Aelius, quodcunque per aes et libram geritur, id quod[2] 'necti' dicitur; quo in genere sunt haec: testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio[3]. *F. 165*

Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum obligatur. *F. 165*

Ni quis scivit ⟪e⟫ centuria est, quae dicitur a Ser. Tullio rege constituta, in qua liceret ei⟪us⟫ suffragium ferre, qui non tulisset in sua, ne quis civis suffragii iure privaretur. — Sed in ea centuria neque censetur quisquam[4], neque centurio praeficitur, neque centurialis potest esse, quia nemo certus est eius centuriae. *F. 177*

Novae curiae proximae compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant veteres a Romulo factae, ubi[5] is populum et sacra in partis triginta distribuerat, ut in is ea sacra curarent; quae cum ex veteribus in novas evocarentur, septem[6] curiarum per religiones evocari non potuerunt; itaque Foriensis, Raptae, Veliensis[7], Velitiae res divinae fiunt in veteribus curis. *F. 174*

[Noxia,] ut Ser. Sulpicius Ru[*fus ait,* 'damnum' significat,][8] apud poetas autem et oratores ponitur pro 'culpa'. At[9] noxa 'peccatum' aut 'pro peccato poenam', ut Accius in Melanippo: "Tete esse huic noxae obnoxium". Item, cum lex iubet noxae dedere, 'pro peccato dedi' iubet. *F. 174*

"Numera senatum"[10] ait quivis senator consuli, cum inpedimento vult esse, quominus faciat SC., postulatque, ut aut res, quae referuntur[11], dividantur, aut singuli consulantur, aut si tot non sint senatores, quo numero liceat perscribi[12] SC. *F. 170*

---

[1] [ ] *haec ex Paulo.* — [2] *sic, non* idque *cod.* — [3] nexi dando nexi liberanto *cod.* — [4] quicquam *cod.* — [5] ube *cod.* — [6] *sic cod.;* quattuor *Aug.* — [7] vellensis *cod.* — [8] *Suppletum e P. 175:* noxia apud antiquos damnum significabat, sed a poetis ponitur pro culpa: noxa ponitur pro peccato aut pro peccati poena, cum lex iubet noxae dedere pro peccato. — [9] ad *cod.* — [10] [*requiruntur talia:* 'divide' aut 'consule' aut 'numera senatum'. Th. M.] — [11] acferuntur *cod.* — [12] praescribi *cod.*

F. 173 [Nummum ex Graeco nomismate *ex*]istimant di[ctum[1], *idemque nobis quod* νοῦμμον *illis*] valere, quia [*pecuniae nomina a Siculis accepimus, quorum*] hoc proprium est.

F. 173 Nu⟨*n*⟩cupata pecunia est, ut ait Cincius in l. II de officio iurisconsulti, ‘nomina⟨*ta*⟩, certa’, ‘nominibus propriis pronuntiata’. “Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit[2], ita ius esto”[3] id est[4] ‘uti nominarit locutusve erit, ita ius esto’. Vota nuncupata dicuntur, quae consules praetores, cum in provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas praesentibus multis referuntur. At[5] Santra l. II de verborum antiquitate satis multis ‘nuncupata’, conligit non ‘decreto[6] nominata’ significare, sed ‘promissa et quasi testificata’, ‘circumscripta’, ‘recepta’, quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius.

F. 173 Nundinas[7] feriatum[8] diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa, eumque nefastum, ne, ⟨*si*⟩[9] liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores[10].

F. 170 Nuptias dictas esse — Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis ‘obvolvatur’, quod antiqui ‘obnubere’ vocarint; ob quam causam legem quoque Praenestinam[11] iubere caput eius ‘obnubere’, qui parentem necavisset, quod est ‘obvolvere’.

F. 189 **O**biurare [‘iureiurando obstringere’][12].

L. 190 Obnectere, ‘obligare’, maxime in nuptiis frequens est.

P. 187 Obrogare est legis prioris infirmandae causa legem aliam ferre.

---

1) *P. 172:* Nummus ex Graeco nomismate dicitur. — 2) nuncupasset *cod.; em. Urs.* — 3) *Cf. tom. I p. 25 tab. VI, 1.* — 4) ita *cod.; em. Urs.* — 5) ad *cod.* — 6) de recto *cod.* — 7) *Macr. Saturn. 1,16,32—35:* Harum originem — Romulo adsignant, — sicut Tuditanus adfirmat; sed Cassius Servium — fecisse nundinas dicit, ut in urbem ex agris convenirent urbanas rusticasque res ordinaturi. — Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die — ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, — unde etiam mos, ut leges trinundino die promulgarentur. — 8) feriarum *cod.* — 9) si *add. Mue.* — 10) *Macr. l. l. 28—30:* Trebatius — ait nundinis magistratum posse manumittere iudiciaque addicere; sed contra Iulius Caesar — negat nundinis contionem advocari posse; id est cum populo agi, ideoque nundinis — haberi comitia non posse; sed lege Hortensia effectum est, ut fastae essent, uti rustici, qui nundinandi causa in urbem veniebant, lites componerent; nefasto enim die praetori fari non licebat. — 11) parens tam *cod., emend. Bergk.* — 12) [ ] *ex P. 188.*

P. 184 Obtestatio est, cum deus testis in meliorem partem vocatur; detestatio, cum in deteriorem.

F. 181 Occentassi《n》t antiqui dicebant, quod nunc 'convicium fecerit' dicimus, quod id clare et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit; quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur *cett.*[1]

F. 178 Occisum a necato distingui quidam, quod alterum a 'caedendo' atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numae Pompili regis legibus[2] scriptum esse: "Si hominem fulmen (?)[3] occisit, ne supra genua tollito".

P. 180 (Cf. F. 181) Occupaticius[4] ager dicitur qui desertus[5] a cultoribus[6] frequentari[7] propriis ab aliis occupatur.

L. 186. 189 Opima spolia dicuntur —, quae dux p. R. duci hostium detraxit, quorum tanta raritas est, ut intra annos paulo . . trina contigerint nomini Romano: una quae Romulus de Acrone, altera quae consul Cossus Cornelius de Tolumnio[8], tertia quae M. Marcellus Iovi Feretrio de[9] Viridomaro fixerunt. M. Varro ait opima spolia esse etiam[10] si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium, [*sed prima esse, quae dux duci: neque enim, quae a duce capta*[11]] non sint, ad aedem Iovis[12] Feretri poni, testimonio esse libros pontificum, in quibus sit: "Pro primis spoliis bove《m》, pro secundis solitaurilibus, pro tertiis agno publice[13] fieri debere"; esse etiam Pompili regis[14] legem opimorum spoliorum talem: "Cuius[15] auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Iovi Feretrio darier oporteat, et[16] bovem caedito, qui cepit aeris CC[17]; secunda spolia, in Martis aram in campo solitaurilia utra voluerit, caedito[18]; tertia spolia, Ianui Quirino

---

1) *Cf. tom. I p. 28 tab. VIII, 1a.* — 2) *Cf. tom. I p. 8,3 n. 4.* — 3) fulminibus *cod.;* fulmen Jovis *Mue.* — 4) *Grom. et Lachm. 138,3:* Occupatorii autem dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant —; quibus agris victor populus occupando nomen dedit. Bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos eiecerunt, publicavere; — deinde ut quisque virtute colendi quid occupavit, arcendo vicinum arcifinalem dixit. *Quo ex loco recte collegit Rudorffius, röm. Feldm. 2,252, occupaticios agros ab occupatoriis differre.* — 5) desitus *emendarunt edd.* — 6) occultoribus *M.* — 7) frequentari *additum Paulo ex F.:* Occupaticius . . [. .] à cultoribus fre . . . [ ] ri coeptus. quod in . . — 8) columnio *Q.* — 9) Iovi Feretrio de *om. Q hiatu significato.* — 10) etiam esse *R.* — 11) *hiatum signant QR. Cf. Hertzberg, Philol. 1846, 331—339.* — 12) ius *Q.* — 13) sacra *ins. R.* — 14) compelli reges *traditur.* — 15) Cuius — dato. *Sic libri: locum ad emendationem Muelleri potissimum dant etiam tom. I p. 8,4 n. 6 et n. 16—18.* — 16) darier oporteat et *hic del.* — 17) aeris CCC darier oporteat *ser.* — 18) qui cepit, aeris CC dato *ins.*

agnum marem caedito; C qui ceperit ex aere dato. Cuius auspicio capta, dis piaculum dato".

L. 198 Optima[1] lex .. in magistro populi faciendo, qui vulgo 'dictator' appellatur, quam plenissimum posset ius eius esse, significabatur[2] ut fuit Mani Valerii M. F. Volusi nepotis[3] qui primus magister populi[4] creatus est; postquam[5] vero provocatio ab eo magistratu ad populum data[6] est, quae ante non erat, desitum est adici "ut optima[1] L. 189 lege", utpote imminuto iure priorum magistrorum. — "Ut qui optima lege fuerint" adici solet, cum quidam magistratus creantur . . .

P 199 (Cf. L. 198) Orare antiqui dixerunt pro 'agere'; unde et oratores causarum actores, et oratores, qui nunc 'legati', quod rei publicae mandata 'peragerent'[7].

F. 182 (Cf. L. 185) Ordinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram et improbum, qui adsidue in litibus moraretur, ob eamque causam in 'ordine' staret adeuntium praetorem *cett.* —

L. 185 Ordo sacerdotum aestimatur deorum [*ordine, ut deus*] maximus quisque. Maximus videtur rex, dein Dialis[8], post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto pontifex maximus; — pontifex maximus[9], quod iudex atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque.

L. 197 Osculana pugna in proverbio, quo significabatur victos vincere, —. Significatur[10] etiam osculo savium[11], — quod inter cognatos propinquosque institutum ab antiquis est, maximeque feminas[12] . . .

L. 202 Ovibus duabus[13] multabantur apud antiquos in[14] minoribus delictis, ut in maioribus XXX bobus[15], nec hunc ultra numerum excedebat multatio; sed[1] posteaquam aere signato uti civitas coepit[2] pecoraque multaticia incuria[3] corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est, facta aestimatio pecoralis multae, et boves centenis assibus, oves denis aestimatae[4]. Inde suprema multa, id est maxima, appellatur tria milia aeris; item vicessis[5] minoribus delictis. (*Cf.* Maxima.)

---

[1] Opima *R.* — [2] sign. esse *R.* — [3] Volusuinae gentis *traditur.* — [4] magister a populo *traditur.* — [5] propter quam *traditur; emend. Aug.* — [6] dicta *traditur.* — [7] *Festi locum descriptores perturbarunt. Cf.* Oratores *F. 182.* — [8] deinde alus *Q.* — [9] maximoque *Q.* — [10] significat et *R.* — [11] osculum suauium *R.* — [12] *Plin. hist. nat. 14,13:* Cato, ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent, an temetum (*i. e. vinum*) olerent. Non licebat id feminis Romae bibere. Invenimus — Egnati Meceni uxorem, quod vinum bibisset —, interfectam fusti a marito, eumque caedis a Romulo absolutum. *Val. Max. 6,3,9:* non accusatore tantum sed etiam reprehensore caruit id factum. *Dion. 2,25:* οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον, — εἴ τις οἶνον εὑρεθείη πιοῦσα γυνή. (*Cf. tom. I p. 6,8.*) *Gell. 10,23,4. Don. Ter. Eun. 3,2,3.* — [13] *sic traditur;* duobus *Scalig.* — [14] in *om. QR.* — [15] maioribus ambobus (ambubus *R*) *traditur. Plin. h. n. 18,3,11:* Multatio quoque non nisi ovium boumque impendio dicebatur, non omittenda priscarum legum benivolentia. Cautum quippe est, ne bovem prius quam ovem nominaret, qui indiceret multam. *Cf. Cic. supra p. 12 n. 8 ad v.* locupletes *cit.*

Pacionem antiqui dicebant, quam nunc 'pactionem' dicimus; unde et 'pacisci'[6] adhuc et 'paco'[7] in usu remanet. *F. 250*

Paelices[8,9] nun cquidem appellantur alienis succumbentes non solum feminae sed etiam mares. Antiqui proprie eam[10] paelicem[9] nominabant, quae uxorem habenti nubebat. Cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompilio hac[11] lege: "Paelex[9] aram Junonis ne tangito; si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum feminam caedito". *P. 222*

Paribus equis, id est 'duobus', Romani utebantur in proelio, ut sudante altero transirent in siccum. Pararium aes appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. *P. 221*

Parens vulgo pater aut mater appellatur; sediuris prudentes avos et proavos, avias et proavias parentum nomine appellari dicunt[12]. *P. 221*

Parret, quod est in formulis, debuit et producta priore syllaba *F. 253*
pronuntiari et non gemino 'r'[13] scribi, ut fieret 'paret', quod est 'inveniatur' ut 'comparet', 'apparet'. Paret[14] significat 'apparebit'. *P. 221*

Parrici⟨*dii*⟩ quaestores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum. Nam parricida non utique is, qui 'parentem occidisset', dicebatur, sed qualemcunque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Numae Pompilii regis[15] his composita verbis: "Si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto". *P. 221*

"Parum cavisse videri", pronuntiat magistratus, cum de consili⟪s⟫ sententia capitis quem condempnaturus est. *F. 238*

---

[1] sed *Mue.*, quae *QR.* — [2] coepit civitas *R. Plin. l. c.:* Servius rex ovium boumque effigie primus aes signavit. *Id. 33,3,43:* Servius rex primus signavit aes; antea rudi usos Romae Timaeus tradit. Signatum est nota pecudum, unde et pecunia appellata. — [3] mulctitia (*om.* incuria) *R*, multitia aut incuria *Q.* [*Fortasse* malitia aut incuria. Th. M.] — [4] exstimatae *R.* — [5] uicesis *Q*, uicies *R.* — [6] pacisce *cod.* — [7] paceo *cod.* — [8] *Cf. tom. I p. 8,2 n. 3.* — [9] pelices — pelicem — pelex *libri.* — [10] eam proprie *T.* — [11] ac *G.* — [12] dicuntur *G.* — [13] geminorum *cod.* — [14] parret *MT.* — [15] *Cf. tom. I p. 10,12 n. 1.*

Fig. 234 Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum iam ipse ‘pater esset’, ‘habebat’ etiam tum ‘patrem’.

F. 246 [*Patres appe*]llantur, ex quibus senatus [*primum compositus; nam initio urbis*] conditae Romulus C [*viros elegit praestantissimos,*] quorum consilio atque [*prudentia res publica ad*]ministraretur: atque [*ii patres dicti sunt, quia*] agrorum partes ad[tribuerant tenuioribus[1]]

P. 247 perinde ac liberis. Patres senatores ideo appellati sunt, quia agrorum partes adtribuerant tenuioribus ac si liberis propriis.

F. 241 Patricios Cincius ait in libro de comitiis eos appellari solitos, qui nunc ingenui ‘vocentur’.

P. 221 Patricius vicus Romae dictus eo, quod ibi patricii habitaverunt, iubente Servio[2] Tullio, ut, si quid molirentur adversus ipsum, ex locis superioribus obprimerentur.

F 245 Patrimi et matrimi pueri[3] praetextati tres nubente⟨*m*⟩ deducunt, unus qui facem praefert ex spina alba, quia noctu nubebant, duo qui tenent nubentem.

F. 233 (= P 232) Patrocinia appellari coepta sunt, cum plebs distributa est inter patres, ut eorum opibus tuta esset.

F. 253 Patr[*onus a patre cur ab antiquis dictus*] sit, manifestum: quia [*ut liberi, sic etiam clientes*] numerari inter do[*mesticos quodammodo possunt*].

L. 213 (P. 212) Peculatus est nunc quidem qualecumque[4] publicum furtum, sed inductum est a ‘pecore’, ut ‘pecunia’ quoque ipsa. Iam[5] etiam noxii pecore multabantur, quia neque aeris adhuc neque argenti erat copia. Itaque suprema multa etiam nunc appellatur[6].

F. 237 Peculatus furtum publicum dici coeptus est a ‘pecore’, quia ab eo initium eius fraudis esse coepit, siquidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et XXX bovum; ea⟨*m*⟩ lege⟨*m*⟩ sanxerunt T. Menenius[7] Lanatus et P. Sestius Capitolinus cos.; quae pecudes, postquam aere signato uti coepit p(opulus) R(omanus), Tarpeia lege cautum est, ut bos centus⟨*s*⟩ibus, ovis decus⟨*s*⟩ibus aestimaretur. (*Cf.* Ovibus.)

F. 249 Peculium servorum ⟨*a*⟩ ‘pecore’ item dictum est, ut est[8] ‘pecunia’ patrum familiae.

---

1) [ ] *ex Paulo.* — 2) seruitio *GM*, seruio *T.* — 3) puero *cod.* — 4) qualemcunque *Q.* — 5) nam *Ursinus.* — 6) qua XXX boves et II oves aestimabantur *similiave exciderunt; cf. P. 144* Maximam multam. — 7) menonius *cod.* — 8) ex *cod.* [*Em. ego.* Th. M.]

Pedarium[1] senatorem[2] significat Lucilius quom ait[3]: "Agipes vocem mittere coepit"; qui ita appellatur, quia tacitus transeundo[4] ad eum, cuius sententiam probat, quid sentiat, indicat. *L. 210*

"Pedem struit", in XII significat 'fugit', ut ait Ser. Sulpicius. (*Cf.* Struere.)[5] *L. 210*

Pendere poenas 'solvere' significat, ab eo, quod aere gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant: unde etiam pensiones dictae. *P. 208*

Percunctatum patris familiae nomen ne quis servum mitteret, lege sanctum fuisse, ait Cato in ea qua⟪m⟫ legem Orciam dissuadet. *F. 242*

[*Plebeias tabernas q*]uas vocant, nos[*tra aetate V tabern*]as esse et septem ferunt [*fuisse*[6]. *Plebeias appella*]mus a genere magistratus; eas enim faciendas curaverunt M. Iunius Brutus Q. Oppius aediles pl(ebei)[7]. *F. 230*

[*Plebei magistratus dicuntur*], qui plebei scito, [*postquam plebs tributim sine patribus*] suffragium tu[*lit, rogante tribuno plebei*] sunt constitu[*ti, et aut tribuni plebei aut plebeii aediles s*]unt, qui una cum [*tribunis plebei creati sunt dissi*]dente plebe a pa[*tribus*][8]. *F. 230*

Plebeii aediles dissidente plebe a patribus sunt creati. *P. 231*

Plebeium magistratum neminem capere licet nisi qui ex plebe est. *P. 231 (Cf. F. 230)*

Plorare[9] 'flere'[10] 'inclamare' nunc significat et cum praepositione 'inplorare', id est[11] 'invocare'; at[12] apud antiquos plane 'inclamare'; in regis Romuli et Tatii[13] legibus: "Si nurus sacra divis parentum estod" in Servi Tulli haec est: "Si parentem puer verberit, ast olle plorassit, paren, puer divis parentum sacer esto." id est 'clamarit', dix ... *F. 230*

Poenas pendere in eo proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia 'penso' aere utebantur. *P. 243; cf. F. 242*

---

[1] *Cf. Gellius 3,18.* — [2] *post* senatorem *hiatum indicat R.* — [3] quom ait *om. R. hiatum indicans.* — [4] traheseundo *QR.* — [5] *Cf. tom. I p. 18,2.* — [6] *Liv. 26,27,2:* eodem tempore (*a. 544*) VII tabernae, quae postea V, et argentariae, quae nunc novae adpellantur, arsere. — [7] *Sic restituit Mo., Forschungen 1,193; aliter Mue.* — [8] [*Supplementa mutavi.* Th. M.] — [9] *Cf. tom. I p. 7,13 n. 6, ubi locum Mo. sic restituit:* in regis Romuli et Tatii legibus haec est: "si parentem puer verberit, 'ast olle plorassit' parens, puer divis parentum sacer estod, id est clamarit. adicitur: si nurus, sacra divis parentum estod" in Servi Tulli. — [10] inclamare *delet Mue.* — [11] [id est *del.* Th. M.] — [12] *sic cod.* — [13] latii *cod.*

F. 253 Pollucere[1] merces [*quas cuivis deo*[2]] liceat, sunt far, polenta, vinum, — pisces, quibus est squama, praeter scarum[3] *cett.*

F. 253 Popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt, nec certis familiis adtributa[4] sunt: Fornacalia, Parilia, *cett.*

F. 233 Populi com[*itia dicuntur, cum patres*] cum plebe suffragium [*ferunt; populus enim*] ex patribus et plebe [*constat. E contrario*] cum plebes sine patri[*bus a suo magistratu rogatur,*] quod plebes scivit, pleb[*iscitum est: plebs enim cum*] appellatur, patrum commu[*nio*[5] *excluditur*][6].

F. 233 Portum in XII pro 'domo' positum omnes fere consentiunt: "Cui testimonium defuerit, ⟪h⟫is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito". (*Cf.* Vagulatio.)[7]

F. 249 [*Posime*]rium esse ait Antistius [—] ficalis 'pomerium', id est l[*ocum pro muro, ut ait*] Cato. Olim quidem omn[*em urbem comprehendebat praeter Aven*]tinum, nunc etiam intra ae[*dificia comprehenditur, etest muro proximum*] quasi 'promoerium'[8]. Solet au[*tem iis solis dari*] ius[9] pomerii proferendi, [*qui populum Romanum agro*
P. 248 *de hostibus capto auxerunt. cett.*] Posimerium[10] pontificale pomoerium, ubi pontifices auspicabantur; dictum autem 'pomoerium' quasi 'promurium'[11] id est 'proximum muro'.

F. 233 Possessio[12] est, ut definit Gallus Aelius, usus quidam agri aut aedifici, non ipse fundus aut ager; non enim possessio est [*e*][13] rebus quae tangi possunt [*nec suum*][14], qui dicit se possidere, ⟪h⟫is vere potest dicere. Itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui[15] possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut praetor his verbis utatur: "Uti nunc possidetis eum fundum[16], q(uo) d(e) a(gitur), quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis; adversus ea vim fieri veto"[17].

---

[1] *Cf. lex Numae 5 (tom. I p. 9).* — [2] *hiat codex; explevit hiatum Mue.* — [3] squatum *cod.* — [4] abtributa *cod.* — [5] como . . . . *cod.* — [6] *Sic restituit Mo., Forschungen 1,170 n. 7; aliter Mue.* — [7] *Cf. tom. I p. 20 tab. II, 3.* — [8] *sic cod.* — [9] rus *cod.* — [10] posimirium *GM.* — [11] promorium *M.* — [12] *De hoc et sequenti loco scripsit Huschke, üb. d. Stelle d. Varro v. d. Lic. p. 75—116.* — [13] *Deficiunt in hiatu cod. litterae duae pluresve.* — [14] [*Hiatum codicis explevi ego verbis* nec suum; neque *proposuit Cuiacius, quo retento mox pro* his uere *Huschkius scribi iussit* is suam rem. Th. M.] — [15] ex his qui] ex iure Quiritium *compendiis male solutis scribendum esse existimat Huschkius.* — [16] *In D. 43,17,1:* Uti eas aedes. — [17] quo minus ita possideatis vim fieri veto *D. l. c. et Gaius 4,160.*

Possessiones appellantur agri late patentes[1] publici privatique, F. 241 quia[2] non mancipatione sed usu tenebantur et ut quisque[3] occupaverat, colidebat[4].

Post liminium receptum Gallus Aelius in libro primo signi- F. 218 ficationum, quae ad ius pertinent, ait esse eum, qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo iure, quod constitutum est de postliminis; item qui[5] servos a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos redit in eius potestatem, cuius antea fuit, iure postlimini; equi et muli et navis eadem ratio est post liminium receptionis quae[6] servi. Quae genera rerum ab hostibus ad nos post liminium redeunt, eadem genera rerum a nobis ad hostis redire possunt. Cum populis liberis et cum foederatis et cum regibus postliminium nobis est ita uti cum hostibus; quae nationes in dicione[7] nostra sunt, cum his[8] [*postliminium non est*]. Post liminium[9] receptus dicitur is[10], qui extra P. 219 limina, hoc est terminos provinciae, captus fuerat, rursus ad propria revertitur.

Potitus servitu[*te* . . . . .] qui, ut ait Labeo, servitu[*tem servit.* —] F. 250

Praefecturae eae appellabantur in Italia, in quibus et ius dice- F. 233 batur et nundinae agebantur; et erat quaedam earum r(es) p(ublica), neque tamen magistratus suos habebant; in quas[11] legibus praefecti mittebantur quodannis, qui ius dicerent. Quarum[12] genera fuerunt duo; alterum, in quas solebant ire praefecti quattuor, ⟨*qui*[13]⟩ viginti sex virum numero[14] populi suffragio creati erant, in haec oppida: Capuam, Cumas, Casilinum, Volturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam[15]; alterum; in quas ibant, quos praetor urbanus quodannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos,

---

[1] *Plin. hist. nat. 18,6,35:* Latifundia perdidere Italiam, iam vero et provincias. Sex domini semissem Africae possidebant, cum interfecit eos Nero princeps. *Cic. de off. 2,21,73*: Philippus —, cum legem agrariam ferret, — in agendo multa populariter, tum illud male: non esse in civitate duo milia hominum, qui rem haberent. — 2) *sic cod.* — 3) *sic,* quisquam *cod.* — 4) colebat *Niebuhr,* possidebat *Ursinus. Cf. Isid. non orig. 15,13,3.* — 5) itemque — 6) reciptum isquae *cod.* — 7) opinione *cod.* dicione arbitratu ospicione nostro *Hase, postliminium p. 39.* — 8) *Post* cum his *hiatum non indicant codices.* — 9) postliminum *T.* — 10) [*pro* is *malim* si. Th. M.] — 11) in qua his *cod.* — 12) *sic, non* quorum, *cod.* — 13) [qui *om. cod., addidi ego.* Th. M.] — 14) num pro *cod.* — 15) calatium *cod.*

Formias, Caere, Venafrum[1], Allifas[2], Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum aliaque conplura.

P. 224 Praeiurationes facere dicuntur[3] hi, qui ante alios conceptis[4] verbis 'iurant'; post quos in eadem verba iurantes[5] tantummodo dicunt: "idem in me".

F. 249 Praerogativae centuriae⟪s⟫ dicuntur, ut docet Varro rerum humanarum l. VI, quo rus[*tici*][6] Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere possent; Verrius probabilius iudicat esse, ut cum essent designati a praerogativis, in sermonem res veniret populi de dignis indignisve et fierent ceteri diligentiores ad suffragia de his ferenda.

P. 223 Praes est is[7], qui populo se obligat interrogaturque[8] a magistratu, si praes sit, ille respondet[9]: praes. (*Cf.* Manceps.)

F. 246 Praeteriti senatores quondam in opprobrio non erant, quod, ut reges sibi legebant sublegebantque, quos in consilio publico haberent, ita post exactos eos consules quoque et tribuni[10] militum consulari potestate coniunctissimos sibi quo⟨*s*⟩que[11] patriciorum et deinde plebeiorum legebant, donec Ovinia tribunicia intervenit, qua sanctum est, ut censores ex omni ordine optimum quemque curiati⟨*m*⟩[12] in senatu⟨*m*⟩ legerent; quo factum est, ut qui praeteriti essent et loco moti, haberentur ignominiosi.

F. 241 Praetor ad portam nunc salutatur ⟪h⟫is, qui in provinciam[13] pro praetore aut pro consule exit; cuius rei morem ait fuisse Cincius in libro de consulum potestate talem: Albanos[14] rerum potitos usque ad Tullum regem; Alba deinde diruta usque ad P. Decium[15] Murem cos. populos Latinos ad caput Ferentinae[16], quod est sub monte Albano, consulere solitos et imperium communi consilio administrare. Itaque quo anno[17] Romanos imperatores[18] ad exercitum mittere oporteret, iussu nominis Latini conplures nostros in Capitolio a sole

---

1) uenaerum *cod.* — 2) allieas *cod.* — 3) dicunt *M.* — 4) conceptus *M.* — 5) iurantis *GM*, iurantes *T.* — 6) quaerus .... *cod.* [*Magis crediderim sic fere fuisse:* quae ante reliquas suffragium ferebant equitum Romanorum, ut rustici. Th. M.] — 7) his *G.* — 8) *sic libri*, interrogatusque *edd.* — 9) respondit *GM*, respondet *T.* — 10) tribunos *cod.; emend. Aug.* — 11) *emend. Urs.* — 12) *emend. Urs.* — 13) *sic, non* provincia, *cod.* — 14) albanus *cod.* — 15) at poectum *cod.; emend. Urs.* — 16) capudoetentinae *cod.; emend. Urs.* — 17) [*scr.* quando. Th. M.] — 18) impr̄s *cod.*

oriente auspicis operam dare solitos. Ubi aves addixissent, militem
illum, qui a communi Latio missus esset, illum, quem aves addixerant,
praetorem salutare solitum, qui eam provinciam optinerent praetoris
nomine.

Priscae Latinae coloniae appellatae sunt, ut distinguerent⟨*ur*⟩ *F. 241*
a novis[1], quae postea a populo dabantur.

Prisci Latini proprie appellati[2] sunt hi, qui 'priusquam' conderetur *P. 226*
Roma fuerunt[3].

[*Privato sumptu*] se alebant mili[*tes Romani, antequam stipendia*] *F. 234*
mererentur, quod in [*consuetudine mansit paene ad id*] tempus, quod
fuit pau[*lo ante quam Roma urbs*] capta est a Gallis; [*postea enim
nisi publico stipendio m*]ilites non fiebant. Privato sumptu se *P. 235*
alebant milites Romani paene ad id tempus, quo Roma capta est
a Gallis.

Privos privasque antiqui dicebant pro 'singulis'; ob quam causam *P. 226*
et 'privata' dicuntur, quae uniuscuiusque sint; hinc et 'privi'legium
et 'priv'atus *cett.*

"Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur, vir, qui eam incestavisset, *F. 241*
verberibus necaretur"[4], lex, fixa in atrio Libertatis, cum
multis alis legibus incendio consumpta est, ut ait M. Cato in ea
oratione, quae de auguribus inscribitur. *cett.*

"Pro" censu classis iuniorum Ser. Tullius cum dixit in discriptione *F. 246*
centuriarum, accipi debet 'in' censu, ut ait M. Varro in l. VI rerum
humanarum, sicuti 'pro' aede Castoris, 'pro' tribunali, 'pro' testimonio.

Procincta[5] clas[*sis dicebatur exercitus ad*] proelium instructus *F. 249*
et pa[*ratus, quem Diali flamini vi*]dere non licet: ant[*iqui enim
procinctum hominem*] dixerunt, ut nunc quoque [*dicitur, qui ad
agendum expedi*]tus est. Procincta autem [*toga Romani olim*] ad
pugnam ire solit[*i sunt; unde et testamen*]ta in procinctu fieri [*dicuntur,
quia ante puguam fiunt*]. Procinctam classem, id est paratam *P. 248*
ad bellum militum multitudinem, Diali flamini videre non licuit.

Procincta classis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino *P. 225* cinctu confestim pugnaturus; vetustius[1] enim fuit multitudinem hominum, quam navium, classem appellari.

---

[1] nobis *cod.* — [2] dicti *T.* — [3] [*VII cf. p. 15 n. 13.*] — [4] *Liv. 22, 57,2:* duae Vestales eo anno (*u. c. 538*), Opimia et Floronia, stupri compertae, altera sub terra, ut mos est, ad portam Collinam necata, altera sibimet ipsa mortem consciverat. L. Cantilius scriba pontificius, qui cum Floronia stuprum fecerat, a pontifice maximo eo usque virgis in comitio caesus est, ut inter verbera expiraret. *Cf. Suet. Dom. 8 et infra v.* Sceleratus. — [5] *Cf. supra v.* Opima *et tom. I p. 8,4 et n. 6.*

P. 225 Procitum testamentum dicebatur velut 'procitum'[2], 'provocatum', id est 'irritum ac ruptum'. *(Cf. P. 225 v.* Procitant.)

F. 249 Procum patricium in discriptione classium[3], quam fecit Ser. Tullius, significat 'procerum'; i[4] enim sunt principes. Nam 'proci' dicuntur, qui poscunt aliquam in matrimonium, Gr⟨*a*⟩ece ⟨μ⟩νηστῆρες. Est enim 'procare' poscere, ut cum dicitur in iudice conlocando 'si alium procas', 'nive eum procas', hoc est 'poscis'; unde etiam meretrices 'procaces'.

F. 229 Produit, 'porro dederit', ut est in lege censoria: "Porticum sartam tectamque habeto, prodito". Alias 'prodiderit'. *(Cf.* Sarte.)

F. 234 Prohibere comitia dicitur 'vitiare diem morbo', qui vulgo quidem maior⟪e⟫, ceterum ob id ipsum 'comitialis' appellatur. Cato in ea oratione quam scribsit de sacrilegio[5] commisso: "Domi cum auspicamus, honorem me dium[6] immortalium velim habuisse. Servi, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem servo aut ancillae dormienti evenit, quod comitia prohibere solet, ne is quidem mihi vitium facit".

P. 226 Proletarium 'capite censum' dictum, quod ex his civitas constet, quasi 'prolis'[7] progenie; iidem et proletanei.

F. 234 "Pro scapulis" cum dicit Cato, significat 'pro iniuria verberum'; nam conplures leges erant in cives rogatae, quibus sanciebatur poena verberum. His significat prohibuisse se[8] multos suos civis in ea oratione, quae est contra M. Caelium: "si em percussi, saepe[9] incolumis abii; praeterea pro re p(ublica), pro scapulis atque aerario multum r(ei) p(ublicae) profui⟪t⟫".

P. 224 Promulgari leges dicuntur, cum primum in vulgus eduntur, quasi 'provulgari'.

P. 226 Provinciae appellantur, quod populus Romanus eas 'provicit', id est 'ante vicit'.

F. 246 Publica pondera [*ad legitimam normam exacta fuisse*] ex ea causa Iunius in [. . . *colligi*]t, quod duo Silii[10], P. et M., trib(uni) pleb(is), rogarint his verbis: "Ex ponderibus publicis *cet.*"[11]

---

[1] vetustius *G*, uetustus *M*. — [2] *sic libri.* — [3] ceassium *cod.* — [4] . i . *cod.* — [5] sacrificio *Mue.* — [6] deum *Mue.* — [7] proles; *emend. Hu., Ser. Tull. p. 187.* — [8] hic significat prohibusse *cod.* [*Emend. ego.* Th. M.] — [9] [*Scr.* hostem percussi saepe, saepe. Th. M.] — [10] silli *cod.* — [11] *Legem Siliam damus tom. I p. 46.*

F. 245 Publica sacra, quae publico sumptu pro populo fiunt, quaeque pro montibus pagis curis sacellis; at[1] privata, quae pro singulis hominibus familiis gentibus fiunt.

F. 238 Publicius clivus appellatur, quem duo fratres L. M. Publici Malleoli[2], aediles cur(ules), pecuaris[3] condemnatis ex pecunia, quam ceperant[4], munierunt, ut in Aventinum vehiculi hel (?) venire[5] possit.

F. 250 (P. 251) Puri, probi, profani, sui auri dicitur in manumissione sacrorum causa: ex quibus puri significat, quod in usu spurco[6] non fuerit; probi, quod[7] recte excoctum purgatumque[8] sit; profani, quod sacrum non sit et quod omni religione solutum sit; sui, quod alienum non sit.

F. 258 Quaestores [*dicebantur, qui quaererent de rebus*] capitalibus, unde [*iidem etiam . . quaestores parri*]cidi appellantur.

P. 259 Quadriplatores dicebantur, qui eo quaestu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.

F. 258 [*Quando*] — in XII quidem cum c littera ultima scribitur[9].

P. 259 (Cf. F. 258) "Quandoc[10] rex comitiavit fas" in fastis notari solet, et hoc videtur significare, quando rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit. "Quandoc[10] stercus delatum fas", eodem modo in fastis notatur dies, quo stercus purgatur ab aede Vestae[11].

F. 261 "Qui hoc censetis, illuc transite, qui alia omnia, in hanc partem"; his verbis praeit[12] ominis videlicet causa, ne dicat 'qui non censetis'.

F. 261 Quin[*quennales in colonis appella*]bantur, qui lustrum con[*derent quinto quoque anno, a quo nomin*]ari coeptos.

F. 254 "Qui patres, qui conscripti" vocati sunt in curiam, quo tempore regibus urbe⟪m⟫ expulsis P. Valerius cos. propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum senatorum C et LX et IIII, ut expleret numerum senatorum trecentorum, et duo genera appellata sunt[13]. (*Cf.* Allecti. Conscripti[14].)

---

1) ad *cod.* — 2) malteoli *cod.* — 3) pe . . . uaris *cod.* — 4) coeperat *cod.* — 5) *sic cod.;* vehiculis Vel(ia) *emend. Urs.*, veniri *Scal.*, possint *Aug.* — 6) porco *cod.;* spurco (sporco *G*) *Paulus.* — 7) *sic, non* probique, *cod.; cf. Paulus.* — 8) *sic, non* pugnatumque, *cod.* — 9) [*Intellegi* quandoc *hodie constat. Mo. tom. I p. 40,2.*] — 10) quandoc *utroque loco GM.* — 11) *Cf. Festus v.* quando; *tom. I p. 40,2; Varro l. l. 6,31. De restituendis huius loci reliquiis v. Mue. et Mo.* 𝔈 *1,367.* — 12) *sic, non* perit, *cod.* — 13) appellaret esse *cod.* [*Requiritur* appellare ita coepit *similiave.* Th. M.] — 14) *Liv. 2,1,11. Dion. 5,13. Schwegler, röm. Gesch. 2,144.*

F. 254 [*Quiris vocabulum*] . . . . . uli singulare usur[*pabatur olim, ut indicio*] est preco, qui in funeris [*indictione ita pronuntiare solet:*] "Ollus[1] Quiris leto datus".

F. 261 "Quot servi tot[2] hostes" in proverbio est, de quo Sinnius Capito existimat, — esse dictum initio 'quot[3] hostis, tot servi', ⟨*quod*⟩[4] tot captivi fere ad servitutem adducebantur, *cett.*

F. 274 **R** duobus in conpluribus orationibus, cum de actis disseritur[5] cuius[6], etiam perscribi solet, id est 'rationum relatarum', quod his tabulis docentur iudices, quae publice data atque accepta sint[7].

F. 273 Radere g[*enas vetitum est in*] lege XII[8], id est 'unguibus [*lacerare malas*]'.

F. 289 (= P. 288) Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut, si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virum traditur[9], quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit.

F. 282 Recepticium servum Cato in suasione legis Voconiae cum ait, significat, 'qui ob vitium redhibitus sit': "ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet".

F. 274 Recinium omne vestimentum quadratum ii[10], qui XII[11] interpraetati sunt, esse dixerunt: V*errius* toga*m*, *qua* mulieres[12] utebantur, praetextam[13] clavo purpureo.

F. 274 Reciperatio est, ut ait Gallus Aelius, cum inter populum et reges nationesque et civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, resque privatas inter se persequantur.

F. 274 Reciprocare pro 'ultro citroque poscere' usi sunt antiqui, quia 'procare' est 'poscere' *cett.* (*Cf.* Procum.)

F. 270 Redemptores proprie atque antiqua consuetudine dicebantur, qui, cum quid publice faciendum ⟨*a*⟩ut praebendum conduxerant[14] effecerantque, tum demum pecunias accipiebant; nam antiquitus

---

1) illius *cod.* — 2) quod servitute *cod.* — 3) quod *cod.* — 4) quod *inseruit Mue.* [*Potius scr.* quod captivi *pro* tot captivi. Th. M.] — 5) disserti *cod.* — 6) [*Excidisse videntur talia:* adnotari vel. Th. M.] — 7) *Publicarum rationum tabulae in iudiciis publicis circumferebantur iudicibus inspiciendae. Cic. p. Balbo 5,11. ad Att. 1,16,4.* — 8) *v. tom. I p. 36 tab. X, 4.* — 9) *sic et cod. et Paulus;* trahitur *Mue.* — 10) hi *cod.* — 11) *v. tom. I p. 36 tab. X, 3.* — 12) vir toga mulieres *cod.; emend. Lipsius.* — 13) praetextum *cod.* — 14) condixerant *cod.*

'emere' pro 'accipere' ponebatur. At hi nunc dicuntur redemptores, qui⟪c⟫ quid conduxerunt praebendum utendumque. (cf. Abemito.)

F. 278 Relegati dicuntur proprie, quibus ignominiae aut poenae causa necesse est ab urbe Roma aliove quo loco abesse 'lege⟪s⟫' senat⟪u⟫i⟪q⟫ve consulto aut edicto magistratu⟪u⟫s, ut etiam Aelius Gallus indicat.

F. 278 Religiosus est non modo deorum sanctitatem magni aestimans[1] sed etiam officiosus adversus homines; dies autem religiosi, quibus nisi quod necesse est nefas habetur facere, quales sunt sex et triginta atri qui appellantur, et Alliensis[2], atque ii[3], quibus mundus patet. ⟨*Religiosum ait*[4]⟩ esse Gallus Aelius, quod homini ita facere non liceat, ut, si id[5] faciat, contra deorum voluntatem videa⟪n⟫tur facere. Quo in genere sunt haec: in aedem Bonae deae virum introire; adversus auspicia[6] legem ad[7] populum ferre, die nefasto apud praetorem lege agere. Inter sacrum autem et sanctum et religiosum differentias bellissime refert: sacrum aedificium consecratum deo, sanctum murum qui sit circum oppidum, religiosum sepulcrum, ubi mortuus sepultus aut humatus sit satis constare ait; sed item ratione[8] quadam et temporibus eadem videri posse, si quidem quod sacrum est, idem lege aut instituto maiorum sanctum esse putat, ut[9] violari id sine poena non possit. Idem religiosum quoque esse, quoniam[10] sit al⟨*i*⟩quid, quod ibi homini facere non liceat; quod si faciat, adversus deorum voluntatem videatur facere. Similiter de muro et sepulcro debere observari, ut eadem et sacra et sancta et religiosa fiant, sed quo modo ⟪quod⟫ supra expositum est, cum de sacro diximus.

F. 289 Religiosum ac[11] sacrum est, ut templa omnia atque aedes, quae etiam sacratae dicuntur; at[12] quod per se religiosum est, non utique [*sacrum est, ut sepulcra*], quod ea non [*sacra, sed religiosa sunt*].

F. 281 Reluere, 'resolvere', 'repignerare'. Caecilius in Carine: "Ut aurum et vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipsi opposuit[13] pignori".

F. 277 Remancipatam Gallus Aelius esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum convenerit.

---

[1] [*VII cf. F. 289 sub v.* Receptus: Religiosi dicuntur qui faciendarum praetermittendarumque rerum divinarum secundum morem civitatis dilectum habent nec se superstitionibus inplicant.] — [2] alii senes *cod.* — [3] hi *cod.* — [4] ait *ins. Urs.* — [5] si id] sud *cod.* — [6] mysticiae *cod.; emend. Aug.* — [7] id *cod.* — [8] [item ratione *ego*, ita portione *cod.* Th. M.] — [9] putat ut] putant *cod.* — [10] qui non iam *cod.* — [11] [*fortasse* aeque. Th. M.] — [12] ad *cod.* — [13] ipsa opposivit *Mue.*

F. 277 Ren[*ancitur* .. *sig*]nificare ait 'rep[rehenderit; unde adhuc nos]'[1] dicimus 'nanciscitur', [*et* 'nanctus', id est adeptus][1].

P. 276 Renancitur significat 'reprehenderit', unde adhuc nos dicimus 'nanciscitur' et 'nanctus', id est 'adeptus'.

P. 283 Res conperendinata significat iudicium in tertium diem constitutum[2].

F. 281 Resignare antiqui pro 'rescribere' ponebant, ut adhuc 'subsignare' dicimus pro 'subscribere' *cett.*

F. 285 (Cf. P. 284) Resignatum aes dicitur militi, cum ob delictum aliquod iussu tr(ibuni) militum[3] in tabulas refertur; '⟪re⟫signare' enim antiqui pro 'scribere' interdum ponebant.

F. 273 Reus nunc dicitur, qui causam dicit, et item qui quid promisit spo⟨*po*⟩nditve ac debet; at Gallus Aelius l. II significationum[4] verborum quae ad ius pertine⟨*n*⟩t ait: "Reus est, qui cum altero litem contestatam habet, sive ⟪h⟫is egit sive cum eo actum est. Reus stipulando est idem, qui stipulator dicitur quive[5] suo nomine ab altero quid stipulatus est[6], non ⟪h⟫is qui alteri adstipulatus est. Reus promittendo est, qui suo nomine alteri quid promisit qui⟨*ve*⟩ pro altero quid promisit". At Capito Ateius[7] in eadem quidem opinione est, sed exemplo adiuvat interpretationem; nam[8] in secunda tabula secunda lege, in qua scriptum est: "quid horum fuit unum[9] iudici arbitrove reove, eo dies diffissus[10] esto'[11], hic uterque, actor reusque[12], in iudicio 'reus'[13] vocatur, itemque accusator de via citur[14] more vetere et consuetudine antiqua.

F. 289 Reus cum pro u[*troque ponatur, ut ait*] . . . nius in eo qu[*i aut di*]cit pro se a[*ut contra te agit, uterque sacramen*]to tuo uti [*potest*].

F. 289 Ritus est mos conprobatus in administrandis sacrificiis.

F. 265 Rodus vel 'raudus' significat rem 'rudem' et inperfectam[15]; nam 'saxum' quoque 'raudus' appellant poetae. — Vulgus quidem in usu

---

1) [*haec ex Paulo*]. — 2) iudicium tertium constitutum *M.* — 3) ne stipendium ei detur *inserit Paulus.* — 4) significationem *cod.* — 5) quippe *cod.* — 6) quibus pepulatus est *cod.* [*Immo scr.* quippe suo nomine ab altero qui stipulatus est. Th. M.] — 7) at capiton actus *cod.* — 8) numa *cod.* — 9) *sic cod.*, vitium *Cuiacius.* — 10) die diffensus *cod.* — 11) *Cf. tom. I p. 20 tab. II, 2.* — 12) esto nunc uterque actorum reiquae *cod.; emend. Aug. et Mue.* — 13) reus] *Augustinus*, me *cod.* — 14) de vi accitur *cod., emend. Scal.* [*videtur fuisse:* nunc uterque actor et qui in iudicium vocatur itemque accusator reus dicitur. Th. M.] — 15) inperfictam *cod.*

habuit non modo pro aere inperfecto, — sed etiam[1] signato, quia in mancipando, cum dicitur “rudusculo libram ferito”, asse tangitur libra. —

F. 266 Rogatio est, cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus, quod non ad omnis pertineat, et de una pluribusve rebus, de quibus non omnibus sanciatur: nam quod in omnis homines resve populus ⟨*s*⟩civit, lex appellatur. Itaque Gallus Aelius ait: “inter legem et rogationem hoc interest: rogatio est genus legis: quae lex, non continuo ea rogatio est; ⟨*rogatio*⟩ non potest non esse lex, si modo iustis comitiis rogata est.”

F. 265 Rupitias in XII[2] significat ‘damnum dederit’.

F. 262 Ruta caesa dicuntur, quae venditor possessionis sui usus gratia concidit ruendoque extraxit[3].

F. 318 Sacer mons appellatur trans Anienem, paulo ultra tertium miliarium, quod eum plebes, cum secessisset a patribus, creatis tr(ibunis) plebis qui sibi essent auxilio, discedentes ‘Iovi’ consecraverunt. At homo sacer is est, quem populus iudicavit ob maleficium; neque fas est eum immolari, sed qui occidit, parricidi non damnatur[4]; nam lege tribunicia prima cavetur: “si quis eum, qui eo plebei scito sacer sit, occiderit, parricida ne sit” ex quo quivis homo malus atque improbus ‘sacer’ appellari solet. Gallus Aelius ait sacrum esse, quodcumque more[5] atque instituto civitatis ‘consecratum’ sit, sive aedis sive ara sive signum sive locus[6] sive pecunia sive quid aliud, quod dis dedicatum atque consecratum sit; quod autem privati⟪s⟫ suae religionis causa aliquid earum rerum deo dedicent, id pontifices Romanos non existimare sacrum. At si qua sacra privata succepta sunt, quae ex instituto pontificum stato die aut certo loco facienda sint, ea sacra appellari tamquam sacrificium. Ille locus, ubi ea sacra privata facienda sunt, vix videtur sacer esse.

F. 344 Sacramento dicitur, quod [*iuris iurandi sacratio*]ne interposita

---

1) pro *ins. Mue. contra cod.* — 2) *Sic codex; scribendum* rupsit in XII; *cf. tom. I p. 30 tab. VIII, 5. Paulus p. 264:* rupitia damnum dederit significat. — 3) contraxit *cod.; emend. Aug.* — 4) *Macr. sat. 3, 7, 5:* hoc loco non alienum videtur de condicione eorum hominum referre, quos leges sacros esse certis diis iubent, quia non ignoro quibusdam mirum videri, quod, cum cetera sacra violari nefas sit, hominem sacrum ius fuerit occidi; cuius rei causa haec est *cet.* — 5) quocumque modo *cod., emend. Lachmann.* — 6) locum *cod.*

actum [*est; unde quis sacramen*]to dicitur interrogari, quia [*iusiurandum interponitur. Cato i*]n Q. Thermum de X [*hominibus: "Atque etiam ad*]erant, ne mala [*fide appareret*] scelera nefaria fie[*ri, poscentes, ut sacrame*]nto traderentur[1], lege aest[*imarentur".*]

P. 345 **Sacramentum** dicitur, quod iurisiurandi sacratione interposita geritur.

F. 344 **Sacramentum** aes significat, quod poenae nomine penditur, sive eo quis interrogatur, sive contendit[2]; id in aliis rebus quinquaginta assium est, in alis rebus quingentorum inter eos, qui iudic(io) inter se contenderent. Qua de re lege L. Papiri tr(ibuni) pl(ebis) sanctum est his verbis: "Quicumque praetor posthac[3] factus erit, qui inter cives ius dicet, tres viros capitales populum rogato, hique tres viri [*capitales*] quicumque [*posthac fa*]cti erunt sacramenta ex[*igunto*] iudicantoque, eodemque iure sunto, uti ex legibus plebeique scitis exigere iudicareque esse esseque oportet"[4]. Sacramenti autem nomine id aes dici coeptum est, quod et propter aerari inopiam et sacrorum publicorum multitudinem consumebatur id in rebus divinis.

F. 318 **Sacratae** leges sunt, quibus sanctum est, qui《c》quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum sit cum[5] familia pecuniaque[6]. Sunt qui esse dicant sacratas, quas plebes iurata in monte sacro sciverit[7].

P. 319. (Cf. F. 318) **Sacrificulus** rex appellatus est qui ea sacra, quae reges facere assueverant, fecisset[8].

F. 318 **Sacrosanctum** dicitur, quod iureiurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte poenas penderet; cuius generis sunt tr(ibuni) pl(ebis) aedilesque eiusdem ordinis[9]; quod adfirmat M. Cato in ea, quam scripsit, aedilis plebis sacrosanctos esse.

F. 321 (Cf. P. 320) **Sagmina** vocantur verbenae, id est herbae purae, quia ex loco 'sancto' arcessebantur[10] a consule praetoreve, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum; vel a ‘sanciendo’, id est ‘confirmando’. Naevius: “Iovis sacratum ius[1] iurandum sagmine.”[2]

---

[1] traderetur *cod. Cf. Mue. in adnot. p. 411.* — [2] *Ita Mo. pro* contenditur. — [3] posthoc *cod.* — [4] *v. tom. I p. 47 n. 4.* — [5] sit cum] sicut *cod.* — [6] *Liv. 2,8,1.2:* Latae — leges (a Valerio Poplicola) — de — sacrandoque cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset. *Liv. 3,55,7:* sanciendo: ut qui tribunis plebis, aedilibus, iudicibus decemviris nocuisset, eius caput Iovi sacrum esset, familia ad aedem Cereris, Liberi Liberaeque venum iret. — [7] *Liv. 2,33,3:* Sunt, qui duos tantum in sacro monte creatos tribunos esse dicant ibique sacratam legem latam. — [8] facit *Festus.* — [9] *Cf. supra n. 6.* — [10] arcebantur *cod. itemque Paulus.*

F. 302 Saltum Gallus Aelius l. II significationum, quae ad ius pertinent, ita definit: ‘Saltus est, ubi silvae et pastiones sunt, quarum causa casae quoque; si qua particula in eo saltu pastorum aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen saltus[3] non magis quam fundi, qui est in agro culto et eius causa habet aedificium, si qua particula in eo habet silvam.’

F. 348 Sanates dicti sunt, qui supra infraque Romam habitaverunt; quod nomen his fuit, quia, cum defecisse⟨*n*⟩t a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam, quasi ‘sanata mente’. Itaque in XII[4] cautum est, ut idem iuris esset sanatibus quod forctibus, id est ‘bonis’ et qui nunquam defecerant a p(opulo) R(omano).

F. 321. 322 [*Sanates quasi sana*]ti appella[*ti, id est sanatae mentis. Ser.*] Sulpicius . . . et Opiliu[*s*[5] . . *ita existimant*] dici inferio[*ris superiorisque loci populos,*] ut Tiburte[*s supra Romam, aliosque qui cum*] populo Tibur[*ti convenerant in agro*] Tiburti ide[*mque ad se maritimos quosdam infe*]riorisque loc[*i populos perduxerant. Hinc*] in XII: “Nex[*i mancipique*][6] forti sanati[*que*[7] *idem ius esto,*]” id est bonor[*um et qui defecerant sociorum. Sunt,*] qui et inf[*eriores dici putant colonias,*] quae sunt [*deductae in pris*]cos Latinos, [*quas Tarquinius rex in*]egerit secundum [*mare . . in*]fra Romam in c[8][*ivitates Latinorum*], eosque sanati[*s, quod Priscus*] praeter opinio[*nem eos*

---

1) Iovis sacratum ius] ius sacratum Iovis *cod.* — 2) *Apud Paulum p. 320 affertur versus Naevii hic:* scopas (scapas *G*, scapos *MT*) atque verbenas sagmina sumpserunt. — 3) saltui *cod.* — 4) *v. tom. I p. 19 tab. I, 5.* — 5) oppillu . . *cod.* — 6) *Litteras* nex *non cum Mue. aliisque omnibus de nexo solutis esse intellegendas, sed de nexu et mancipio primus vidit Hu. (Nexum 250). Uni Hoffmanno (Ges. v. d. Forct. u. San. p. 43) hoc displicuit qui quod supplet:* nex[o mancipatoque ac] forti sanati[que idem iuris esto], *tam a re ipsa quam ab usu dicendi abhorret. Forctos enim et sanates non tertio cuidam, sed inter se ipsos lege exaequatos esse, ex altero Festi de sanatibus loco intellegitur, neque unquam is, qui* in mancipio est, *simpliciter* mancipatus *appellatur. Supplevimus itaque locum ex XII tabulis sic ut suasit Huschkius, cum Mue. dedisset* nex[i solutiue ac] forti *cett. Praeterea supplementa antiqua fere ut accepimus repetivimus, quamvis parum firma esse omnia pateat. Cf. Hu. Nex. 255. Schwegler, R. G. 3,5. Mo. R. G. 1,100. Voigt, ius nat. 4,266. Kuntze, instit. 2,116. Schoell, XII tab. 71.117.* — 7) Forti *casum genetivum, non dativum esse e fine huius loci et v.* Horctus *cum intellegatur,* sanatis, *non* sanati, *legendum est.* — 8) in c *vel* m *cod.*

debellavis]set sanavisse[*tque*[1] *ac cum iis pa*]cisci potuisset, no[*minatos esse, ut ait*] Cincius l. II de [*officio iuris con*]sulti; ne Valerius [*quidem Messalla*] in XII explanati[*one rem expedivit; hic ta*]men in eo libro qu[*em de dictis in*]volute inscribi⟨*t*⟩ for[*ctos sanatisque*] duas gentis finitima[*s fuisse censet, de quibus le*]gem hanc scrip[*tam esse, qua cautu*]m, ut id ius man[2][. . . ., *quod populu*]s[3] R(omanus), haberent [*neque alios quam for*]ctos et sana[*tes eam legem sig*]nificare exis[*timat hoc significa*]tu. Multi sunt, [*quibus id, quod his pl*]acuit, displi[*ceat et qui explicen*]t 'sanates forcti'[4], [*quasi dictum esset 'sa*]nati insani'.

F. 317 Sanctum [*ait dici Opilius Aure*]lius, quod [*nec sacrum sit nec religiosum*]. At Aelius S[*tilo*[5], *quod utrumque esse*] videatur[6] [*et sacrum et religiosum*]; plerique autem, q[*uod qui violaverit, ei*] poena sit multa[*ve sancita . . .*] *cett.* (*Cf.* Religiosum.)

F. 322 Sarcito in XII[7] Ser. Sulpicius ait significare damnum 'solvito', 'praestato'.

F. 348 Sarpiuntur vineae, id est, putantur, ut in XII[8]: "Quandoque sarpta, donec dempta erunt."

P. 323 (F. 322) Sarpta vinea, putata, id est 'pura facta'; unde et virgulae abscisae 'sarmenta'; sarpere enim antiqui pro 'purgare' ponebant.

F. 322 (P. 323) [Sa][9]rte in augu[*ralibus* pro inte]gro[10] ponitur—; [ob quam caus]am opera pu[blica, quae locantur, ut i]ntegra prae[stentur, 'sarta tecta' vo]cantur[11]; et[enim sarcire est integrum] facere.

F. 314 Satura et cibi genus ex variis rebus conditum est, et lex multis[12] alis legibus conferta; itaque in sanctione 'legum' adscribitur: "neve per saturam abrogato aut derogato". T. Annius Luscus in ea, quam《quam》 dixit adversus Ti. Gracchum: "Imperium, quod plebes per saturam dederat, id abrogatum est." Et C. Laelius in ea quam pro se dixit[13]: Dein postero die quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur.

P. 332 (Cf. F. 333) Sceleratus[14] campus appellatur proxime portam Collinam, in quo Virgines Vestales, quae incestum fecerunt, defossae sunt.

F. 293 Scita plebei appellantur ea, quae plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante.

---

[1] sanauisse . . . q (*ut vid.*) *cod.* — [2] man|[ifesto], *quod supplent, peccat contra legem syllabariam; de* mancipio *cogitat Hu.* — [3] s *in codice non est nec fuit; fuit in eo* [p.] R. — [4] . . . sant forcti *cod.*; t *ante id iam non conspicitur.* — [5] S[tilo] *Seckel.* — [6] *Post* videatur *in codice est* c *vel* e. — [7] *v. tom. I p. 30 tab. VIII, 5.* — [8] *v. tom. I p. 26 tab. VI, 9.* — [9] *Supplementa petita e Paulo.* — [10] integre *Paulus.* — [11] *Cic. Verr. 2,1,49,127. 50,130.131.* — [12] lex|tis *cod.* — [13] *desunt quaedam.* — [14] scelatus *GM.*

F. 330 Scitum populi [*est, quod eum magistra*]tus patricius [*rogavi*] *populusque suis suf*]fragis iussit. [*Populus autem constat*] ex patribus et [*plebe . . . iure dici et*]iam leges scrib[*it has solas. Plebit sci*]tum est, quod tr(ibunus) [*aed(ilis)ve plebis eam ro*]gavit, id est consu[*luit, plebesque scivit.*] Plebes autem est [*populus universus*] praeter patricios[1].

F. 333 Scribas proprio nomine antiqui et librarios et poetas vocabant; at nunc dicuntur scribae et quidem[2] librari, qui rationes publicas scribunt in tabulis *cett.*

F. 333 Scripturarius ager publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum aes est, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore.

P. 337 Sectio 'persecutio iuris'.

P. 337 Sectores et 'qui secant' dicuntur, et qui empta sua 'persequuntur'[3].

F. 347 Senacula tria fuisse Romae, in quibus 'senatus haberi' solitus sit —, unum ubi nunc est aedis Concordiae —, in quo solebant magistratus d(um)t(axat) cum senioribus deliberare; alterum ad portam Capenam; tertium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, senatus dabatur.

F. 339 Senatores a 'senectute' dici satis constat. Quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio rem p(ublicam) administraret; itaque etiam '⟨*pa*⟩tres' appellati sunt. Et nunc, cum senatores adesse iubentur, [*adicitur*[4]*:*] "quibusque in senatu⟪m⟫ sententiam dicere licet", quia hi, qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratum c⟪o⟫eperunt, et in senatu sententiam dicunt et non vocantur senatores ante, quam in senioribus sunt censi.

F. 339 Senatus decretum a consulto Aelius Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatus consulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatus consulti est.

F. 33 *Sequester*] is dicitur, qui inter aliquos, [*qui certant, cum ita*] inter eos convenerit, [*teneat depositum ali*]quid, ut ei reddat, cui[5] id [*deberi iure con*]stiterit[6].

F. 340 Sertorem quidam putant dictum a 'prendendo', quia cum cuipiam 'adserat' manum educendi eius gratia ex servitute in libertatem, vocetur 'adsertor': cum veri similius sit dictum qui 'sereret' quid; ac potius adsertorem a 'serendo' cepisse nomen, cum aliquem 'serat' pe-

---

1) *Ex restitutione Mo., Forschungen 1,170 n. 7.* — 2) equidem *cod.; emend. Mo. Staatsr.* 1^3*,346 n. 1.* — 3) persequantur *G.* — 4) adicitur *vel simile vocabulum excidit.* — 5) qui *cod.* — 6) *Cf. Isid. or. 10,260.*

tendo in libertatem eandem, qua ipse sit, id est 'iungat', quia fruges cum 'seruntur', terrae 'iunguntur'[1]. Quod totum Verrius ἀπιθάνως introduxit.

F. 347 Sesterti no[2][*tam Oppius (?) ait signa continere*] dupundi et semissis[3], [*unde sestertius dictus quasi semis*]tertius; sed auctos ess[*e posṭea asses in sestertio.*] Apud antiquos autem [*denarii denorum assium e*]rant et valebant [*decussis, dicebanturque tum quadriga*]ti bigati. Quinquessis [*item valebat quinarium. Idem auctor*] est numerum aeris perduct[*um esse ad XVI in denario lege Fla*]minia minus solvendi, cu[*m Hannibalis bello premere*]tur p(opulus) R(omanus)[4].

F. 334 (= P. 335) Sestertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore is[5] decussis[6] valebat, id est dupundius semis[7].

F. 334 "Sexagenarios [*de ponte" proverbium est,*] cuius causam Maṇi[*lius hanc refert, quod Romam*] qui incoluerint [*primi —*] hominem LX [*annorum — immolar*]e Diti patri quot[*annis soliti fuerint,*] quod facere eos de[*stitisse adventu Her*]culis; sed religio[*nis observatione postea s*]cirpeas hominum ef[*figies de ponte in Tiberim antiquo*] modo mittere [*instituisse. Alii dicunt cett.*] — Sunt qui dicant post urbem a Gallis liberatam ob inopiam cibatus coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim —. Sed exploratissimum illud est causae: quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis suffragium ferre, iuniores conclamaverunt, ut 'de ponte' deicerentur sexa-

---

1) iungit *cod.* — 2) *Extrema littera num* o *sit, dubium.* — 3) semisis *cod.* — 4) *Plin. h. n. 33,3,44—47:* Argentum signatum est a. u. CCCCLXXXV —, et placuit denarium pro X libris aeris, quinarium pro V, sestertium pro dupondio ac semisse. Librale autem pondus aeris imminutum est bello Punico primo, — constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur. — Postea Hannibale urgente Q. Fabio Maximo dictatore (*a. u. c. 537*) asses unciales facti, placuitque denarium sedecim assibus permutari, quinarium octo, sestertium quattuor. — Mox lege Papiria (*a. 665*) semunciarii asses facti. Livius Drusus in tribunatu plebis (*a. 663*) octavam partem aeris argento miscuit. Is qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia (*c. a. 650*) percussus est. Antea hic enim nummus ex Illyrico advectus mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria. *Maec. assis distr. 45:* Victoriatus nunc tantundem valet, quantum quinarius, olim — loco mercis — habebatur. *Cf. Mo., röm. Münzwesen p. 288—308. 338. 387—400, qui emendavit supplementa Muelleri.* — 5) his *cod.* — 6) decusis *cod.* — 7) dupundius *cod. in folio extremo* (*sequens deficit*), dupondius et semistertius (*sic G;* semis *male Mue.*) *Paulus.*

genari, quia iam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi, quam illi deligerent imperatorem *cett.*

F. 334 Sex suffragia appellantur in equitum centuriis, quae sunt adiectae[1] ei numero centuriarum, quas Priscus Tarquinius rex constituit.

F. 344 Sex Vestae sacerdotes constitutae sunt, ut populus pro sua quaque parte haberet ministram sacrorum, quia civitas Romana in sex est distributa partis, in primos secundosque Titienses, Ramnes, Luceres.

F. 347 Sextantari asses in usu esse coeperunt ex eo tempore, quo[2] propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreverunt patres, ut ex assibus, qui tum erant librari, fierent[3] sextantari, per quos cum solvi coeptum esset, et populus aere alieno liberaretur, et privati, quibus debitum publice solvi oportebat, non magno detrimento adficerentur.

F. 340 Sifus [*usurpatum est pro tub*]is ipsis, id quod Graece [*dicitur* σίφων; *in le*]ge rivalicia sic est —: "[*Mon*]tani paganive, 'si[*fis*]' *aquam dividunto*]: donec eam inter se [*diviserint, praetori*]s iudicatio esto"[4].

F. 340 [*Signare rem ia*]m dicitur 'signis notare', [*ut pecora similiaque*]. Sed antiqui eo pro scribe[*re utebantur, unde et subsigna*]re et consignare [*invenitur positum pro subscrib*]ere et conscri[*bere*]. *P. 341* Signare significat modo 'scribere', modo 'anulo signa inprimere', modo 'pecora signis notare'.

F. 290 [„*Sine sacris*" *hereditas*] in proverbio dici solet, [*cum aliquid obvenerit*] sine ulla incommodi appendice[5], quod olim sacra non solum publica curiosissime administrabant, sed etiam privata, relictusque heres sic pecuniae ⟨*ut*⟩ etiam sacrorum erat, ut ea diligentissime administrare esset necessarium.

F. 344 (P. 345) [*Siremps*][6] ponitur pro 'eadem' vel 'proinde [*atque ea*', *quasi similis res ipsa*]. Cato —: "Et praeterea rogas, [*reum propter*]ea si populus condempnave[*rit, ut siremps lex*] siet, quasi adversus le[*gem* . . . . *fecisset*]."

F. 297 [*Sons*] 'nocens', ut ex c[*ontrario insons in*]nocens. *P. 296* Sons 'nocens', insons 'innocens'.

F. 344 [*Sontica c*]ausa dicitur a morbo [*sontico, propter quem, quod est g*]erendum, agere [*nequimus*].

---

[1] adfectae *cod.* — [2] quod *cod.* — [3] *Cf. supra p. 38 n. 4.* — [4] *Cf. tom. I n. 110 p. 289.* — [5] incommodia | appendice *cod.* — [6] *Cf. Leges Bant. 13. Acil. 73. Agr. 27. Corn. 1,38. 2,1. Rubr. 2,10.40.* [*Supplementa mutavi.* Th. M.]

F. 290 Sonticum morbum in XII [1] significare ait Aelius Stilo 'certum cum iusta causa'; quem nonnulli putant esse 'qui noceat', quod 'sonte⟨*s*⟩' significat 'nocentes'. Naevius ait: "Sonticam esse oportet causam, quam ob rem perdas mulierem".

F. 297 Sororium tigillum —: — Horati et Cur⟨*i*⟩ati cum dimicassent, ut victores sequeretur imperium — soror — Horatius interfecit eam. Et quamquam a patre absolutus sceleri⟨*s*⟩ erat, accusatus tamen parricidi apud duumviros, dampnatusque provocavit ad populum, cuius iudicio victor duo tigilla tertio superiecto, quae pater eius constituerat velut sub iugum missus, subit, — liberatus omni noxia sceleris est auguriis adprobantibus; ex quo sororium id tigillum est appellatum.

P. 296 Cf. F. 297) Sors et patrimonium significat, unde 'consortes' dicimus et Dei responsum et quod cuique accidit in sortiendo.

F. 343 Spondere antea ponebatur pro 'dicere', unde et 'respondere' adh[*uc*
manet, sed postea] usurpari coeptum est [*de promissu ex interro-*
F. 329 *gatio*]ne alterius. Spondere Verrius putat dictum, quod 'sponte
sua', id est voluntate, promittatur; deinde oblitus inferiore capite
sponsum et sponsam ex Graeco dictam ait, quod ii [2] σπονδάς inter-
positis rebus divinis faciant.

F. 351 "Bene sponsis beneque volueris" [3] in precatione augurali Messalla augur ait significare 'spoponderis, volueris'.

F. 314 Statu liber est, qui testamento certa condicione proposita iubetur esse liber. Et si per heredem est [4], quominus statu liber praestare possit quod praestare debet, nihilominus liber esse videtur.

F. 314 Status dies [5] vocatur, qui iudici causa est constitutus cum peregrino. Eius enim generis ab antiquis 'hostes' appellabantur, quod erant pari iure cum populo R(omano), atque 'hostire' ponebatur [6] pro 'aequare'. Plautus in Curculione [7]: "Si status [8] condictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum, quo imperant ingratis."

F. 313 Stel⟨*l*⟩ionem g[*enus aiunt lacertae, quod*] Verrius dic[*tum ait, quia virus in*]stillet cibo, p[*otius quam, ut posuit ali*]bi, a stellarum [*similitudine, quia*] varium est.

F. 351 Stipatores ait [9] dictos a 'stipe', quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis; unde et 'stipam', quam amphorae cum ex-

---

1) *Cf. tom. I p. 20 tab. II, 2.* — 2) .i. *cod.* — 3) *sic cod.;* volis *conicit Mue.* — 4) *sic cod.;* stet *Urs.* — 5) cum hoste *hic excidisse putat Mue. Cf. tom. I p. 20 tab. II, 2:* status dies cum hoste. — 6) hosti respondebatur *cod. manu 1,* hosti reponebatur *cod. m. 2.* — 7) *1,1,5.* — 8) statur *cod.* — 9) *scil. Verrius.*

truuntur, firmari solent; etiam ‘stipites’, qui ob eandem causam destituantur.
[*Stip*]atores[1] appel[*lantur corporis cu*]stodes, quos F. 314
[*antiqui latrones voca*]bant, id est[2] mer[*cennarios; hi eni*]m ferro
ve]*lut stipati circumdan*]t regum[3] cor[*pora*]. Stipatores ‘corporis P. 315
custodes’, quos antiqui ‘latrones’ vocabant: stipati enim ferro
circumdant corpora regum.

Stipem esse ‘nummum’ signatum testimonio est et de eo quod[4] F. 297
datur ‘stipendium’ militi, et cum spondetur pecunia, quod ‘stipulari’ (P. 296)
dicitur. [*Stipem dicebant pe*]cuniam signa[*tam, quod stiparetur*]. F. 313
Ideo stipular[*i dicitur is, qui in*]terrogat a[*lterum spondeatne stipem,
id est*] aes.

Stipes fustis terrae defixus. P. 315 (Cf. F. 314)

Struere antiqui dicebant pro ‘adicere’, ‘augere’; — a⟪u⟫t in XII[5] F. 310
quod est: “Si calvitur, pedem ve struit: manum endo iacito”, alii
putant significare ‘retrorsus ire’, ali ‘in aliam partem’, alii ‘fu⟨*ge*⟩re’,
ali ‘gradum augere’, ali ‘minuere’[6]; ac vix pedem pedi praefert, otiose
it, remoratur.

Sub corona venire dicuntur, quia captivi ‘coronati’ solent venire —; F. 306
id autem signum est nihil praestari a populo, quod etiam Plautus significat
in hortulo: “Praeco ibi adsit cum corona, quique[7] liceat veneat”[8].

Subditus iudex dicitur, qui loco mortui datur is qui eum habuerant P. 342 (Cf. F. 343[9])
iudicem in aliqua re vel lite.

Subici ar[*ies dicitur, qui pro occiso datur,*] quod fit, ut ait Cincius, F. 347
[. . .] consulti, exemplo At[*heniensium, apud quos*] expiandi gratia
aries [. . . . . *ab eo, qui invitus sce*]lus admisit, poenae p[*endendae loco*].

Subigere arietem in eodem libro[10] Antistius esse ait dare arietem, F. 351
qui ‘pro se agatur’, caedatur.

Sublucare arbores est ramos earum supputare et veluti ‘suptus F. 348 (fere = P. 349)
lucem mittere’; ‘conlucare’ autem succisis arboribus locum inplere
luce[11].

“Sub vos placo” in precibus fere cum dicitur, significat id, quod F. 309
supplic⟪i⟫o, ut in legibus: “transque dato”, endoque[12] plorato.

---

1) . . . atiores *cod.* — 2) id est] . i . *cod.* — 3) regem *cod.* — 4) quod] *Paulus*, quae *cod.* — 5) *Cf. tom. I p. 18 tab. I, 2.* — 6) [*exciderunt talia fere:* sed struit is qui moratur. Th. M.] — 7) cuique *cod.* — 8) ventat, *non* veniat, *cod.* — 9) *F. 343:* Subdit[. .]tui in demortuis i[. .] datur his qui eum ha[. .] [*dumta*]xat in eandem rem [*vel litem*]. — 10) *scilicet in* commentario XV iuris pontifici *citato ad verbum quod praecedit.* — 11) *Cf. tom. I p. 28 tab. VII, 9ª.* — 12) edendoquae *cod.*

F. 305 Superstites[1] ‘testes praesentes’ significat, cuius rei testimonium est, quod “superstitibus praesentibus” ii[2], inter quos controversia est, vindicias sumere iubentur[3] *cett.*

F. 305 Supp[*remum*] — alias extre[*mum significat, ut*] in legibus XII[4]: “Solis [*occasus suppre*]ma tempestas esto”; — [*alias pro*] maximo, cum duas [*oves et triginta bov*]es suppremam mul[*tam dicunt*].

L. 359 A. 68 Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro citro[5], sive privatim sive publice opus erat, certiores absentes faciebant. Unde adhuc tabellarii dicuntur, et tabellae missae ab imperatoribus.

F. (L.) 356 A. 68. 85 Tablinum proxime atrium locus dicitur, quod antiqui magistratus in suo imperio ‘tabulis‚[6] rationum ibi habebant publicarum rationum causa factum locum.

L. 363 A. 72 Talionis mentionem fieri in XII[7] ait Verrius hoc modo: “Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto”. Neque id quid[8] significet, indicat, puta quia notum est; permittit enim lex parem vindictam.

F. 356 Taxat verbum ponitur in iis[9], quae finiuntur quoad tangi liceat; in litibus quoque arbitrove[10] cum proscribitur[11], quoad ei ius sit statuendi, taxatio dicitur, quae fit certae summae *cet.*

P. 362 Tempestatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui[12].

P. 368 Termino sacra faciebant, quod in eius tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius[13] statuit eum, qui terminum exarasset, et ipsum et boves sacros esse.

P. 367 Themin deam putabant esse, quae praeciperet hominibus id petere, quod fas esset, eamque id esse existimabant[14], quod et fas est.

L. 364 A. 76 Tignum non solum in aedificiis, quo utuntur, appellatur, sed etiam in vineis, ut est in XII[15]: “Tignum iunctum aedibus vineave, et concapit † ne solvito”.

---

1) praesentes *ins. Mue.* — 2) i. *cod.* — 3) *Cic. p. Mur. 12,26:* Praetor — loqueretur —: ‘Suis utrisque superstitibus praesentibus istam dico: inite viam’. *Cf. Serv. Aen. 3,339:* Superstes praesentem significat. *Isid. or. 18,15:* Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quod super statum causae proferebantur. — 4) *Cf. tom. I p. 19 tab. I, 9.* — 5) citrove *R.* — 6) *Hic explicit codicis Neapolitani pars superstes; verba* rationum ibi habebant (habeant *S*) publicarum rationum causa (eam *S*) factum locum *habent apographa ASQ.* — 7) tabulis *ins. S. Cf. tom. I p. 29 tab. VIII, 2.* — 8) quod $Q^1 R$. — 9) his *cod.* — 10) iudici arbitrove *Mommsen*, arbitriove *Mue.* — 11) [*malim* praescribitur. Th. M.] — 12) *Cf. tom. I p. 19 tab. I, 9.* — 13) *Cf. tom. I p. 11,16.* — 14) aestimabant *G.* — 15) tabulis *ins. S.* — *Cf. tom. I p. 26 tab. VI, 7.*

L. 364 A. 76 **Tributorum** conlationem[1], cum sit alia in capita[2], illud[3] ex censu[4], dicitur etiam[5] quoddam temerarium, ut post urbem a Gallis captam conlatum[6] est, quia proximis XV[7] annis census alius[8] non erat. Item bello[9] Punico secundo, M. Valerio Laevino M. Claudio[10] Marcello cum[11] et senatus et populus in aerarium quod potuit detulit[12].

P. 367 **Tributum** dictum, quia ex privato in publicum tribuitur.

F. 351 [***Transit***[13] *imperium neque denuo l*]ex curiata fertur, quo⟨*d*⟩ Hanni[*bal in vicinitate*] Romae cum esset nec ex praesidi[*is tuto decedi posset*], Q. Fabius Maximus Verru[*cosus M. Claudius Ma*]rcellus cos. facere in[*stituerunt ut nota*]vit Aelius in XII signi[*ficationum verborum*][14].

F. 355 [***Tugu***]**ria** a tecto appellantur [*domicilia rusticorum*] sordida, — quo nomine [*Messalla in explana*]tione XII[15] ait etiam [. . *signifi*]cari.

F. 355 **Turmam** equitum ⟪a⟫dictam esse ait Curiatius 'quasi terimam', quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant *cett.*

L. 375 A. 83 **Unciaria** lex[16] appellari coepta est, quam L. Sulla et Q. Pompeius[17] tulere, qua[18] sanctum est, ut debitores[19] decimam partem [*sortem annuis usuris penderent*[20]].

---

1) consolationem *Q.* — 2) *sic, non* capite, *traditur.* — 3) aliud *RS.* — 4) *Hu. Serv. 490:* collatorum — aliud in capita, aliud ex censu; *Krit. Jahrb. 18,589:* conlationum alia in capita, alia ex censu; *Mo. Tribus 27:* conlatio — alias in capita, id est ex censu. — 5) etiam] et *R.* — 6) consolatum *Q.* — 7) quinque *R.* — 8) *sic traditur; Nieb.:* actus. — 9) bello *om. A.* — 10) claudio] ol *Q.* — 11) cum *A*, quom *SQ*, cos. cum *R.* — 12) *sic A*, in aer. quod habuit detulit *SQ*, quod habuit in aer. detulit *R.* — 13) [^{VII} *Pernice SZSt. IX 200.*] — 14) *Ex rest. Mo. Rh. Mus. Ph. 13,565. Mue. (secutus Rubinonem, röm. Verf. 383 n. 2):* [Triginta lictoribus l]ex *cet.* — *Cf. Cic. de l. agr. 2,12,31:* comitiis — illis ad speciem atque usurpationem vetustatis per XXX lictores auspiciorum causa adumbratis. [^{VII} *cf. Karlowa, Festgabe für Bekker 1899 S. 76.*] — 15) *Cf. tom. I p. 27 tab. VII, 3b; Isid. orig. 15,12,2.* — 16) *reliquam glossae partem om. Q.* — 17) Rufus *ins. Ursinus.* — 18) quam *R.* — 19) *post* debi . . . *hiatum signat A, pergens* . . . bant antiqui, *quod est initium pag. sequentis.* — 20) *Ita suppl. Nieb.; Mue.:* duodec. partem usurarum solutarum sorti detraherent. *Cf. Streuber, Zinsfuss bei d. Röm. 94—98.*

P. 368 Urbanas tribus appellabant, in quas urbs erat dispertita a Servio Tullio rege, id est Suburana, Palatina, Esquilina[1], Collina.

P. 379 Uxorium pependisse dicitur, qui, quod uxorem non habuerit, res populo dedit.

P. 377 Vadem 'sponsorem' significat datum in re capitali.

L. 375 Mo. 81 Vagulatio in l. XII[2] significat 'quaestio[3] cum convicio': "Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito".

L. 372 Mo. 80 "Vapula Papiria" in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert tum dici solitum esse, cum vellent minantibus sibi[4] significare se eos neglegere[5] et non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice: "Heus tu! in Barbaria quod dixisse dicitur libertus[6] suae patronae, id ego[7] dico[8] . . . . "libertas[9] salve! vapula Papiria!" "In barbaria" est 'in Italia' *cett.*

L. 371 Mo. 78 Vectigal aes[10] appellatur, quod ob tributum et stipendium et aes equestre[11] et hordiarium[12] populo debetur.

P, 369 Velati appellabantur[13] vestiti et inermes, qui exercitum sequebantur quique in mortuorum militum loco substituebantur *cett.*[14]

L. 376 Mo. 83 Venditiones olim dicebantur[15] censorum locationes, quod velut fructus[16] locorum publicorum[17] venibant[18].

P. 379[19] Ver sacrum[19] vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant, quaecunque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in[20] adultam aetatem velabant atque ita extra fines[21] suos exigebant[22].

P. 379 Versuram facere mutuam pecuniam sumere ex eo dictum est, quod initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, sed ut aliis solverent, velut 'verterent' creditorem.

P. 368 Vespae[23] et vespillones[24] dicuntur, qui funerandis corporibus[25]

---

1) aesquilina *GM.* — 2) tab. *ins. SR.* — *Cf. tom. I p. 20 tab. II, 3.* — 3) *sic AQ*, quaestionem *RS.* — 4) ibi *codd. reliqui, om. A.* — 5) *reliquam gl. partem om. Q.* — 6) libertas *traditur* (*R. lect. dub.*). — 7) id ego] ideo *traditur.* — 8) *hiatum significat solus A.* — 9) liberta *AS.* — 10) *reliquam gl. partem om. Q.* — 11) et e sequestre *S*, et esequestre . . . *A*, et ex equestre *R; restituit Mo.* — 12) hordiar . . . *A*, hordiā *R*, hordia *S.* — 13) appellantur *M.* — 14) *Cf. gl.* Adscripticii *et P. 14.85.93.* — 15) uend . . . um dicebantur *A.* — 16) velut . . uctus *A.* — 17) publicorum locorum *R.* — 18) *gl.* venditiones *om. Q.* — 19) *Cf. Liv. 22,10.* — 20) in *om. G.* — 21) fine *G.* — 22) exiebant *M.* — 23) vespate *M.* — 24) *Cf. D. 36,1,7.* — 25) corporis *M.*

officium gerunt, non a[1] minutis illis volucribus, sed quia 'vespertino' tempore eos efferunt[2], qui funebri[3] pompa duci propter inopiam nequeunt *cett.*

Vesticeps puer qui iam 'vestitus' est pubertate; e contra 'investis' qui 'necdum' pubertate 'vestitus' est. *P. 368*

Viae[4] sunt et publicae, per [*quas ire ager*]e omnibus licet, et privatae, quibus neminem uti [*ius est*], praeter quorum sunt; et ita privatae VIII pedes in latitudine [*habent*] iure et lege, publicae, quantum ratio utilitatis permittit. [*Praeterea*] lex iubet sedecim [*in anfracto fle*]xuque pedes [*latas*] esse vias, ut [*adiciat:*] "viam muniunto: ni sam delapidassent, qua volet iumento agito". *L. 371 Mo. 78. 85*

Viatores[5] appellantur, qui magistratibus apparent, eo quia[6] initio[7] omnium tribuum cum agri[8] in propinquo erant urbis atque adsidue homines rusticabantur, crebrior eopera orum erat 'in via' quam urbe, quod ex agris plerumque homines vocabantur[9] a magistratibus. *L. 371 Mo. 78*

[*Vici*] . . . . cipiunt[10] ex agris, qui ibi villas non habent, ut Marsi aut Paeligni. Sed ex vicis[11] partim habent rem p(ublicam) et ius dicitur, partim[12] nihil eorum et tamen ibi nundinae aguntur[13] negotii gerendi causa, et magistri vici item magistri pagi[14] quotannis fiunt. Altero[15], cum id genus aedificiorum definitur[16], quae continentia sunt his oppidis, quae . . .[17] itineribus regionibusque distributa inter se distant, nominibusque dissimilibus discriminis causa sunt dispartita. Tertio, cum id genus aedificiorum definitur, quae in oppido prive, *L. 371 Mo. 77*

---

1) non a] nam *M.* — 2) offerunt *M*, effecerunt *G.* — 3) funebris *G.* — 4) *Apographa duo supersunt articuli in archetypo mutilati, alterum codicis A hoc:* viae sunt et publicae per . . . . . e omnibus licet et privatae quibus neminem uti . . . . praeter eorum quorum sunt et eae privatae ve . . . . uias muniento onisandi lapidas sunt . . . . qua volet iumento agito, *alterum plenius, sed magis interpolatum et hiatibus caecis obscuratum libri S (R omisit totum, Q habet solum lemma) hoc:* viae sunt et publicae et privatae publicae per quas ire omnibus licet privatae quibus nemini et hae VIII pedes in latitudine iure et lege publice quantum ratio utilitatis permittit lex iubet sedecim quindecimque pedes esse vias qui vias muniunt onisandi lapidas qua volet in mento agito. *Restituit Mo.; v. tom. I p. 27 tab. VII, 7. Cf. D. 8,3,8. Varr. l. l. 7,15.* — 5) *articulum om. R.* — 6) qua *A.* — 7) initium *S.* — 8) cum agri] in agris *S.* — 9) euocabantur *S.* — 10) . . . . . cipiunt *A*, appellari incipiunt (*in margine additur* vici) *Q*, *totam gl. om. RS.* — 11) victis *Q.* — 12) partem *Q.* — 13) habentur *Q.* — 14) pagi *A*, paci *Q.* — 15) alterae *Q.* — 16) aedifici . . . . nitur quae *A*, aedificii quae *Q.* — 17) *Lacunam signat A.*

id est in suo[1] quisque loco proprio ita aedificat, ut in eo aedificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeat[2] accessum[3]; qui non dicuntur 'vicani'[4], sicut ii[5], qui aut in oppidi vicis[6], aut hi, qui in agris sunt, vicani[4] appellantur.

L. 371 Mo. 77 "Viginti[7] quinque" poenae[8] in XII significat 'viginti quinque asses'.

L. 376 Mo. 84 Vindex ab eo, quod 'vindicat', quod minus is, qui prensus est ab aliquo, teneatur.

L. 376 Mo. 84 Vindiciae appellantur res eae[9], de quibus controversia est[10]; quod potius 'dicitur vis'[11], quam[12] 'fit' inter eos qui contendunt. Cato[13] in ea, quam scribsit[14] L. Furio[15] de aqua: ". . . s[16] praetores secundum populum vindicias dicunt."[17] . . . et Lucilius: "nemo hic vindicias neque sacra neque numen[18] veretur". De quo verbo Cincius sic ait: "Vindiciae olim dicebantur[19] ⟨*glaebae*[20]⟩ illae[21], quae ex fundo sumptae in ius[22] adlatae erant". At[23] Ser. Sulpicius[24] [*nomine et*]iam singulariter[25] formato vindiciam esse ait[26] [*eam rem,*] qua de re[27] controversia est, ab eo quod 'vindicatur' . . . . et in XII[28]: "Si vindiciam falsam tulit, si velit is . . . . tor[29] arbitros tres dato, eorum arbitrio[30] . . .[31] fructus duplione damnum decidito"[32].

P. 373 Viritanus ager dicitur, qui viritim populo distribuitur.

---

1) privi suo *Q*, prive in suo *A*. — 2) habeant *A*. — 3) *Tertium hoc vicorum genus uno hoc loco notum esse videbatur Muellero p. 413; fortasse autem id ipsum significatur in D. 3,2,2,5:* scaena — posita — in publico privatove vel in vico, quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur; *item D. 21,1,4,1:* qui per vicos more insanorum deridenda loquantur. — 4) vicarii *Q*. — 5) hi *Q*. — 6) vias *Q*. — 7) *articulum om. Q*. — 8) poene *traditur*, poenas *Mue.* — 9) hae *Q*. — 10) est *QS; periit margine adglutinato in A; post* est *Q omissis mediis pergit:* de quibus Cincius sic ait *cet.* — 11) $\overset{\text{ius}}{\text{vis}}$ *A*. — 12) quia *traditur*. — 13) M. Cato *RS*. — 14) scribsit *A*, scripsit *RS*. — 15) in L. Furium *emendat Mue.* — 16) *sic hiatu signato A,* s *om. RS*. — 17) *hiatum signat A*. — 18) sacra . . . en veretur *A hiatu indicato;* numen neque sacra *emend. Mue.* — 19) erant *R*. — 20) glaebae *ins. Raevardus*. — 21) illae *om. Q*. — 22) sumptui ius (*corr. ex* sus) *Q*. — 23) at *om. Q*. — 24) *hiatum signat A;* Sulpicius vindiciam esse ait ab eo quod vindicantur res ex controversia *Q hic finiens*. — 25) significatur *R*. — 26) *hiatum signat A*. — 27) qua de re] uadere *AR*, uaderent *S*. — 28) uindicat . . . . XII *A*, uindicatur et in XII (tabul. *add. S*) *RS*. — 29) siuelitis . . . tor (*om. R*) *traditur;* si velit is, praetor *Mo.;* rei sive litis *Cuiacius*, stilitis et vindiciarum praetor *Mue.;* si velit is qui vicit praetor *Wetzell; cf. Schoell XII tabb. 92. 110. 111; tom. I p. 39 tab. XII, 3*. — 30) arbitris *RS*. — 31) *Mue. ins.:* reus; *Hu.:* rei; *Wetz.:* neglecti; *Sch.:* possessor. — 32) decidit . . . *A*.

^{VI} II. M. PORCIUS CATO.

E libro de agri cultura.

M. Porcius Cato Censorius quem scripsit librum de agri cultura una cum M. Terentii Varronis rerum rusticarum libris tribus usque ad saeculum XV servavit codex tum custoditus Florentiae in bibliotheca monasterii sancti Marci hodie deperditus, sed quem habemus collatum diligenter ab Angelo Politiano ad marginem exemplaris editionis principis iam inlati in bibliothecam publicam Parisinam. Nos capita Catoniana 144—150 exhibuimus ad editionem Catonis Varronisque de agri cultura librorum paratam ab Henrico Keilio (Lipsiae 1884); [^{VII} *Inspeximus etiam editionem Keilii a. 1895 a Goetzio publici iuris factam*] *de lectione codicis primarii ubi nobis constabat, nota usi sumus C. — Tractavit c. 144—146 Imm. Bekker ZRG. 3 (1864) p. 416—445.*

1. [1]Oleam legendam hoc modo locare oportet: CXLIV

2. Oleam cogito recte omnem arbitratu domini, aut quem custodem fecerit, aut cui olea venierit.

3. Oleam ne stringito neve verberato iniussu domini aut custo- 2
dis. si adversus ea quis fecerit, quod ipse eo die legerit [2], pro eo nemo solvet neque debebitur.

4. Qui oleam legerint, omnes iuranto [3] ad dominum aut ad custodem sese oleam non subripuisse neque quemquam suo dolo malo ea oleitate [4] ex fundo L. Manli. qui eorum non ita iuraverit, quod is legerit omne, pro eo argentum nemo dabit neque debebitur.

5. Oleam cogi recte satis dato arbitratu L. Manli.

6. Scalae ita uti datae erunt, ita reddito, nisi quae vetustate 3
fractae erunt. si non erunt redditae, aequom viri boni [5] arbitratu deducetur [6].

7. Si quid redemptoris opera domino damni datum erit, resolvito id viri boni arbitratu [aut] [7] deducetur.

8. Legulos, quot opus erunt, praebeto et strictores [8]. si non praebuerit, quanti conductum erit aut locatum erit, deducetur: tanto minus debebitur.

---

1) CLIII Lex oleae legundae *index libro Catoniano praemissus in C.* — 2) eo die legerit] *Iucundus*, hodie delegerit *C.* — 3) iuranto] *edd.*, iunto *C.* — 4) oleitate] *edd.*, oleatate *C.* — 5) redditae aequom viri boni] *scripsi*, reddet eaeque *C.* — 6) reducetur *C.* — 7) aut *addidi.* — 8) et strictores (sictores *C*) *delendum.*

9. De fundo ligna et oleam ne[1] deportato. qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes ss. n. ii deducentur neque id debebitur.

4 10. Omnem oleam puram metietur modio oleario.

11. Adsiduos homines l praebeto.

12. Duas partes strictorum praebeto.

13. Ne quis concedat[2], quo olea legunda et faciunda[3] carius locetur, extra quam si quem socium inpraesentiarum dixerit. si
5 quis adversum ea fecerit, si dominus aut custos volent, iurent omnes socii. si non ita iuraverit, pro ea olea legunda et faciunda nemo dabit neque debebitur ei qui non iuraverit.

14. Accessiones: in $\overset{o}{\text{M}}$ ∞ cc accedit oleae salsae $\overset{o}{\text{M}}$ v, olei puri p. viiii, in tota oleitate[4] ss. v, aceti q(uadrantalia) v. quod oleae salsae non acceperint[5], dum oleam legent, in modios singulos ss. s. s. dabuntur.

CXLV 1. [6]Oleam faciundam hac lege oportet locare:

2. Facito recte arbitratu domini aut custodis, qui id negotium curabit. si sex iugis vasis[7] opus erit, facito.

3. Homines eos dato, qui placebunt aut custodi aut quis[8] eam oleam emerit.

4. Trapetis[9] facito:

5. Si operarii[10] conducti erunt aut facienda locata erit, pro eo resolvito, aut deducetur.

2 6. Oleum ne tangito utendi causa neque furandi causa, nisi quod custos dederit aut dominus. si sumpserit, in singulas sumptiones ss. n. xl deducentur neque debebitur.

7. Factores, qui oleum fecerint, omnes iuranto aut ad dominum aut ad custodem esse de fundo L. Manli[11] neque alium
3 quemquam suo dolo malo oleum neque oleam subripuisse. qui eorum non ita iuraverit, quae eius pars erit, omne deducetur neque debebitur.

---

1) ne] *dett.*, non *C.* — 2) *id est opinor* ne quis conductor paciscatur cum alio, ut a conducendo abstineat. — 3) facienda *C.* — 4) oletate *C.* — 5) *aut* acceperint *aut* acceperunt *c.* — 6) CLIIII Lex oleae faciundae *index C.* — 7) *fortasse scr.* sex iugis vasis si opus erit; *Cato c. 10 inter instrumenta oleti recenset* vasa olearia instructa iuga quinque. — 8) qui *edd.* — 9) trapetis *scripsi*, trapeti *C.* — 10) *fortasse ins.* non erunt eo numero ad quem. — 11) manilii *C.*

8. Socium ne quem habeto, nisi quem dominus iusserit aut custos.

9. Siquid redemptoris opera domino damni datum erit, viri boni arbitratu deducetur.

10. Si virde⟪*m*⟪[1] oleum opus siet, facito.

11. Accedet oleum et sale suae usioni quod satis siet, vasarium vict. II.

1. [2]Oleam pendentem hac lege venire oportet. CXLVI

2. Olea pendens in fundo Venafro venibit.

3. Qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit omnis pecuniae centesima accedet, praeconium praesens ss. L et oleum[3]: Romanici P. ∞ D, viridis P. CC, oleae caducae $\overset{o}{M}$ L, strictivae $\overset{o}{M}$ X (modio oleario mensum dato), unguinis P. X. ponderibus modiisque domini dato. † iri pri primae[4] cotulas duas.

4. Dies argento ex K. Nov. mensum X oleae legendae faciendae: 2
quae locata est, et si emptor locarit, idibus solvito.

5. Recte haec dari fierique satisque dari domino, aut cui iusserit[5], promittito satisque dato arbitratu domini. donicum solutum erit aut ita satis datum erit, quae in fundo inlata erunt, pigneri sunto. ne quid eorum de fundo deportato. si quid deportaverit, domini esto.

6. Vasa torcula, funes, scalas, trapetos, si quid et aliut[6] da- 3
tum erit, salva recte reddito, nisi quae vetustate fracta erunt. si non reddet, aequom solvito.

7. Si emptor legulis et factoribus, qui illic opus fecerint, non solverit, cui dari oportebit, si dominus volet, solvat: emptor domino debeto et id satis dato, proque ea re ita uti s. s. e. item pignori sunto.

1. [7]Hac lege vinum pendens venire oportet. CXLVII

2. Vinaceos inlutos et faecem relinquito.

3. Locus vinis ad K. Octob. primas dabitur. si non ante ea[8] exportaverit, dominus vino quid volet faciet.

4. Cetera lex, quae oleae pendenti.

1. [9]Vinum in doliis hoc modo venire oportet. CXLVIII

---

1) uirde] *scripsi* (*cf.* uirdiarium), uirdem *C.* — 2) CLV Lex oleae pendentis *index C.* — 3) oleum] *C*, olei *edd.* — 4) *sic C.* — 5) ius erit *C.* — 6) et si quid aliut *Jucundus.* — 7) CLVI Lex uini pendentis *index C.* — 8) ea *delet Keil.* — 9) CLVII Lex uino in doliis *index C.*

2. Vini in culleos singulos quadragenae et singulae urnae dabuntur.

3. Quod neque aceat neque muceat, id dabitur.

4. In triduo proxumo viri boni arbitratu degustato. si non ita fecerit, vinum pro degustato erit. quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies emptori procedent.

2 5. Vinum accipito ante K. Ian. primas, si non ante acceperit.

6. Dominus vinum admetietur. quod admensus erit[1], pro eo resolvito[2].

7. Si emptor postularit, dominus ius iurandum dabit verum fecisse.

8. Locus vinis ad K. Octobres primas dabitur. si ante non deportaverit, dominus vino quid volet faciet[3].

9. Cetera lex, quae oleae pendenti.

CXLIX 1. [4]Qua lege pabulum hibernum venire oporteat.

2. Qua vendas, fines[5] dicito. pabulum frui occipito ex Kal. Septembribus. prato sicco decedat, ubi pirus[6] florere coeperit: prato inriguo, ubi super inferque vicinus submittet[7], tum decedito, vel diem certam utrique facito. cetero pabulo Kal. Martiis ⟨*de*⟩cedito[8].

2 3. Bubus domitis binis[9], cantherio uni[10], cum emptor pascet, domino pascere recipitur.

4. Holeris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini usioni[11] recipitur.

5. Si quid emptor aut pastores aut pecus emptoris domino damni dederit, boni viri[12] arbitratu resolvat.

6. Si quid dominus aut familia aut pecus emptori damni dederit, viri boni arbitratu resolvetur.

7. Donicum pecuniam[13] satisfecerit aut delegarit, pecus et familia, quae illic erit, pigneri sunto.

8. Si quid de iis rebus controversiae erit, Romae iudicium fiat.

---

1) quod admensus erit dominus, pro eo resolvito *Keil.* — 2) pro eo resolvito] pro eo dominus rem soluito *C.* — 3) Locus vinis . . . faciet *male repetita sunt ex c. 147.* — 4) CLVIII Lex papulo locando *index C.* — 5) fines] finis *C.* — 6) prius *ut videtur, C.* — 7) submittet] *scripsi* (*cf. Cato 8,1. 50,1*), promittet *C;* permittet *edd.* — 8) decedito] *edd.*, cedito *C.* — 9) binis] *edd.*, bimis *C.* — 10) uni] *dett.*, uini *C.* — 11) usio *Gronovius.* — 12) viri] ua *C.* — 13) *malim* pecunia; solverit aut *inserit Rud.*

1. [1] Fructum ovium hac lege venire oportet. CL

2. In singulas casei P. IS, dimidium aridum, lacte feriis quod mulserit dimidium et praeterea lactis urnam unam: hisce legibus agnus diem et noctem qui vixerit.

3. In fructum et Kal. Iun. emptor fructu decedat[2]; si interkalatum erit, K. Mais.

2 4. Agnos XXX ne amplius promittat. oves quae non pepererint binae pro singulis in fructu cedent. die[3] lanam et agnos vendat menses X, ab coactore releget[4].

5. Porcos serarios in oves denas singulos pascat.

6. Conductor duos menses pastorem praebeat.

7. Donec domino satisfecerit aut solverit, pignori esto.

III. M. TERENTIUS VARRO.

1. E libris de lingua Latina.

M. Terentii Varronis (638—727) de lingua Latina opus idem esse verisimile est, quod in epistola ad ipsum scripta a. 709 (ad fam. 9,8,1; cf. ad Att. 13,12,3. Acad. post. 1,3) Cicero scribit cupide se expectare. Num Cicerone vivo (i. e. ante a. 711) absolutum sit, non constat. Librorum XXV (tot enim fuisse docuit Ritschl, Rh. Ph. N. F. 6,525 = opusc. 3,464) aetatem tulere l. V—X pessime traditi. Fundamentum recensionis cum sit cod. Florentinus, eum aut secutus sum aut, ubi ab eo discessi, id adnotavi. Accuratius de opere ipso eiusque codicibus disputaverunt O. Mueller in editionis (1833) praef.; Lachmann, Rh. Ph. 6,107; L. Spengel in Varronis editione 1826 [quam iteratis curis repetivit Andreas filius a. 1885], postea in Münch. akad. Abh. 7,431; Thilo, Jahrb. f. kl. Phil. 1855 p. 520. [^{VII} G. Goetz et Fridericus Schoell, quorum editio librorum M. Terentii Varronis de lingua Latina prodibit a. 1909, quae huic libro utilia esse videbantur mecum communicarunt.]

Liber V.

3. Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut hostis; nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem[5].

27. Fluvius quod fluit, item flumen; a quo lege praediorum urbanorum scribitur ⟪scribitur⟫: 'Stillicidia fluminaqu⟪v⟫e

---

[1] CLVIIII. De fructibus ovium vendundis *index C.* — [2] *fuit fere:* In fructum [kal. Iun. emptor veniat] et kal. Iun. emptor fructu decedat. — [3] die] *fortasse* ex quo die. — [4] releget] deleget *Gronovius.* — [5] *Cf. Festus v.* Hostis.

ut ita cadant fluantque'[1]; — stillicidium eo, quod stillatim cadit: flumen, quod fluit continue.

34. Ager dictus in quam terram quid agebant, et unde quid agebant, fructus causa; ali quod id Graeci dicunt ἀγρόν[2]. Ut ager, quo[3] agi poterat, sic qua agi actus. Eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes IIII, — in longitudinem pedes CXX, in quadratum actum et latum et longum esse[4] CXX. Multa antiqui duodenario numero finierunt, ut XII decuriis actum[5]. 35. Iugerum dictum iunctis duobus actibus quadratis[6]. Centuria primo a[7] centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen —.

40. Praedia dicta, item ut praedes, a praestando, quod ea pignore data publice mancupis[8] fidem praestent.

55. Ager Romanus primum divisus in partis tris, a quo tribus appellata Titiensium[9], Ramnium, Lucerum. — 56. Ab hoc quattuor quoque partis urbis tribus dictae, ab locis Suburana Palatina Esquilina Collina; quinta, quod sub Roma, Romilia; sic reliquae triginta[10] ab his rebus, quibus in tribum[11] libro⟪*s*⟫ scripsi.

80. Praetor dictus, qui 'praeiret' iure et exercitu; a quo id Lucilius[12]: "Ergo praetorum est ante et praeire."

81. Quaestores a quaerendo, qui 'conquirerent' publicas pecunias et maleficia, quae triumviri capitales nunc conquirunt; ab his postea qui quaestionum iudicia exercent, quaes⟨*i*⟩tores[13] dicti.

83. Pontufices, ut[14] Scaevola Quintus pontufex maximus dicebat, a 'posse et facere', ut 'potifices'[15]; ego a 'ponte' arbitror: nam ab his sublicius est factus primum, ut restitutus saepe, cum ideo[16] sacra et uls et cis[17] Tiberim non mediocri ritu fiant.

86. Fetiales, quod 'fidei' publicae inter populos praeerant: nam per hos fiebat, ut iustum conciperetur bellum, et inde[18] desitum,

---

[1] *ex* fluant cadantque F^2. — [2] αγρο *F*. — [3] quod *F*. — [4] esset *F*. — [5] actūṣ *F*. — [6] *Plin. h. n. 18,3,9:* Iugum vocabatur, quod uno iugo boum in die exarari posset; actus, in quo boves agerentur cum aratro uno impetu iusto. Hic erat CXX pedum, duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat *Sp.* — [7] primo a] prima *F*, primum a *L. Spengel.* — [8] mancupes *F*. — [9] tatiensium *F*. — [10] trita *F*. — [11] *id est* tribuum. [12] Lucili *proposuit A. Spengel*, a quo ait Lucilius *Goetz-Schoell.* — [13] *Mo. St. R. II* 1^3, *233 n.* — [14] a *ins. F.* — [15] pontifices *F*. — [16] ideo *F*, in eo *Mueller*, eadem *A. Spengel.* [*Malim* inde. Th. M.] — [17] [et vis et $\overset{\text{cis}}{\text{gis}}$ *F*.] — [18] ubi *A. Spengel*, in desitum *sc.* bellum *Lachmann;* si desitum *Skutsch.*

ut foedere fides pacis constitueretur. Ex his mittebantur, antequam conciperetur, qui res repeterent, et per hos etiam nunc fit foedus, quod 'fidus' Ennius scribit dictum[1].

95. Pecus ab eo, quod 'perpascebant'[2]: a quo pecora[3] universa· quod in pecore pecunia tum pastoribus consistebat, et standi fundamentum pes — a pede 'pecudem' appellarunt, ut ab eodem 'pedicam' et 'pedisequum' et 'peculatoriae'[4] oves aliudve quid: id enim 'peculium' primum; hinc 'peculatum' publicum primo ut[5] cum pecore diceretur multa, et id esset[6] coactum in publicum, si erat aversum[7].

140. Arcera — etiam in XII tabulis[8] appellatur: quod ex tabulis vehiculum erat factum, ut arca[9], arcera dictum.

145. Quo 'conferrent' suas controversias et quae venderentur[10] quo ferrent, 'forum' appellarunt.

155. Comitium ab eo, quod 'coibant' eo comitiis curiatis et litium causa[11]. Curiae duorum generum; nam et ubi 'curarent' sacerdotes res divinas, ut curiae veteres, et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia, quod primus aedificavit Hostilius rex. Ante hanc rostra —, sub dextra huius a comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati, qui ad senatum essent missi; is Graecostasis appellatus a parte, ut multa. 156. Senaculum supra Graecostasim; — vocatum, ubi senatus aut ubi seniores consisterent —.

162. Ubi cenabant, cenaculum vocitabant, ut etiam nunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio ac Faleris et Cordubae dicuntur. Posteaquam in superiore parte cenitare coeperunt, superioris domus universa cenacula dicta[12].

163. Aes raudus dictum; ex eo[13] veteribus in mancipiis scriptum: "rauduseulo libram ferito."

175. Arrabo sic data, ut reliquum[14] reddatur; — a Graeco

---

1) *Cf. Non.* Fetiales. — 2) pascebant *cum recc. codd. Goetz-Schoell.* — 3) pecunia *Augustinus, sed contra adferunt Goetz-Schoell: schol. in Georg. 4,168; Isid. Orig. 12. 1, 6.* — 4) peculiariae *Lachmann,* peculiares *A. Spengel,* peculiatori ac *Mueller.* — 5) furtum *post* peculatum *ins. Vestranius; pro* ut *Mueller* tum *proposuit;* primo furtum cum? *Goetz-Schoell.* — 6) esse *F.* — 7) *De loco emend. v. Mue. in edit., Lachm., Rh. Ph. 6,106. Spengel, Münch. akad. Abh. 7,450. Thilo, Jahrb. f. kl. Phil. 1855 p. 524. De peculatu cf. Fest.* Peculatus. — 8) *v. tom. I p. 18 tab. 1,3.* — 9) arcar *F.* — 10) uenderentur] *Goetz-Schoell nihil mutant coll. Fest. P. 30,5* (quod ibi boves venderentur) *et 125,7* (ut in domo eius obsonia venderentur). — vendere *codd. recent.* — 11) causae *F.* — 12) *Cf. Fest.* Cenacula. *D. 43,17, 3,7.* — 13) in *ins. F.* — 14) reliquum *delet Madvig.*

ἀῤῥαβών. Reliquum, quod ex eo, quod debitum, reliquum. 176. Damnum a ‘demptione’, cum minus re factum, quam quanti constat.

177. Multa[1] pecunia, quae a magistratu dicta, ut exigi posset ob peccatum; quod ‘singulae’ dicuntur, appellatae[2] eae ‘multae’[3], quod olim ‘unum’ dicebant ‘multam’[4]; itaque cum in[5] dolium aut culleum vinum addunt rustici, ‘prima’ urna addita dicunt etiam nunc.

179. Si datum quod reddatur, mutuum, quod Siculi ‘moeton’[6]; itaque scribit Sophron ‘moeton antimo et’[7]. Munus, quod ‘mutuo’ animo qui sunt, dant officii causa. Alterum ‘munus’, quod ‘muniendi’ causa imperatum, a quo etiam municipes, qui una ‘munus fungi’ debent, dicti. 180. [8]《Si is》 Ea pecunia, quae in iudicium[9] venit in litibus, sacramentum a ‘sacro’. Qui[10] petebat et qui infitiabatur, de aliis rebus uterque quingenos aeris ad pontem[11] deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero[12] assum; qui iudicio vicerat, suum sacramentum e sacro auferebat, victi ad aerarium redibat. 181. Tributum dictum a ‘tribubus’, quod ea pecunia, quae populo imperata erat, ‘tributim’ a singulis pro portione census exigebatur[13]. Ab hoc ea, quae adsignata erat, attributum dictum; ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, tribuni aerarii dicti; id quod attributum erat, aes militare. Hoc est, quod ait Plautus[14]: “Cedit miles, aes petit”; et hinc dicuntur milites aerarii, ab aere, quod stipendia facerent[15]. 182. Hoc ipsum stipendium a ‘stipe’ dictum, quod aes quoque stipem dicebant; nam quod asses libras[16] pondo erant, qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant, quo minus loci occuparet; ab ‘stipando’ ‘stipem’ dicere coeperunt. Stips[17] ab στοιβή fortasse Graeco verbo[18]. Id apparet, quod, ut tum institutum, etiam nunc diis cum thesauris

---

1) a *ins. F.* — 2) additae *Goeschen.* — 3) multas *F*, olim ⟨ovem⟩ unum dicebant multae *prop. Goetz-Schoell. coll. Gell. 11,1,3 sqq.* — 4) *sic Goeschen*, multae *F*, multum *A. Spengel.* — 5) in *om. F.* — 6) *id est* μοῖτον. — 7) μοῖτον ἀντὶ μοίτου *Lindenbrog ad Ter. Eun. 3,1,55, coll. Hesych* μοῖτον ἀντίμου, *qui locus ipse in* μοῖτον ἀντὶ μοίτου *mutandus est.* — 8) ‘*Lac. post* si is *sign. Aldus*’ *Goetz-Schoell.* Si⟨mil⟩is *coni. L. Spengel.* — 9) indicium *F.* — 10) quis *F.* — 11) pontificem *Augustinus.* — 12) certum alium legitimum numerum *L. Spengel.* — 13) exigebantur *F.* — 14) *Aulul. 3, 5,52.* — 15) *Cf. Gai. 4,27.* — 16) librales *Mueller*, ‘Librae *Laetus, cf. § 169:* as erat libro pondo’ *Goetz-Schoell.* — 17) stipa *F.* — 18) ‘Stips ab . . . verbo *ab alio videntur addita esse.*’ *A. Spengel.*

asses dant, stipem dicunt, et qui pecuniam alligat, stipulari et restipulari. Militis stipendia[1] ideo, quod eam 'stipem pendebant'; ab eo etiam Ennius scribit: "Poeni stipendia pendunt". 183. Ab eodem aere pendendo dispensator, et in tabulis scribimus expensum. — Per trutinam solvi solitum: vestigium etiam nunc[2] manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam.

Liber VI.

5. Suprema summum diei; id ab superrimo. Hoc tempus XII tabulae[3] dicunt occasum esse solis; sed postea lex Plaetoria[4] id quoque tempus esse iubet supremum, quo praetor[5] in comitio supremam pronuntiavit populo.

11. Lustrum nominatum tempus quinquennale a 'luendo', id id est solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur[6].

13. Terminalia, quod is dies anni extremus constitutus; duodecimus enim mensis fuit Februarius, et cum intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense.

29. Dies fasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo icet 'fari'. Comitiales dicti, quod tum ut esset[7] populus constitutum est ad suffragium ferundum; nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ut[8] Compitalia et Latinae[9]. 30. Contrarii horum vocantur dies nefasti, per quos dies 'nefas fari' praetorem: "do, dico, addico". Itaque non potest agi: necesse est aliquo[10] uti verbo, cum lege quid[11] peragitur. Quod si tum imprudens id verbum emisit ac quem manumisit, ille nihilo minus est liber, sed vitio;

---

1) milites stipendii *F.* — 2) iam nunc et *F.* — 3) *v. tom. I p. 19 tab. I, 9.* — 4) praetoria *F. De lege Plaetoria vide tom. I p. 45,1. Cf. Plin. h. n. 7,60,212:* XII tabulis ortus tantum et occasus nominantur; post aliquot annos adiectus est et meridies, accenso consulum id pronuntiante, cum a curia intra rostra et graecostasim prospexisset solem, sed hoc serenis tantum diebus usque ad primum Punicum bellum. — 5) praeco *Ursinus; cf. infra p. 58 lib. VI, 89.* — 6) solvebantur *Mo., St. R.* 3^3,343 *n. 4; cf. Lex Malac. LXIII.* — 7) ut ⟨*in comitio*⟩ esset *Bergk*, ut coiret *Mueller.* — 8) ut *om. F.* — 9) *Macr. sat. 1,16,14:* Fasti sunt, quibus licet fari praetori tria verba sollemnia: do, dico, addico; his contrarii sunt nefasti; comitiales sunt, quibus cum populo agi licet; et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest, comitialibus utrumque potest. — 10) est ⟨*enim*⟩ *Vertranius*, necesse enim *Mueller.* — 11) qui *F.*

ut magistratus vitio creatus nihilo setius[1] magistratus. Praetor qui tum fatus[2] est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur; si prudens dixit, Q. Mucius aiebat[3], eum expiari ut impium non posse. 31. Intercisi[4] dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam caesam et exta porrecta[5] fas; a quo, quod fas tum 'intercedit' aut eo⟪s⟫ 'intercisum' nefas, intercisi[6]. Dies qui vocatur sic "quando rex comitiavit, fas", is[7] dictus ab eo, quod eo die rex sacrificulus[8] dicat[9] ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas; itaque post id tempus lege actum saepe. 32. Dies qui vocatur: "quando stercum delatum, fas", ab eo appellatus, quod eo die ex aede Vestae stercus everritur et per Capitolinum clivum in locum defertur certum.

60 'Nuncupare' nominare valere apparet in legibus, ubi 'nuncupatae pecuniae' sunt scriptae.

61. Dico . . . . Hinc 'dicare', hinc 'iudicare', quod tunc 'ius dicatur'; hinc 'iudex' quod iudicat[10] accepta potestate, id est quibusdam verbis dicendo finit; sic enim aedis sacra a magistratu pontifice praeeunte dicendo dedicatur.

64. Conserere manu dicimur cum hoste; sic "ex iure manu⟨*m*⟩[11] consertum" vocare. hinc adserere manu[12] in libertatem, cum prendimus; sic augures dicunt si mihi auctor est verbi nam manum asserere dicit consortes[13]: hinc etiam, a⟪d⟫ quo ipsi consortes, sors.

69. Spondere est dicere 'spondeo'; a 'sponte', nam id valet et[14] 'a voluntate'. — Ab eadem 'sponte', a qua dictum 'spondere', declinatum 'spondit'[15] et 'respondet' et 'desponsor' et 'sponsa', item

---

1) sed ius *F*. — 2) factus *F*. — 3) aiebat *L. Spengel*, abigebat *F*, ambigebat *Laetus*. — 4) intercensi *F*. — 5) proiecta *F*. — 6) *sic A. Spengel*, intercisum *F*. [*Fortasse* quod fas tum intercedit ante et post nefas, intercisus. Th. M.] — 7) fassis *F*. — 8) sacrificiolus *F teste Victorio*, sacrificio ius *apographa*. — 9) dicat *F*, it *Th. Mommsen*, litat *Hirschfeld*. — 10) iu[s de]dicat *Spengel filius collata voce* dedicatur *in fine parenthesis*. — 11) manum *Scioppius* (*cf. Cic. de or. I 41 alia*). *Goetz-Schoell*. — 12) manum *F quam lectionem tuentur Goetz-Schoell coll. Fest. 25,10*. — 13) [*Corrupta haec verba neque adhuc sanata* (*certe* verbenam, *quod propositum a Bergkio nuper recepit Spengel filius, non perspicitur quomodo cum adserendo recte coniungatur*) *sic forte restituenda erunt:* sic auctores iuris dicunt, si mihi auctor est et tibi una manum asserere, dici consortes. Th. M.] — 14) et *delendum aut* et a *corrigendum in* etiam. — 15) *corruptum*, despondet *temptant Goetz-Schoell.*

sic alia. spondet enim[1] qui dicit a sua sponte 'spondeo'[2] spondet[3] est sponsor; qui idem[4] faciat obligatur sponsu[5], consponsus; hoc Naevius significat, cum ait 'consponsi'. 70. Spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa; appellabatur et pecunia et quae desponsa erat, sponsa; quae pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio; cui desponsa quo[6] erat, sponsus; quo die sponsum erat, sponsalis. 71. Qui[7] spoponderat filiam, despondisse[8] dicebant, quod de sponte eius, id est de voluntate, exierat; non enim si volebat, dabat[9], quod sponsu erat alligatus, — quod tum et praetorium ius ad legem et censorium iudicium ad aequum existimabatur. Sic despondisse animum quoque dicitur, ut despondisse filiam, quod suae spontis statuerat finem. 72. A qua 'sponte' dicere cum spondere[10] quoque dixerunt, cum 'ad spontem'[11] responderent, id est ad voluntatem rogationis[12]; itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet, ut non spondet ille statim, qui dixit 'spondeo', si iocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. Itaque is qui[13] dicit in tragoedia: "Meministine te spondere[14] mihi gnatam[15] tuam?" quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu[16].

74. Sponsor et praes et vas neque idem[17], neque res a quibus hi, sed e re simile. Itaque praes, qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praestet[18]; a quo et, cum respondet, dicit: "praes". Vas appellatus, qui pro altero 'vadimonium' promittebat. Consuetudo erat, cum reus parum esset idoneus inceptis rebus, ut pro se alium daret. A quo caveri[19] postea lege coeptum est ab his, qui praedia venderent, vadem ne darent; ab eo adscribi coeptum in lege mancipiorum: "Vadem ne poscerent[20], nec dabitur".

81. Dictum cerno a 'cereo', id est a 'creando': dictum ab eo, quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc — qui id[21]

---

[1] spondet enim *del.* — [2] dicit — spondeo *del.* — [3] spondit *F*, qui spopondit *L. Spengel, praeterea nihil mutans.* — [4] quidem *F.* — [5] sponsu *L. Spengel;* sponsus *F.* — [6] a quo *A. Spengel.* — [7] quo *F.* [*Fortasse* quom. Th. M.] — [8] dispondisse *F.* — [9] non enim si nolebat non dabat *Mueller.* — [10] respondere *pro* cum spondere *Mueller; an* ⟨spondere pro⟩ dicere, un⟨de re⟩spondere? *Goetz-Schoell coll. Fest. 342,3.* — [11] a sponte *F.* — [12] rogatoris *L. Spengel.* — [13] ita quisqui *F.* — [14] te despondere *F.* — [15] agnatam *F.* — [16] *De universo hoc loco (§ 69—72) cf. Lachmann, Spengel, Thilo supra p. 51 in exordio citt. Huschke, ZGR. 10,327.* — [17] ideo *F.* — [18] praes siet *Palmerius.* — [19] cauari *F.* — [20] nec poscet *Scioppius.* — [21] [qui id *fortasse corruptum ex* cernito. Th. M.] cernito *post* testamento *ins. Goetz-Schoell.*

in testamento: id est 'facito, videant te esse heredem'; itaque in cretione adhibere iubent testes[1].

86. Nunc primum ponam de[2] censoriis tabulis: "Ubi noctu in templum censor[3] auspicaverit atque de caelo nuntium[4] erit, praeconi[5] sic imperato, ut viros vocet: 'Quod bonum fortunatum felix[6] salutareque siet[7] populo Romano Quiritibus[8] reique publicae populi Romani Quiritium mihique collegaeque meo fidei magistratuique nostro! Omnes Quirites pedites armatos privatosque curatores omnium tribuum, si quis pro se sive pro[9] altero rationem dare[10] volet, vocat⟨o⟩ in licium huc ad me'. 87. Praeco in templo primum vocat⟨*o*⟩, postea de moeris, item vocato. Ubi lucet[11] censor⟨*es*⟩, scribae, magistratus murra unguentisque unguentor[12]. Ubi praetores tribunique plebei quique in consilium vocati sunt venerunt, censores inter se sortiuntor[13], uter lustrum faciat. Ubi templum factum est, post tum conventionem habeto[14] qui lustrum conditurus est".

88. In commentariis consularibus scriptum sic inveni: "Quie xercitum imperaturus erit, accenso dicito: 'C. Calpurni[15], voca in licium omnes Quirites huc ad me'. Accensus dicit⟨*o*⟩ sic: 'Omnes Quirites, in licium visite huc ad iudices'. 'C. Calpurni', co(n)s(ul) dicit⟨*o*⟩, 'voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me'. Accensus dicit⟨*o*⟩ sic: 'Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad iudices'. Dein consul eloquitor[16] ad exercitum: 'Impero qua convenit ad comitia centuriata".

89. Quare hic[17] accenso, illic praeconi dicit, haec est causa: in aliquot rebus item[18] ut praeco, accensus 'acciebat'[19], a quo 'accensus' quoque dictus. Accensum solitum ciere, Boeotia ostendit, quam comoediam Aquilii[20] esse dicunt, hoc versu: "Ubi primum accensus clamarat meridiem". Hoc idem Cosconius in actionibus scribit[21] praetorem accensum solitum ⟪tum⟫ esse iubere, ubi ei videbatur

---

1) *Cic ad Att. 13,46:* cognovi cretionem Cluvii, — liberam cretionem testibus praesentibus, LX diebus. *Cf. infra p. 60 lib. VII, 98.* — 2) de *om. F.* — 3) censora *F.* — 4) *Fortasse scribendum* nuntiatum, *quamquam etiam* nuntium *de eo quod nuntiatur dictum defendi potest.* — 5) praeconis *F.* — 6) *sic F*, felixque *Aldus.* — 7) salutare quesierit *F.* — 8) *Mo.*, Quiritium *F.* — 9) sı verbo *F.* — 10) dari *F.* — 11) licet *F.* — 12) unguentur *F.* — 13) sortiuntur *corr. ex* sortitiuntur *F.* — 14) habet *F.* — 15) dicit hoc calpurni *F.* — 16) eloquitur *F.* — 17) hinc *F.* — 18) idem *F.* — 19) accipiebat *F.* — 20) *sic Turnebus*, commediam alii *F.* — 21) in actionibus suiscribit F^1; sui *delet manus 2 ut vid. Goetz-Schoell.*

horam esse tertiam, inclamare horam tertiam esse, itemque meridiem [1] et horam nonam.

90. Circum muros [2] mitti solitus quomodo inliceret populum in eum ⟨*locum*⟩, unde vocare posset ad contionem non solum ad consules et censores, sed etiam quaestores, commentarium indicat vetus anquisitionis [3] M’ [4] Sergii Mani filii, quaestoris, qui capitis accusavit T. [Quinctium] Rocum [5], in quo [6] sic est: 91. “Auspicio operam des et [7] in templo auspices [8]. Dum aut ad praetorem aut ad consulem mittas auspicium petitum, comitiatum praeco [9] populum vocet ad te, et eum [10] de muris vocet praeco; id imperare ⟨*o*⟩portet. Cornic⟨*in*⟩em ad privati ianuam et in arcem mittas, ubi canat. Collegam roges [11], ut comitia edicat de rostris, et argentarii tabernas occludant. Patres censeant exquaeras [12] et adesse iubeas; magistratus censeant exquaeras [12], consules praetores tribunosque plebis collegasque tuos [13] in templo adesse iubeas omnes [14]; ac cum mittas [15], contionem a⟨*d*⟩voces”.

92. In eodem commentario anquisitionis [16] ad extremum scriptum caput edicti hoc est: “Item quod attingat qui de censoribus [17] classicum ad comitia centuriata redemptum habent, uti curent eo die, quo die comitia erunt, in arce classicus canat [18] circumque muros et ante privati huiusce T. Quincti Roci [19] scelerosi ⟨*h*⟩ostium canat, et ut in campo cum primo luci adsiet” [20].

93. Inter id cum circum muros mittitur et cum contio advocatur, interesse tempus apparet ex his quae interea fieri [21] scriptum est. Sed ad comitiatum vocatur populus ideo, quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare; censor, consul, dictator, interrex potest, quod censor⟪em⟪ exercitum centuriato constituit quinquennalem, cum lustrare⟪t⟫ et in urbem ad vexillum ducere debet; dictator et consul in singulos annos quod hic exercitui

---

1) *Cf. supra p. 55 l. VI, 5.* — 2) circum auras *F.* — 3) inquisitionis *F.* — 4) m *F.* — 5) accusauit rogum *F.* — 6) in aqua *F.* — 7) operam des et *Bergk probante Mo. Staatsrecht* I^3*, 93 n. 3;* orande sed *F.* — 8) *sic Mo. l. c.*, auspiciis *F.* — 9) *sic Mo. l. c.*, commeatum praetores *F.* 10) *pro* eum *conicit* reum *Canal.* — 11) cannat colligam rogis *F.* — 12) censeant exquiras *Mueller* (exquaeras *Bergk*), censeat extra *F.* — 13) tuos] uos et *F.* — 14) homines *F.* — 15) ac cum mittas] [*fortasse* ad comitias. Th. M.] — 16) acquisitionis *F.* — 17) decessoribus *F.* — 18) cannatum *F.* — 19) quinti trogi *F.* — 20) adsit et *F.* — 21) illicitum (t *lineolis del. m. 2*) *ins. F.*

imperare potest quo eat, id quod propter centuriata comitia imperare solent. 94. Quare non est dubium, quin[1] hoc in licium sit, cum circum muros itur, ut populus 'inliciatur' ad magistratus conspectum, qui viros vocare[2] potest, in eum locum, unde vox ad contionem vocantis exaudiri possit. —

95. Hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur consuli adest tum cum exercitus imperatur, ac praeit, quid eum dicere oporteat. Consul augur⟨*i*⟩ imperare solet, ut in[3] licium vocet, non accenso aut praeconi. Id inceptum credo, cum non adesset accensus, et nihil intererat, cui imperaret; et dicis causa fieba⟨*n*⟩t quaedem neque item facta neque item dicta semper.

Liber VII.

15. Anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab 'ambitu' et 'frangendo'; ab eo leges iubent in directo pedum VIII[4] esse, in anfracto XVI, id est in flexu.

51. Supremum ab 'superrumo' dictum; itaque XII tabulae[5] dicunt: "solis occasu diei suprema tempestas esto."

93. Iurgio, id est litibus; itaque quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis: ideo in actionibus videmus dici: "Quam rem, sive me[6] litem dicere oportet"; ex quo licet videre iurgare esse ab iure dictum, cum quis 'iure litigaret'; a quo 'obiurgat' is, qui id facit iuste[7].

98. [Crevi] valet[8] 'constitui'; itaque heres, cum constituit se heredem esse, dicitur cernere[9], et cum id fecit, crevisse.

105. Nexum[10] Manilius scribit omne quod per libram et aes geritur[11], in quo sint mancipia; Mucius, quae per aes et libram fiant ut obligentur[12], praeter quae mancipio dentur[13]. Hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo quaerit; nam id est[14], quod obligatur per libram 'neque suum' fit, inde 'nexum' dictum. Liber, qui suas operas

---

[1] quin] cum *F.* — [2] quiros uocari *F.* — [3] is *F.* — [4] uiam *ins. Christ.* — [5] tabulis *F.* — *Cf. tom. I p. 19 tab. I, 8.* — [6] mi *F, del. Aldus.* — [7] *Cf. Nonius* Iurgium. — [8] crevi *cum aliis verbis om. F.* — [9] cernere] canere *F.* — [10] *Cf. tom. I p. 25.* — [11] *Cic. de or. 3,40,159:* nexum quod per libram agitur. *Top. 5,28:* abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio. — [12] obligetur *Hu.* — [13] praeterquam m. detur *F;* praeter quom mancipio dentur *Hu. et Goetz-Schoell.* — [14] id aes *Mo. ZSSt. 23,349.*

in servitutem pro pecunia quam debebat[1], dum solveret, nexus vocatur[2], ut ab 'aere' 'obaeratus'. Hoc C. Poetelio Libone Visolo[3] dictatore[4] sublatum ne fieret[5]; et omnes, qui bonam copiam iurarunt, ne essent nexi, dissoluti[6].

Liber VIII.

4. Ut in hominibus quaedam sunt agnationes ac[7] gentilitates, sic in verbis; ut enim ab Aemilio homines[8] orti Aemilii ac gentiles, sic ab Aemilii nomine declinatae voces in gentilitate nominali; ab eo enim, quod est inpositum recto casu Aemilius, orta Aemilii, Aemilium *cet.*

82. In hoc ipso analogia non est, quod alii nomina habent ab oppidis, alii aut non habent, aut non ut debent habent. 83. Habent plerique libertini a municipio manumissi; in quo, ut societatum et fanorum servi, non servarunt pro portione[9] rationem. Et Romanorum liberti debuerunt dici, ut a Faventia Faventinus, ab Reate Reatinus, sic a Roma Romanus, ut nominantur libertinis orti publicis [scilicet] servis Romani, qui manumissi ⟨*sunt*⟩[10] ante quam sub magistratus[11] nomina, qui eos liberarunt, succedere coeperunt.

Liber VIIII.

83. Quare quoniam ad analogias quod pertine⟪a⟫t non est ut omnia similia dicantur, sed ut in suo quaeque genere similiter declinentur, stulte quaerunt, cur as et dupondius et tressis non dicantur pro portione, cum as sit[12] simplex, dupondius fictus, quod duo asses pendeba⟪n⟫t, tressis ex tribus aeris quod sit. pro assibus nonnumquam

---

1) debeat dat *Augustinus*, debet dat *Schwegler*. — 2) [^{VII} *Excidisse quaedam videntur. — Cf. tom. I pag. 25.*] — 3) *sic fere Lachmann*, . c . popillio uocare sillo *F*. — 4) [*Dictatorem hunc C. Poetelium C. f. C. n. Libonem Visolum fasti ad a. 441 recensent; at Livius 8,28 eandem legem Poeteliam latam esse ait a patre eius cognomine, sed C. f. Q. n., consule tertium a. 428. Cf. röm. Forschungen 2,244.* Th. M.] — 5) *Liv. l. c.:* iussi consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poenam lueret, in conpedibus aut in nervo teneretur, pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Ita nexi soluti cautumque in posterum, ne necterentur. — 6) dissoluti] sed soluti *Mueller*. — 7) ad *F*. — 8) homine *Becker*. — 9) *L. Spengel*, proportionem *F*. — 10) [*sic scripsi; cf. Staatsrecht* 1^3*,321 n. 7.* Th. M.] ut nominantur libertinis orti publicis [*an* Publici — Servii? *Goetz-Schoell*] orti orti seruis Romani qui manumissi *F*, at nominantur libertini orti a publicis servis Romanenses qui manumissi *Mueller*. — 11) magistratuum *Lipsius*. — 12) adsit *F*.

aes dicebant antiqui, a quo dicimus assem tenentes: "Hoc ⟪ab⟫ aere aeneaque libra" et "Mille aeris legasse".

2. E libris rerum rusticarum.

Scriptores rei rusticae ed. Schneider. 1794. Tom. I p. 123. M. Porci Catonis de agri cultura et M. Terenti Varronis rerum rusticarum libri tres ex rec. H. Keilii. 1884. Cf. exordium p. 51.

Liber I.

2, 9. C. Licinium Stolonem — video venire, — cuius maiores de modo agri legem tulerunt; nam Stolonis illa lex, quae vetat plus D iugera habere civem Romanum —. Eiusdem gentis C. Licinius, tribunus plebis cum esset, post reges exactos annis CCCLXV primus populum ad leges accipiendas in septem iugera forensia e comitio eduxit[1].

10, 1. Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. — metiuntur — apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. — Iugerum (vocant), quod quadratos duos actus habeat. 2. Actus quadratus, qui et latus est pedes CXX et longus totidem. — Bina iugera, quod a Romulo primum divisa[2] viritim[3], quae heredem sequerentur, heredium appellarunt.

Liber II.

Praef. 1. Viri magni nostri maiores non sine causa praeponebant rusticos Romanos urbanis. — Itaque annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis septem ut rura colerent.

1, 9. Romanorum — populum a pastoribus esse ortum quis non dicit? — multa etiam nunc ex vetere instituto bubus et ovibus dicitur, et — aes antiquissimum, quod est flatum, pecore est notatum —. 15. Quarta pars est de iure in parando[1], quem ad modum quamque pecudem emi oporteat civili iure. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere; neque in omnibus satis est stipulatio aut solutio nummorum ad mutationem domini《i》. — 16. Greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium aestivatum, atque ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant.

---

[1] *Cic. de amic. 25,96:* (C. Licinius Crassus) primus instituit in forum versus agere cum populo. *Colum. de r. r. 1,3,10:* post reges exactos Liciniana illa septena iugera, quae plebi tribunus viritim diviserat, maiores quaestus antiquis rettulere, quam nunc nobis praebent amplissima veterata. *Hu. üb. d. Stelle d. Varro v. d. Liciniern. 1835.* — [2] dicebantur *ins. C., om. qui hunc locum citat Nonius.* — [3] *Plin. h. n. 18,2,7:* Bina tunc iugera populo Romano satis erant, nullique maiorum modum adtribuit (Romulus). — *c. 3,18:* M' Curii nota dictio est perniciosum intellegi civem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura plebei post exactos reges adsignata est. *De duobus iugeris cf. Mo. R. G. 1,183 n. 3. Voigt, Rh. Ph. 24,53.*

2, 5. In emptionibus (ovium) iure utimur eo, quo lex praescripsit; in ea enim alii plura, alii pauciora excipiunt; quidam enim pretio facto in singulas oves, ut agni cordi duo pro una ove adnumerentur, et si quoi[2] vetustate dentes absunt, item binae pro singulis ut procedant. De reliquo antiqua fere formula utuntur: cum emptor dixit: "Tanti sunt mi emptae?" et ille respondit: "sunt" et expromisit nummos, 6. emptor stipulatur prisca formula sic: "Illasce[3] oves, qua de re agitur, sanas recte esse, uti pecus ovillum, quod recte sanum est, extra lusca⟨*m*⟩, surdam, minam (id est ventre glabro), neque de pecore morboso esse, habereque recte licere; haec sic recte fieri spondesne?" Cum id factum est, tamen grex dominum non mutavit, nisi si est adnumeratum; nec non emptor pote ex empto vendito illum damnare, si non tradet, quamvis[4] non solverit nummos; ut ille emptorem simili iudicio, si non reddit pretium.

5, 10. 11. (Boves) cum emimus domitos, stipulamur sic: 'Illosce boves sanos esse, noxisque ⟨*solutos*⟩ praestari?'; cum emimus indomitos, sic: 'Illosce iuvencos sanos recte, deque pecore sano esse, noxisque ⟨*solutos*⟩ praestari spondesne?' Paulo verbosius haec, qui Manilii actiones sequuntur[5].

(Similiter de capris (3, 5), de suibus (4, 4), de asinis (6, 3), de equis (7, 6), de canibus (9, 7).

10, 4. In emptionibus (servorum) dominum legitimum sex fere res perficiunt: si hereditatem iustam adi⟨*i*⟩t; si ut debuit mancipio ab eo accepit, a quo iure civili potuit; aut si in iure cessit qui potuit[6] cedere et id ubi oportuit[7]; aut si usu cepit; aut si e praeda sub corona emit, tumve cum in bonis sectioneve cuius publice veniit.

---

1) imparando *C.* — 2) si quae *C.* — 3) illasque *C.* — 4) quam ouis *C.* — 5) mamili actionis secuntur *C.* — 6) qui potuit] cui potius *C.* — 7) ubi *ins. C.*

5. In horum emptione solet accedere peculium aut excipi, et stipulatio intercedere sanum[1] esse furtis noxisque solutum, aut si mancipio non datur, dupla promitti, aut, si ita pacti, simpla.

IV. NONIUS MARCELLUS.

E libris de compendiosa doctrina per litteras.

Nonius grammaticus, Thubursico in Numidia ortus, saeculo III exeunte vel ineunte IV compilavit compendiosam doctrinam per litteras, *utilem propter multos veterum scriptorum locos per eam servatos. Novissime ediderunt Gerlach et Roth a. 1842, Quicherat a. 1871, L. Mueller a. 1888, Lindsay a. 1903; illos in plerisque secutus sum, paginis adnotatis.*

520 Accensi, qui his (decurionibus et centurionibus) 'accensebantur', id
est 'adtribuebantur'. Varro de vita populi Romani lib. III: "qui de
adscriptivis, cum erant attributi decurionibus et centurionibus, qui
59 eorum habent[2] numerum, accensi vocabantur". — Accensi genus militiae est administrantibus proximum. Varro rhetoricorum (?) libro XX: "ut, consules ac praetores qui secuntur in castra, accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur, velut accersiti". quos nunc dicimus deputati.

55 Arcera plaustrum est rusticum, tectum undique, quasi 'arca'. — Hoc autem vehiculi genere senes et aegroti vectari solent.[3]

6 Calvitur dictum est 'frustratur', tractum a 'calvis' mimicis, quod sint omnibus frustratui. — Lucilius —: [4]"si non it, capito", inquit, "eum"; et "si calvitur, ergo fer dominum"[5].

267 Coicere, 'agere'. Afranius —: "causam coicere hodie ad te volo. Ambon adestis? profuturos arbitror"[6].

529[7] Fetiales — Varro de vita p. R. lib. II: "Itaque bella et tarde et magna diligentia[8] suscipiebant, quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere; priusquam[9] indicerent bellum is, a quibus iniurias factas sciebant, fetiales legatos res repetitum mittebant quattuor, quos oratores vocabant". Idem l. III: "Si cuius legati violati essent, qui id[10] fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati, statuerunt, fetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent iudicarent statuerent, constituerunt'[1].

---

[1] sane eum *C.* — [2] augebant *L. Mueller.* — [3] *Cf. tom. I p. 18 tab. I, 3.* — [4] *Lindsay:* "si non it, capito", inquit, "eum, et si calvitur". ergo fur dominum? — [5] ergo fer dominum] *sic libri*, endo ferto manum *edd.* — [6] *Cf. tom. I p. 19 tab. I, 7.* — [7] *Cf. Festus v.* Orare. — [8] *sic Niebuhr*, licentia *libri.* — [9] quam *om. Guelferbytanus liber.* — [10] quid *libri.*

430 Iurgium levior res est, siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio iurgium dicitur: inter inimicos dissensio lis appellatur. M. Tullius de rep. l. IIII: "admiror nec rerum solum sed verborum etiam elegantiam: 'si iurgant', inquit[2]; "benevolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur." Et in sequenti: "iurgare igitur lex putat[3] inter se vicinos, non litigare."

442 — matrem familias (dictam esse existimant), quae in familia mancipioque sit patria, etsi in mariti matrimonio esset.

438 Mutuum sine usuris, fenus cum usuris sumitur.

531 Nubentes veteri lege Romana asses III ad maritum venientes solere pervehere, atque unum, quem in manu tenerent, tamquam emendi causa marito dare[4]; alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium ponere; tertium, ⟨*quem*⟩ in sacciperione condidisse⟨*n*⟩t, conpito vicinali solere resenare[5] — quos ritus Varro — de vita p. R. diligentissime percucurrit.

216 Oves generis feminini, ut plerumque; masculini Varro —: "M.[6] Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus[7] est, eum ego[8] unum ovem multam dico"[9].

149 Plebitatem, ignobilitatem. 'Cato pro Veturio': 'propter tenuitatem et plebitatem'. Hemina in annalibus[10]: 'Quicumque propter plebitatem agro publico eiecti sunt'[11].

Proletarii dicti sunt plebei, qui nihil rei publicae exhibeant, sed 67
tantum prolem sufficiant. — Varro de vita p. R. lib. I: "quibus
erant pecuniae satis, locupletis, adsiduos; contrarios proletarios. Adsiduo
neminem vindicem voluerunt locupleti"[12]. Proletarii cives dice- 155

---

[1] iudicarent et statuerent et constituerent *libri*. — [2] *Cf. tom. I p. 27 tab. VII, 5.* — [3] putet *Lindsay.* — [4] daret *vel* darent *libri.* — [5] *sic libri*, reserare *Roth*, *fortasse* reservare. — [6] M. *om. libri*, *sed praecedit* idem. — [7] *sic Gellius 11,1,4;* excitatus *Nonius.* — [8] eum ego *Nonius*, ego ei *Gellius.* — [9] *Gellius 11,1,4:* Quando — a magistratibus populi Romani — multa dicitur vel minima vel suprema, observari solet, ut 'oves' genere virili appellentur; atque ita M. Varro verba haec legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: 'M. Terentio — dico', ac nisi eo genere diceretur, negaverunt iustam videri multam. — [10] annos *libri.* — [11] *Sallust. hist. 1,9 ed. Dietsch:* regibus exactis — servili imperio patres plebem exercere — agro pellere. — [12] idem: assiduo neminem uindicem esse uoluerunt nisi assiduum id est locupletem *coniecit Turnebus.*

bantur, qui in plebe tenuissima erant et non amplius quam mille et quingentos aeris in censum deferebant.

54 = Gellius 17,6 **Recepticium** servum quidam — dictum volunt, — qui venumdatus ob aliquod — malefactum 'a distractore recipiatur'; sed vera hae cest eius nominis interpretatio: quem in data dote aut donatione quis 'exceperit', quod est proprie 'receperit'. — Cato: "mulier et magnam dotem dat et magnam pecuniam[1] retinet"; ex ea igitur re familiari, quam[2] sibi dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat: eam pecuniam[2] a viro forte irata repetere instituit; adponit ei flagitatorem recepticium, hoc est proprium, suum, quem reliqua pecunia 'receperat nec dederat doti, sed exceperat'.

542 **Ricin⟨i⟩um**, quod nunc mafurtium dicitur, palliolum femineum breve. Varro — de vita p. R. —: "Ex[3] quo mulieres in — luctibus, cum omnem vestitum delicatiorem ac luxoriosum — ponunt, ricinia sumunt".

38 **Scripturarios** veteres, quos nunc tabularios dicimus, dici volunt, quod scripturis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius l. XXVI: "Publicanus[4] vero ut Asiae fiam, ut[5] scripturarius".[6]

523 **Sexagenarios** per pontem mittendos male diu popularitas intellexit[7], cum Varro de vita p. R. — honestam causam — patefecerit: "cum in quintum gradum pervenerant atque habebant sexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atque otiosi. Ideo in proverbio quidam putant venisse, ut diceretur, sexagenarios de ponte deici oportere, id est quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant".

453 **Usu**, id est utendo, unde et 'usurpare' dictum est, obtineri quid cum[8] possit, veteres usu perire, hoc est non utendo, aliquid posse. Plautus Amfitryone: — "cavesis, ne tu te usu perduis".

43 **Viritim** dictum est separatim et per singulos viros. M. Tullius de re publica[9] —: "ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, (Numa) divisit viritim civibus'. — Varro de vita p. R. l. I: "et extra urbem in regiones XXVI agros viritim liberis attribuit".

---

[1] recipit hoc est et magnam dotem dat et magnam pecuniam *ins. Gellii (17,6,1) codicum familia deterior, om. Gellii libri meliores cum Nonio Gellianorum compilatore.* — [2] quam] *Gellius*, ex qua *Nonii libri*, viro m. d. e. pecuniam *habet Gellius, om. libri Noniani.* — [3] et *libri.* — [4] publicanum *libri.* — [5] ut] *om. Nonius altero loco.* — [6] *Cf. Festus v.* Scripturarius. — [7] *Cf. Festus v.* Sexagenarios. — [8] [*sic scripsi*, optinere quidquam *libri.* Th. M.] — [9] *Cic. de r. p. 2,14,26.*

V. ASCONIUS IN CICERONIS ORATIONES.

Q. Asconius Pedianus grammaticus ineunte saec. I natus commentarios doctrina insignes in Ciceronis orationes scripsit servatos nobis uno codice Sangallensi, qui saec. XV descriptus postea periit. Huic incerti auctoris in Verrinas commentarii aetate et doctrina longe inferiores adiuncti fuerunt, qui Asconii nomine diu ornati hodie sub Pseudo-Asconii nomine citari solent. Asconii commentarios novissime ediderunt Kiessling et Schoell 1875, [*VII Clark 1907.*] *Eosdem et Pseudo-Asconianos coniunctos edidit Baiter in Cic. ed. Orell. T. V p. II, 1835. Trium editionum paginas singulis locis excerptis in margine adieci.*

A. In Pisonianam.

Arg. Cn. Pompeius Strabo[1], pater Cn. Pompei Magni, Transpadanas colonias — non novis colonis — constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut possent habere ius, quod ceterae Latinae coloniae, id est ut per[3] magistratus civitatem Romanam adipiscerentur. *(3=2=3)*[2]

§ 8. L. Iulio C. Marcio cos.[4], quos et ipse Cicero supra memoravit, SCto collegia sublata sunt, quae adversus rem publicam videbantur esse[5]. — Post sex[6] deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius trib. pl. lege lata restituit collegia. *(7=6=7)*

§ 9. Diximus L. Pisone A.[7] Gabinio cos.[8] P. Clodium tr. pl. quattuor leges perniciosas populo Romano tulisse: — tertiam de collegiis restituendis novisque instituendis[9]; — quartam, ne quem censores in senatu legendo praeterirent[10] neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus et utriusque censoris sententia damnatus esset; hac ergo eius lege censuram, quae magistra pudoris et modestiae est, sublatam ait[11]. *(9=8=8)*

---

1) *cos. a. u. c. 665 (= 89).* — 2) *id est: p. 3 ed. Bait. = p. 2 ed. Kiessl. et Schoell, p. 3. ed. Clark.* — 3) per *Buecheler*, petendo *Clark*, peti *vel* petendi *libri.* — 4) *a. u. c. 690 (= 64).* — 5) constituta *inserunt Goetz-Schoell, Clark.* — 6) *sic Rinkes*, nouem *libri.* — 7) A.] et *libri.* — 8) *a. u. c. 696 (= 58).* — 9) *Cic. in Pis. 4, 9:* collegia non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam nova ex omni faece urbis ac servitio concitata. *De tempore huius legis v. Mo. de coll. 73—78.* — 10) *Cf. Festus* Praeteriti. — 11) adit *vel* addit *libri.*

(16 = 15 = 17) § 94. Legem iudiciariam — tulit L. Aurelius Cotta praetor[1], qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus Romanis et tribunis aerariis. Rursus deinde Pompeius in consulatu secundo[2] — promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter atque antea lecti iudices, aeque tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicarent.

B. In Scaurianam.

(21 = 18 = 24) 1. Cn. Domitius — diem ei (Scauro) dixit apud populum et multam irrogavit, quod eius opera sacra multa[3] populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat sacra publica populi Romani deum Penatium, quae Lavini fierent[4], opera eius minus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidem, sed ita, ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXII absolveretur, et in his[5] pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent.

C. In Cornelianam.

(56 = 50 = 50) *Arg.* ⟨*C.*⟩ Cornelius, — tribunus plebis[6] — promulgavit — legem, qua [auctoritatem[7]] senatus minuebat, ne qui nisi[8] per populum legibus solveretur. Quod antiquo quoque iure erat cautum; itaque in omnibus senatus consultis, quibus aliquem legibus solvi placebat, adici erat[9] solitum, ut de ea re ad populum ferretur; sed paulatim ferri erat desitum, resque iam in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adiceretur quidem in senatus consultis de rogatione ad populum ferenda, eaque ipsa senatus consulta per pauculos admodum fiebant. Indigne eam Corneli rogationem tulerant potentissimi quique ex senatu[10], quorum gratia magnopere minuebatur; itaque P. Servilius Globulus trib. pleb. inventus erat, qui C.[11] Cornelio obsisteret. Is, ubi legis ferundae dies venit et praeco subiciente scriba verba legis recitare populo coepit, et scribam subicere et praeconem pronuntiare passus non est. Tum Cornelius ipse codicem recitavit. Quod cum improbe fieri C.[11] Piso consul vehementer quereretur ⟨*tollique*[12]⟩ tribuniciam intercessionem diceret, gravi convicio a populo

---

1) *a. 684 (= 70).* — 2) *a. 699 (= 55).* — 3) multa *del. Clark.* — 4) fuerunt *libri.* — 5) eis *libri.* — 6) *a. 687 (= 67).* — 7) auctoritatem *om. in hiatu ex libris quos habemus optimus videturque esse ex supplemento, ut reliqua quoque intra uncos quadratos posita, de quibus nihil adnotatur.* — 8) qui uis *vel* qui uisui *libri*, quis nisi *ed. Ald.*, *quam sequitur Clark.* — 9) adiecerat *libri.* — 10) ex s. c. *libri.* — 11) l. *libri.* — 12) tollique *om. libri.*

exceptus est, — lapidesque etiam ex ultima contione in consulem iacti, quo tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit . . .[1] Actum deinde eadem de re in senatu [est magnis] contentionibus. Tum Cornelius ita ferre [rursus] coepit, ne quis in senatu legibus solveretur, nisi CC ⟨*non minus*⟩ adfuissent, neve quis, cum ⟨*quis ita*⟩ solutus esset, intercederet, cum de ea re [ad populum] ferretur. Haec sine tumulta res [acta est]. Nemo enim negare poterat pro [senatus] auctoritate esse eam legem.

Ali[am] deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit: ut praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent[2]; quae res cunctam[3] gratiam ambitiosis praetoribus, qui varie ius dicere assueverant, sustulit. *(58 = 52 = 59)*

Frequenter tum etiam coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant, propter quod postea collegia s. c. et pluribus legibus sunt sublata, praeter pauca atque certa, quae utilitas civitatis desiderasset, qualia sunt[4] fabrorum lictorumque. *(75 = 67 = 75)*

D. In orationem in toga candida.

Antonium — censores — senatu moverunt, causasque[5] subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusarit[6], quod propter aeris alieni magnitudinem praedia mancipari[7], bonaque sua in potestate non habe⟨*a*⟩t[8]. *(84 = 75 = 84)*

---

[1] [^{VII} *Inter* dimisit *et* actum *libri sex litterarum intervallum intermittunt, quod Purser apud Clarkium explet verbo* actutum.] — [2] *Cf. Dio 36,40(23):* (῾Ο Κορνήλιος) ἐκεῖνόν τε (νόμον) διενομοθέτησε καὶ ἕτερον τοιόνδε· οἱ στρατηγοὶ (praetores) πάντες τὰ δίκαια καθ᾽ ἃ δικάσειν ἔμελλον αὐτοῖς, συγγράφοντες ἐξετίθεσαν (edixerunt)· οὐ γάρ πω πάντα τὰ δικαιώματα, ἃ περὶ τὰ συμβόλαια διετέτακτο, ἐποίουν· οὔτε ἐσάπαξ τοῦτ᾽ ἐποίουν, οὔτε τὰ γραφέντα ἐτήρουν· ἀλλὰ πολλάκις αὐτὰ μετέγραφον, καὶ συχνὰ ἐν τούτῳ πρὸς χάριν ἢ καὶ κατ᾽ ἔχθραν τινῶν, ὥσπερ εἰκός, ἐγίνετο. ἐσηγήσατο (rogavit) οὖν κατ᾽ ἀρχάς τε εὐθὺς αὐτοὺς τὰ δίκαια, οἷς χρήσονται, προλέγειν, καὶ μηδὲν ἀπ᾽ αὐτῶν παρατρέπειν. — [3] *sic Baiter*, studium aut *Clark*, eum aut *libri*. — [4] *Mommsen*, sicut *Clark*, quasi ut *libri*. — [5] catulisque *vel* causasque *libri*, titulosque *Clark*. — [6] recusauit *libri*. — [7] mancipauit *libri*. — [8] *Cf. Cic. de orat. 2,55, 224:* ubi sunt hi fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit? *Cic. pro Sulla 20,58.59:* venire omnes suas possessiones et patrimonio se ornatissimo spoliari maluit (Sittius) quam ullam moram cuiquam fieri creditorum suorum; — nunquam sibi cognationem cum praediis esse existimavit suis. *Cf. Rudorff, röm. Feldm. 2,303. Schwegler, röm. Gesch. 2,445.*

VI. SCHOLIA ASCONIO ERRORE TRIBUTA IN CICERONIS VERRINAS.

A. In divinationem.

(p. 103 Baiter) § 8. Ti.[1] Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudicarent; iudicaverunt per annos XXX sine infamia. Post victor Sulla[2] leges tulerat, ut senatorius ordo iudicaret, et iudicavit per X annos turpiter. Nunc[3] Aurelius [Cotta] legem fert, ut senatores et equites Romani ac tribuni aerarii simul iudicent.

(103) Regendis moribus civitatis censores quinto quoque anno creari solebant. Hi prorsus cives sic notabant, ut, qui senator esset, eiceretur senatu; qui eques Romanus, equum publicum perderet; qui plebeius, in Caeritum tabulas referretur et aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriae suae, sed ad hoc non esset civis, ⟪tantum⟫ tantummodo ut pro capite suo tributi nomine aera praeberet[4].

(104) § 11. Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut ius suggerit aut praesentiam suam commodat amico; aut procuratur, si ⟨*absentis*⟩ negotium suscipit; aut cognitor, si praesentis causam novit et sic tuetur ut suam. Ergo cognitorem dixit modo familiarissimum defensorem.

(110) § 24. Quadruplatores delatores erant criminum publicorum, in qua re quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebantur. Alii dicunt quadruplatores esse eorum reorum accusatores, qui convicti quadrupli damnari soleant, ⟪a⟫ut aleae aut pecuniae gravioribus usuris feneratae[5].

(113) § 33. Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quaestus sui causa sui decumas redimunt, ⟨*decumani appellantur,*⟩ si portum[6] aut pecora publica, portitores[7] aut pecuarii, quorum ratio

---

[1] *sic libri.* — [2] *a. 673 (= 70).* — [3] *a. 684 (= 81).* — [4] *Cf. Mo. Staatsr.* 2^3*,392 et 404.* — [5] *Cf. Ps.-Asc. in Verr. 2,2,7,21 p. 208:* Quadruplatores accusatores sive delatores criminum publicorum sub poena quadrupli, sive quod ipsi ex damnatorum bonis, quos accusaverant, quartam partem consequebantur. *Schol. Gronov. ap. Or. p. 431 v. 25:* hoc quadruplatione fecerit; nam si accussasset aliquis reum et vicisset, quartam partem bonorum eius accipiebat. *Plautus Persa 1,2,10. Truc. 4,2,49. ZRG. 12,137.* — [6] sic pastum *libri.* — [7] portorii *libri.*

scriptura dicitur. Hi enim exigenda a socis suo periculo exigunt et rei publicae repraesentant, providentes etiam in illa redemptione commodi⟪u⟫s suis[1]. Licet autem, si moderate fiat, aestimare in cellam[2] praetoris frumentum; mancipes pro frumento ab aratoribus pecunias accipere non licet.

(114) § 34. Certa sunt, in quibus impunitas indici datur, in causa proditionis, maiestatis, et si quid huiusmodi est. — Index est autem, qui facinoris, cuius ipse est socius, latebras indicat[3] impunitate proposita.

(118) § 48. — alienum est alterius iudicii, et non ex auditorio praetoris maiorumque causarum, sed ⟨*a*⟩ subselliis, hoc est non a tribunalibus; sunt enim subsellia tribunorum, trium virorum, quaestorum et huiuscemodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus nec tribunalibus, sed in subselliis considebant.

(120) § 50. Maenius cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica aedificaretur, exceperat ius sibi unius columnae, super quam tectum proiceret ex provolantibus tabulatis, unde[4] ipse et posteri eius spectare munus gladiatorum possent, quod etiam um in foro dabatur.

B. In act. II lib. I.

(164) § 26. Comperendinatio est ab utrisque litigatoribus invicem sibi 'denuntiatio in perendinum' diem. Namque cum in rem aliquam agerent litigatores et poena se sacramenti peterent, poscebant iudicem[5], qui dabatur post trigesimum diem: quo dato deinde inter se comperendinum diem, ut ad iudicium venirent, denuntiabant. Quo cum esset ventum, antequam causa ageretur, quasi per indicem rem exponebant: quod ipsum dicebatur causae coniectio, quasi causae suae in breve coactio[6].

(172) § 52. Sectorem — dicit aestimatorem redemptoremque bonorum damnati atque proscripti, qui 'spem sectans lucri sui', id est secutus spem aestimationis suae, bona omnia re auctione vendit[7], et semel infert pecuniam vel aerario vel sociis.

---

1) *De mancipibus cf. supra p. 12.* — 2) cenam *libri.* — 3) indicit *libri.* — 4) inde *libri.* — 5) indicem *libri.* — 6) *Cf. Gai. 4,15.* — 7) *Corruptum. Fortasse* auctione redempta vendit.

(175) § 60. Moris — fuit unumquemque domesticam rationem sibi totius vitae suae per dies singulos scribere, ⟪in⟫ quo appa⟨*re*⟩ret, quid quisque de reditibus suis, quid de arte, fenore lucrove sepos⟨*uis*⟩set, et quo die, et quid item sumptus damnive fecisset. Sed postquam obsignandis litteris reorum ex suis quisque tabulis damnari coepit, ad nostram memoriam tota haec vetus consuetudo cessavit.

(177) § 61. Sectores dicti sunt, qui spem lucri sui 'secuti' bona condemnatorum semel auctionabantur, proque his pecunias pensitabant ⟨*populo*⟩ singulis postea [1] pro compendio suo singulas quasque res pecunia [2] vendituri.

184) § 91. Inter syngraphas et cetera chirographa hoc interest, quod in ceteris tantum quae gesta sunt scribi solent, in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit; et non numerata quoque pecunia aut non integre numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solent more institutoque Graecorum. Et ceterae tabulae ab una parte servari solent, syngraphen utriusque manu ⟨*signatam*⟩ utrique parti servandam [3] tradunt.

(190) § 114. "Posteaquam ius praetorium constitit", — quasi diceret: post conditam urbem Romam, aut: post hominum memoriam, ex quo est ius praetorium.

(191) § 114. Lis vindiciarum est, cum litigatur de ea re, cuius apud praetorem ⟨*in*⟩certum est quis debeat esse possessor; et ideo, qui eam tenet, dat 'pro praede litis vindiciarum' adversario suo, quo illi satisfaciat nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium esset, rursus sponsione ipse provocatur ab adversario certare pugnam aut aestimationis, quid amittat ni sua sit hereditas, de qua contendit [4]. 'Praedes' ergo dicuntur satisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis est, ne interea qui tenet diffidens causae possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores et culta deserat.

(176) § 142. Bona praedia dicuntur: 'bona': satisdationibus obnoxia, sive sint in mancipiis, sive in pecunia numerata; 'praedia' vero: domus, agri. Haec omnia venduntur, si rationi publicae locator sartorum tectorum non responderit. Ad hoc autem ante haec omnia sunt obnoxia, ut pro sua voluntate agat redemptor operis, quicquid suo peri-

---

[1] *sic Orelli*, pensitabant singulis ac impostera *libri.* — [2] res pecunia *Orelli*, pecunias *libri.* — [3] solet syngraphe neutriusque manu utrique parti seruandum *libri.* — [4] *haec corrupta.*

culo facit. Praedia sunt res ipsae, praedes: homines, id est fideiussores, quorum res 'bona praedia' uno nomine dicuntur[1]. (196)

VII. BOETHIUS IN CICERONIS TOPICA.

Severinus Boëthius philosophus (470—524) Mediolanensis fuit, amicus regis Theoderici. In commentario quem scripsit ad Ciceronis topica (Cic. ed. Orell. V, 1,270) quae ad ius pertinent pleraque ex ipso Cicerone sumpsit, pauca ex veterum iuris auctorum libris adiecit. Cf. Dirksen, iur. Auszüge in d. Werken des Boëthius. Berl. akad. Abh. 1851.

ex l. 1 ad c. 2, 10. Faciendi liberi tres sunt partes: una quidem, ut censu liber sit; censebantur enim antiquitus soli cives Romani. (288) Si quis ergo consentiente vel iubente domino nomen detulisset in censum, civis Romanus fiebat, et servitutis vinculo solvebatur[2]. — Erat etiam pars altera adipiscendae libertatis, quae vindicta vocabatur. Vindicta vero est virgula quaedam, quam lictor manumittendi servi capiti imponens[3] eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba sollemnia. — Illa etiam pars faciendi liberi est, si quis — in testamenti serie servum suum liberum scripserit.

ex l. 2 ad c. 3, 14. Tribus — modis uxor habebatur, usu farreo coemptione; sed confarreatio solis pontificibus conveniebat. Quae 299) autem in manum per coemptionem convenerant, eae matresfamilias vocabantur, quae vero usu vel farreo, minime[4]. Coemptio vero certis sollemnitatibus peragebatur, et sese in coemendo invicem interrogabant, vir ita: an sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat velle. Item mulier interrogabat: an vir sibi paterfamilias esse vellet? Ille respondebat velle[1]. — Quam sollemnitatem in suis institutis Ulpianus exponit. *Ex Boethio schol. Vergiliana ad Aen. 4,214.*

---

[1] *Schol. Bobiens. in or. p. Flacco (Or. p. 244):* Praedia — quae iure legitimo non habentur, neque aput aerarium subsignari neque aput censorem possunt. Et subsignandi haec solebat [esse] causa, [ut] aut qui vectigalia redimeret, aut qui pro mancipe vectigalium fidem suam interponeret, loco pigneris praedia sua rei publicae obligarent, quoad omnem pecuniam redemptores vectigalium repensarent. *Cf. Fest.* manceps. — [2] *Dosith. de manum. 17:* magna autem dissensio est —, utrum hoc tempore vires accipiunt omnia, in quo census [agitur], aut in eo tempore, in quo lustrum conditur. Sunt enim qui — existimant — censum descendere ad diem lustri, non lustrum decurrere ad diem census, — quoniam omnia, [quae] in censum aguntur, lustro confirmantur. — [3] *Cornutus in Pers. 5,88:* Vindicta virga est, qua manumittendi a praetore in capite pulsantur. *Acro in Hor. sat. 2,7,76:* Vindicta: virga, qua percutiebantur, servi, cum liberi fiebant; vel virga, quae ante imponebatur super caput eorum, qui manumittebantur. *Cf. Isid. 9,4,48. ZGR. 2,150 sqq.* — [4] *Cic. top. 3,14:* Genus est uxor, eius duae formae; una matrumfamilias, eae sunt quae in manum convenerunt; altera earum, quae tantummodo uxores habentur. *Gell. 18,6,9:* matrem familias appellatam esse eam solam, quae in mariti manu mancipioque aut in eius, in cuius maritus, manu manci-

(303) *ex l. 2 ad c. 4, 19.* Si quando divortium intercessisset culpa mulieris, parte quadam dotis pro liberorum numero multabatur. De qua re Paulus institutorum l. II titulo de dotibus ita disseruit: "Si divortium est matrimonii, et hoc sine culpa mulieris factum est, dos integra repetetur; quod si culpa mulieris factum est divortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur usque ad mediam partem dumtaxat dotis". Quare, quoniam quod ex dote conquiritur, liberorum est, qui liberi in patris potestate sunt, id apud virum necesse est permanere.

(308) *ex l. 2 ad c. 4, 23.* Usucapio est adeptio dominii per continuationem iustae possessionis biennii aut alicuius temporis. Plurimarum igitur rerum usucapio annua est, ut si quis eis anno continuo fuerit usus, id firma iuris auctoritate possideat, velut rem mobilem; fundi vero usucapio biennii temporis spatio continetur. — ait (Cicero): "ut, quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam aedium". Hic igitur aedium usus auctoritatem biennio fieri sentit[2].

(340) *ex l. 4 ad c. 10, 41.* Fiduciam — accepit, cuicumque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet; velut, si quis tempus dubium timens amica potentiori fundum mancipet, ut ei, cum tempus quod suspectum est praeterierit, reddat. Haec mancipatio fiduciaria nominatur idcirco, quod restituendi 'fides' interponitur.

(378) *ex l. 6 ad c. 17, 65.* Dos — licet matrimonio constante in bonis viri sit, est tamen in uxoris iure, et post divortium velut res uxoria peti potest. Quae quidem dos interdum his condicionibus dari solebat, ut, si inter virum uxoremque divortium contigisset, "quod

---

pioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti et in sui heredis locum venisset. *Servius in Aen. 11,476 postquam haec exscripsit addit:* alii — matresfamilias — illas (dicunt), quae in matrimonium per coëmptionem convenerunt. *Isid. 9,7,13:* matresfamilias, quia iam per quandam iuris sollemnitatem in familiam mariti transierunt.

1) *Cic. de orat. 1,56,237:* neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem eius mulieris quae coemptionem fecerit, causam posse defendere. — 2) *Cic. pro Caec. 19,54:* lex usum et auctoritatem fundi iubet esse biennium. *Cf. ZRG. 9,195.*

melius aequius esset", apud virum remaneret, reliquum dotis restitueretur uxori, id est ut, quod ex dote iudicatum fuisset melius aequius esse, ut apud virum maneret, id vir sibi retineret, quod vero non esset melius aequus apud virum manere, id uxor post divortium reciperet. In quo iudicio non tantum boni natura spectari solet, verum etiam comparatio bonorum fit, ut non tam quod bonum, sed quod melius aequiusque est, id sequendum sit [1].

VIII. SERVIUS IN VERGILIUM.

Mauri (s. Marii) Servii Honorati grammatici saec. IV, qui a Macrobio, sat. 1,2,15, 'doctrina mirabilis' appellatur (cf. Acron in Hor. sat. 1, 9,76), amplissimum in Vergilium commentarium ab epitomatoribus et interpolatoribus mire vexatum ed. Alb. Lion, commentarii in Vergilium Serviani, 1826. Novam editionem instituerunt G. Thilo et H. Hagen, Servii grammatici qui feruntur in Verg. carm. commentarii, 1881 seq. Adieci ad Aen. 10,241 scholium incerti auctoris, qui iam ante Servium floruisse commentariosque saeculi I—III excerpsisse videtur. Quae scholia a. 1818 ab Ang. Mai Veronae in codice rescripto reperta (unde schol. Veron. appellantur) edita sunt ab H. Keil in Probi comment. in Verg. 1848 et Arn. Hermann, die Veroneser Vergilscholien, Donaueschingen 1868, [^{VII} *novissime ab H. Hagen in eius quam memoravimus editionis Appendice Serviana (Lps. 1902)*].

A. In Aeneidem.

1, 41. Hoc interest inter noxam et noxiam, quod noxia culpa est, noxa autem poena. Quidam noxa quae nocuit, noxia id quod nocitum accipiunt [2].

1, 237. Pollicemur sponte, rogati promittimus.

1, 256. Sciendum osculum religionis esse, savium voluptatis, quamvis quidam osculum filiis dari, uxori basium, scorto savium dicant [3].

1, 346. (Romani) nihil nisi captatis faciebant auguriis et praecipue nuptias [4].

2, 102. Uno ordine]: uno reatu; et est de antiqua tractum scientia, quia in ordinem dicebantur causae propter multitudinem vel tumultum festinantum, cum erat annus litium. Iuvenalis[1]: "Expectandus erit, qui lites inchoet annus". *(Cf. 6, 431.)*

---

[1] *De hoc loco cf. Bechmann, Dotalrecht 1,72. Czyhlarz, Dotalrecht 40.* — [2] *Inst. 4,8,1:* Noxa est corpus quod nocuit, noxia ipsum maleficium. *Fronto de differ. vocab. p. 524 Keil:* Noxa poena est, noxia culpa. — [3] *Don. in Ter. Eun. 3,2,3:* Tria sunt osculandi genera —: oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, suavia libidinum vel amorum. — [4] *Cic. de divin. 1,16,28:* Nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato ne privato quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant. *Inde Val. Max. 2,1,1.*

2, 156. Consuetudo apud antiquos fuit, ut qui in familiam vel gentem transiret, prius se abdicaret ab ea, in qua fuerat, et sic ab alia reciperetur.

3, 89. Est species — augurii, quae legum dictio appellatur: legum dictio autem est, cum condictio[2] ipsius augurii certa nuncupatione verborum dicitur, quali condicione augurium peracturus sit.

3, 117. Hoc quidam iuxta speciem auguralem positum tradunt, quae appellatur condictio, id est denuntiatio, cum denuntiatur, ut ante diem tertium quis ad inaugurandum adsit.

3, 607. Physici dicunt esse consecratas numinibus singulas corporis partes: ut aurem Memoriae, — frontem Genio, — dexteram Fidei[3], — genua Misericordiae, unde haec tangunt rogantes. — Iure — pontificali, si quis flamini — genua fuisset amplexus, eum verberari non licebat.

4, 29. Flaminicam nisi unum virum habere non licet[4], — nec flamini aliam ducere licebat uxorem nisi post mortem flaminicae uxoris[5].

4, 103. Coemptio — est, ubi libra atque aes adhibetur, et mulier atque vir inter se quasi emptionem faciunt —. Coemptione facta mulier in potestatem viri cedit, atque ita sustinet condicionem liberae servitutis[6] —. In manum — conventio eo ritu perficitur, ut aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur, quae res ad farreatas nuptias pertinet, quibus flaminem et flaminicam iure pontificio in matrimonium necesse est convenire.

4, 374. Mos — apud veteres fuit flamini ac flaminicae, dum per confarreationem in nuptias convenirent, sellas duas iugata sovilla pelle superiniecta poni, — ut ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione — residerent.

6, 431. Sine sorte]: sine iudicio; — ex more Romano: non enim audiebantur causae, nisi per sortem ordinatae. Nam tempore,

---

1) *16,42.* — 2) *et* condictio *et* condicio *libri.* — 3) *Plin. h. n. 11, 45,250:* inest et aliis partibus quaedam religio, sicut in dextera — in fide porrigitur. *Liv. 23,9,3:* dextrae dextras iungentes fidem obstrinximus, ut sacratas fide manus *cet. Cf. Liv. 1,58,7; 40,46,15. Cic. de leg. 2,11,28. Isid. 11,1,57. Danz, der sacrale Schutz 139.* — 4) *Tertull. de monog. 17:* Pontifex maximus et flaminica nubunt semel. — 5) *Gell. 10,15,23:* Matrimonium flaminis nisi morte dirimi ius non est. *Cf. Fest.* Flammeo. — 6) sustinet liberis condicionem liberi seruitutis *libri.*

quo causae agebantur, conveniebant omnes, unde et ‘concilium’ ait; et ex sorte dierum ordinem accipiebant, quo post diem trigesimum suas causas exsequerentur; unde est ‘urnam movet’. Iuvenalis[1]: ‚Gratia fallaci praetoris vicerit urna’.

6, 609. Fraus innexa clienti] ex lege XII tabularum[2] venit, in quibus scriptum est: Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Si enim clientes quasi colentes sunt, patroni quasi patres, tantundem est clientem quantum filium fallere.

7, 601. Varro vult ‘morem’ esse communem consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem facit.

7, 695. Iustos — dicit Faliscos, quia populus Romanus missis Xviris ab ipsis iura fetialia collegit et nonnulla supplementa XII tabularum accepit, quas habuerat ab Atheniensibus.

8, 642. Citae — quadrigae] Donatus hoc loco contra metrum sentit dicens: ‘citae’: divisae, ut est in iure ‘ercto non cito’’ id est patrimonio vel hereditate non divisa; nam ‘citus’ cum ‘divisus’, significat, ‘ci’ longa est. Ergo ‘citae’ veloces intellegamus.[3]

10, 241. Socios — vocari] antiquo verbo militiae usus est: viros enim vocari significat eos, qui necessitate in bellum, non voluntate, conveniunt. — *Sch. Verron.*[4]*:* Sabidius commentar. XII vers. Salior. Ut in exercitu [*signum ad pugnam datum erat, is, penes que*]m imp[*erium auspici*]umque erat, in tabernaculo in sella [*se*]dens auspicabatur coram exercitu; pullis e cavea liberatis [*immissisque in lo*]cum circum sellam suam . . . nuntiato[5] a . . . ullum[6] . . . [*tripudium sinisterum solisti*]mum quisqu[*is vestrum viderit*], tripudia[*tum nunt*]iato’[7]. Silentio deinde facto residebat et dicebat: ‘Equites et pedites nomenque Lati[*num,*] . . . les cincti armati paludati, . . . [*qui ad*]estis sic uti [*tripu*]dium[8] sinisterum solistimum quisquis vestrum vider[*it,*

---

1) *13,4.* — 2) *Cf. tom. I p. 33 tab. VIII, 21.* — 3) *Etiam Nonius* (*181*) *dicit:* Citum divisum vel separatum, *allegato hoc Verg. loco. Cf. Cic. de or. 1,56,237:* qui, quibus verbis erctum cieri oporteat, nesciat, idem erciscundae familiae causam agere non possit. *Gell. 1,9,12:* omnes, simul atque a Pythagora in cohortem — recepti erant, quod quisque familiae pecuniae habebat, in medium dabat, et coibatur societas inseparabilis, tamquam illud fuit antiquum consortium, quod iure atque verbo Romano appellabatur ‘ercto non cito’. — 4) *Sabidii locum dedi ut explevit post Keilium Mo. Staatsrecht* 1^3*, 84 n. 5.* [*Sed de lectione ne per Hermannum* (*p. 77*) *quidem satis constat.* Th. M.] — 5) [ob]nuntiato *Mai*, obnuntiato *Herm.* — 6) a . . . [p]ullum *Mai*, a[ugurium bon]um *Herm.*, *ut supplevit Keil.* — 7) ntia *Mai*, ilat / *vel* ulat / *Herm.* — 8) se cuti . . . dum *traditur.*

nuntiato'. Felici] deinde ill[*i augurio*] nuntiato diceba[*t: 'dii*] uti placet a legionibus invocentur, faciantque quod iis imperabitur [*milites*] imp[*eriumque*] fidemque m[*eam servent. Quod con*]ducat salutareque siet. Viros voca[1], proelium ineant'. Deinde exercitu in aciem educto iterum [*morabantur, ut immolare*]tur. Interim ea mora utebantur, qui testamenta in procinctu facere volebant.

10, 419. "Iniecere manum Parcae]": traxerunt debitum sibi; et sermone usus est iuris, nam manus iniectio dicitur, quotiens nulla iudicis auctoritate expectata rem nobis debitam vindicamus.

11, 133. Sequester est — medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ad tempus seponitur; dictum — a 'sequendo', quod eius qui electus sit utraque pars fidem sequitur.

11, 476. *(v. p. 73 n. 1.)*

11, 558. 591. Auctoramenti potestatem nisi patres non habent. — In sacris tamen legitur posse etiam operam consecrari ex servis, usque dum solvatur caput hominis, id est liberetur sacrationis nexu; quod facilius accidet, si mors intercedat.

12, 13. Concepta — verba dicuntur iurandi formula, quam nobis transgredi non licet.

12, 603. Cautum fuerat in pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam finisset insepultus abiceretur[2].

12, 606. Cautum lege XII tab.[3], ne mulieres carperent faciem, his verbis: "Mulier faciem ne carpito".

12, 836. Quod ait (Vergilius) "morem ritusque sacrorum adiciam", ipso titulo legis Papiriae usus est quam sciebat de ritu sacrorum publicatam[4].

B. In Georgica.

1, 31. Quod — ait (Vergilius) 'emat', ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo se maritus et uxor invicem 'coemebant', sicut habemus in iure. Tribus enim modis apud veteres nuptiae fiebant: usu, si — mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset; farre, cum per pontificem maximum et Dialem flaminem per fruges et molam salsam coniungebantur, unde confarreatio appellabatur, ex quibus nuptiis patrimi et matrimi nascebantur; coemptione vero atque in manum conventione, cum illa in filiae locum, maritus in patris veniebat, ut, si quis prior fuisset defunctus, locum hereditatis iustum alteri

---

1) voca, *non* voco *in cod. videtur esse.* — 2) *Cf. tom. I p. 381 n. 35.* — 3) *Cf. tom. I p. 36 tab. X, 4.* — 4) *Cf. tom. I p. 3 n. 15.*

faceret; et — quandocunque in manum convenerat, omnia protinus, quae doti dicebantur[1], marito serviebant[2].

1, 269. 'Fas et iura sinunt'], id est divina humanaque iura permittunt; nam ad religionem fas, ad homines iura pertinent.

3, 387. Apud maiores homicidii poenam noxius arietis damno luebat, quod in regum legibus legitur[3].

C. In Bucolica.

1, 33. Omne patrimonium apud maiores peculium dicebatur a 'pecoribus', in quibus eorum constabat universa substantia.

3, 31. Depono]: in sponsione colloco, sequestro. —
Quo pignore]: qua sponsione, quia pignus sponsioni est[4].

4, 43. In Numae Legibus cautum est, ut si quis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis eius in contione offerret arietem.[5]

8, 99. Traducere messes] Magicis quibusdam artibus hoc fiebat, unde est in XII tab.: "neve alienam segetem pellexeris".[6]

10, 27. Minio — quia facie rubra pingitur Pan propter aetheris similitudinem: aether autem est Iupiter; unde etiam triumphantes, qui habent omnia Iovis insignia, sceptrum palmatam togam[7].

D. In Eclogas.

4, 43. In Numae legibus cautum est, ut si qui simprudens occidisset hominem, pro capite occisi et natis eius in cautione offerret arietem.[8]

IX. ISIDORUS HISPALENSIS.

E libris originum s. etymologiarum.

Isidorus, episcopus Hispalensis († 636), conscripsit, ut ipse dicit, opus de origine quarundam rerum ex veteris lectionis recordatione collectum atque ita in quibusdam locis annotatum, sicut exstat conscriptum stilo maiorum. *Quod ut rudis indigestaque est moles, vera falsis antiqua novis miscens, ita in eis partibus, quae ad ius pertinent, omni caret iudicio. Tamen nonnulla, quae ex veterum libris nunc deperditis excerpsit, digna videntur, quae hodie ad manum sint. Summopere est dolendum, quod fontes, ex quibus hauserit, nusquam addidit; ut ne hoc quidem sciamus, num Iu-*

---

[1] *al.* dabantur. — [2] *al.* mariti erant. — [3] *Cf. tom. I p. 10 n. 13 not. 3.* — [4] *Cf. Isid. 10,1,260.* — [5] *v. tom. I p. 10 n. 13.* — [6] *v. tom. I p. 30 ad tab. VIII, 8b.* — [7] *Cf. Plin. h. n. 33,7,111:* Minium — magnae auctoritatis et quondam apud Romanos — etiam sacrae. Enumerat auctores Verrius quibus credere necesse sit, Iovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio inlini solitam triumphantiumque corpora, sic Camillum triumphasse; hac religione etiamnum addi in unguenta cenae triumphalis et a censoribus in primis Iovem miniandum locari. *Cf. Mo., R. G. 1,66.* — [8] et natis eius in cautione] agnatis eius in contione *Hu. Cf. tom. I p. 10 n. 13.*

stiniani Digestis usus sit. Cf. Savigny, Gesch. d. R. R. im Mitt. 2,74.75. Dirksen, hinterl. Schriften, herausg. v. Sanio. 1,185. Editio novissima est Ottonis in Lindemanni corp. grammat. Lat. T. III 1838; melius autem textum recensuit Arevalus in ed. opp. Isid. T. III et IV. Romae 1797.

I 22, 1. Vulgares notas Ennius primus mille et centum invenit. Notarum usus erat, ut quidquid pro contione aut in iudiciis diceretur, librarii scriberent complures simul adstantes, divisis inter se partibus, quot quisque verba et quo ordine exciperet. Romae primus Tullius Tiro, Ciceronis libertus, commentatus est notas, sed tantum praepositionum. 2. Post eum Vipsanius Philargyrus et Aquila, libertus Maecenatis, alius alias addiderunt; deinde Seneca — effecit opus in quinque milia. Notae autem dictae eo, quod verba vel syllabas praefixis characteribus notent et ad notitiam legentium revocent, quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur[1].

I 23, 1. Quaedam autem litterae in libris iuris verborum suorum notae sunt, quo scriptio celeris breviorque fiat. Scribebant autem verbi gratia per B et F 'bonum factum', per S et C 'senatus consultum', per R et P 'res publica', per P et R 'populus Romanus', per D et T 'dumtaxat', per supinam W litteram 'mulier', per P secundum naturam 'pupillus', per P averso capite 'pupilla', per unum K 'kaput', per duo KK iuncta 'kalumniae kausa', per I et E 'iudex esto', per D et M 'dolum malum'[2]. 2. Cuius generis plurimae consimiles notae in libris antiquis inveniuntur. Has iuris notas novicii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages afferant, sed sequenda et vitanda aperte demonstrent.

V 1, 5. Leges — redigere in libris primus consul Pompeius instituere voluit, sed non perseveravit, obtrectatorum metu. Deinde Caesar coepit id facere, sed ante interfectus est.

V 2, 2. Fas lex divina est, ius lex humana. Transire per alienum fas est, ius non est.

V 3, 2. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. 3. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex;

---

[1] *Cf. D. 29,1,40; 40,5,41,3; 50,13,1,6.* — [2] *Cf. Val. Probus de notis antiquis, ed. Mo. 1853. (Hu., iur. ant. p. 68.) Notarum laterculos ed. Mo. in Grammat. lat. ed. Keil, 4,265—352. Cf. etiam Traube, Archiv f. Stenographie 53 (1901), p. 199 sqq.*

nec differt, scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendat.

V 24, 5. Testamentum iuris civilis est V 'testium' subscriptione firmatum. 6. Testamentum iuris praetorii est VII 'testium' signis signatum; sed illud apud cives fit, inde civile, istud apud praetores, inde iuris praetorii. 14. Codicillum, ut veteres aiunt, sine dubio ab auctore dictum, qui hoc scripturae genus instituit. Est autem scriptura nulla indigens sollemnitate verborum, sed sola testatoris voluntate qualicumque scripturae significatione expressa; cuius beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subventum propter legalium verborum difficultatem, aut certe propter necessitatem adhibendorum sollemnium, ita ut qui titulum scribit eiusdem scripturae, codicillum vocet. 15. Cretio est certus dierum numerus, in quo institutus heres aut adit hereditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum est illi ultra capiendae hereditatis.

V 24, 20. Mandatum dictum, quod olim in commisso negotio alter alteri 'manum dabat'.

V 24, 25. Donatio est cuiuslibet rei transactio; dictam autem dicunt donationem quasi 'doni actionem', et dotem quasi 'do item'. Praecedente enim in nuptiis donatione dos sequitur. 26. Nam antiquus nuptiarum erat ritus, quod se maritus et uxor invicem emebant, ne videretur uxor ancilla, sicut habemus in iure. Inde est, quod praecedente donatione viri sequitur dos uxoris. 27. Donatio usufructuaria ideo dicitur, quia donator ex ea usumfructum adhuc retinet servato, cui donatum est, iure. 28. Donatio directa ideo nuncupatur, quia et iure et usu statim transit in alterum, nec ultra inde aliquid ad ius donatoris retorquetur.

V 24, 30. Stipulatio est promissio vel sponsio, unde et promissores stipulatores vocantur; dicta autem stipulatio a 'stipula': veteres enim, quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant, sive quod stipulum iuxta Paulum iuridicum[1] firmum appellaverunt. 31. Sacramentum est pignus sponsionis.

V 25, 11. Finium regundorum actio dicta eo, quod per eam 'regantur fines' utrique, ne dissipentur, dummodo non[2] angustiore quinque pedum loco ea controversia sit.

---

[1] *sent. 5,7,1.* — [2] non *delendum censet Augustinus ad XII tab. c. 20, ad 'controversiam de loco' spectare Isidorum putat Rud. röm. Feldm. 2,443 n. 535. Cf. infra p. 88,13 = (4).*

V 25, 14. Res credita est, quae in obligationem ita deducta est, ut ex tempore, quo contrahebatur, certum sit eam deberi. 16. Commodatum est id, quod nostri iuris est et ad alterum temporaliter translatum est cum modo temporis, quamdiu apud eum 'commodo' sit, unde et commodatum dictum est. 17. Precarium est, dum 'prece' creditor rogatus permittit, debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari et ex eo fructus capere.

V 25, 19. Depositum est pignus commendatum ad tempus, quasi 'diu positum'.

V 25, 20. Interest — in loquendi usu inter pignus et arram. Nam pignus est, quod datur propter rem creditam, quae dum redditur, statim pignus aufertur. Arra vero est, quae primum pro re bonae fidei contractu empta ex parte datur et postea completur. 21. Est enim arra complenda, non auferenda; unde qui habet arram, non reddit sicut pignus, sed desiderat plenitudinem —. Item inter pignus et fiduciam et hypothecam hoc interest: 22. Pignus est —, quod propter rem creditam obligatur, cuius rei possessionem solam ad tempus consequitur creditor; ceterum dominium penes debitorem est. 23. Fiducia est, cum res aliqua sumendae mutuae pecuniae gratia vel mancipatur vel in iure ceditur. 24. Hypotheca est, cum res commodatur sine depositione pignoris, pactione vel cautione sola interveniente.

V 25, 25. Momentum dictum a temporis brevitate, ut quam cito quam statim salvo negotio reformetur, nec in ullam moram produci debeat, quod repetitur — *(cf. 33)*.

V 25, 30. Usucapio *(ex Boëthio l. 2 ad c. 4,23; cf. supra p. 73)*.

V 25, 31. Mancipatio dicta est, quia res 'manu capitur'; unde oportet eum, qui mancipio accipit, comprehendere id ipsum, quod ei mancipio datur.

V 25, 32. Cessio est propriae rei 'concessio'.

V 25, 33. Interdictum est, quod a iudice non in perpetuum sed pro reformando momento ad tempus 'interim dicitur', salva propositione actionis eius.

V 26, 18. Internecivi iudicium in eum dabatur, qui falsum testamentum fecerat et ob id hominem occiderat. Accusatorem eius possessio bonorum sequebatur[1].

---

[1] *Cf. Fest.* Internecivum.

V 27, 23. Est et latomia[1] suplicii genus ad verberandum[2] aptum, inventum a Tarquinio Superbo —. Iste enim prior latomias, tormenta, fustes, metalla atque exilia adinvenit.

V 27, 24. Talio est similitudo vindictae, ut taliter quis patiatur, ut fecit. Hoc enim et natura et lege est institutum, ut laedentem similis vindicta sequatur[3].

V 27, 28. Exilium — dividitur — in relegatis et deportatis 29. Relegatus est, quem bona sua sequuntur; deportatus, quem non sequuntur.

IX 2, 1. Gens est multitudo ab uno principio orta, — appellata propter 'generationes' familiarum, id est a 'gignendo', sicut 'natio' a 'nascendo'.

IX 3, 29. Tribuni vocati, quod militibus sive plebibus iura 'tribuunt'.

IX 4, 18. Tribuni dicti, quod plebi iura vel opem 'tribuunt'; — dum enim plebs a senatu et consulibus premeretur, tunc ipsa sibi tribunos quasi proprios iudices et defensores creavit.

IX 4, 45. Mancipium est, quidquid 'manu capi' subdique potest, ut homo, equus, ovis[4]. Haec enim animalia statim ut nata sunt, mancipium esse putantur. Nam et ea, quae in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse, quando capi sive domari coeperint.

IX 4, 46. Ingenui dicti, qui 'in genere' habent libertatem, non 'in facto', sicut liberti; unde et eos Graeci εὐγενεῖς vocant, quod sint 'boni generis'. 47. Libertus — quasi 'liberatus' —. Libertorum autem filii apud antiquos libertini appellabantur, quasi 'de libertis nati'. Nunc vero libertinus aut a liberto factus aut possessus[5]. 48. Manumissus dicitur quasi 'manu emissus'. Apud veteres enim, quotiens manumittebant, alapa percussos circumagebant et liberos confirmabant[6].

---

1) *Fest.:* Lautumias — a Syracusanis, qui λατομίας — habent ad instar carceris. — 2) *emend.* carcerandum? — 3) *Cf. Fest.* Talio. — 4) *Scrib.* boves, *cum oves sint nec mancipi.* [*Immo erravit Isidorus.* Th. M.] — 5) *Cf. Suet. Claud. 24:* Latum clavum — etiam libertini filio tribuit; — et Appium Caecum censorem — libertinorum filios in senatum adlegisse docuit ignarus temporibus Appii et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos, qui manu emitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. — 6) *Eadem Cornutus schol. in Pers. 5,75. Cf. C. 8,49,6:* circumductiones inextricabiles et iniuriosa rhapismata.

IX 4, 49. Dediticii primum a ‘deditione’ sunt nuncupati —[1]. 51. Latini ante Romam conditam apud Latinos fiebant, nunquam per testamentum, sed per epistulam libertatem sumentes. Inde quia per testamentum non fiebant, nec ex testamento aliquid capere nec suos heredes facere poterant, cives Romani postea sub consulibus per testamenta in urbe Romana effecti sunt. 52. Dicti autem cives Romani, quia testamento liberi effecti in numerum Romanorum civium rediguntur. His primum aditus erat in urbe Roma commorari, ceteris[2] autem libertis prohibebatur, ne vel in urbe Roma vel intra septimum[2] ab urbe miliarium commanerent.

X 258. Stipulare — promittere est ex verbis iuris peritorum.

X 260. Sequester dicitur, qui certantibus medius intervenit, qui apud Graecos ὁ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi solent; quod vocabulum a ‘sequendo’ factum est, quod eius, qui electus sit, utraque pars fidem ‘sequatur’[3].

XI 1, 67. Dextra vocatur a ‘dando’, ipsa enim pignus pacis datur, ipsa fidei testis atque salutis adhibetur; et hoc est illud apud Tullium[4]: “fidem publicam iussu senatus dedi”, id est dextram[5].

XIV 8, 42. Circumluvium: locus, quem aqua ‘circumluit’.[6]

XV 2, 8. Civitas proprie dicitur, quam non advenae, sed eodem innati solo condiderunt —. 10. Municipium est, quod manente statu civitatis ius aliquod minoris aut maioris officii a principe impetrat. Dictum — a ‘muniis’, id est officiis, quod tantum ‘munia’, id est tributa debita vel munera reddant. Nam liberales et famosissimae causae et quae ex principe proficiscuntur, ibi non aguntur. Haec enim ad dignitatem civitatum pertinent[7]. 11. Vici et castella et pagi ii sunt, quae nulla dignitate civitatis ornantur, sed vulgari hominum conventu incoluntur et propter parvitatem sui maioribus civitatibus attribuuntur.

XV 12, 2. Tugurium casula est, quam faciunt sibi custodes

---

1) *Meliora dabit Gai. 1,13—15.* — 2) *Cf. Gai. 1,26.27.* — 3) *Cf. Serv. Aen. 11,133. Gell. 20,11,2.3:* sculnam volgo dici quasi seculnam, quem qui elegantius — loquuntur sequestrem appellant. Utrumque vocabulum a sequendo factum est, quod eius, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur. *D. 50,16,110. Muther, Sequestration § 1—15.* — 4) *Cic., Catil. 3,4,8.* — 5) *Cf. Serv. Aen. 3,607.* — 6) *Cf. Festus s. h. v.* — 7) *Cf. Gell. 16,13.*

vinearumad 'tegimen' sui, quasi 'tegurium'[1]. — Hanc rustici capannam[2] vocant, quod unum tantum 'capiat'.

XV 13, 3[3]. Possessiones sunt agri late patentes publici privatique, quos initio non mancipatione, sed quisque ut potuit occupavit atque 'possedit', unde et nuncupati.

X. AGRIMENSORES.

Librorum gromaticorum summa in constituendis agrorum condicionibus, controversiis, limitibus vertitur. Cuius doctrinae fundamenta posuit Iulius Frontinus tempore Domitiani; qui post eum rem tractaverunt Hyginus, Siculus Flaccus, Agennius Urbicus, alii, in explicando et augendo eius libro substiterunt. Qua de causa in conlocandis, quos hic recepi, locis res potius coniungendas putavi quam scriptores. — Textum corruptissimum nobis traditum emendatum edidit Lachmann, die Schriften der röm. Feldmesser (1848), cuius paginas in margine notavi. Institutiones gromaticas ei editioni (2,227—464) addidit Rudorff 1852.

1. De agrorum qualitate et condicionibus.

Frontinus liber I.

Agrorum qualitates sunt tres; una agri divisi et adsignati, altera 1.
mensura per extremitatem conprehensi, tertia arcifinii, qui nulla mensura continetur.

Ager ergo divisus adsignatus est coloniarum. — 2.

Ager est mensura comprehensus, cuius modus universus 4.
civitati est adsignatus, sicut in Lusitania Salmaticensibus aut Hispania
citeriore Palatinis et conpluribus provin|ciis tributarium solum per uni- 4.
versitatem populis est definitum.

Ager est arcifinius, qui nulla mensura continetur; finitur se- 5.
cundum antiquam observationem fluminibus, fossis, montibus, viis, arboribus ante missis, aquarum divergiis, et si qua loca ante a possessore[4]
potuerunt optineri; nam | ager arcifinius, sicut ait Varro, ab 'arcen- 6.
dis' hostibus est appellatus. — In his agris nullum ius subsicivorum interveniit.

---

1) *Cf. Fest.* tuguria. — 2) *Cf. tom. I n. 130 l. 19:* act(um) kanna(bis) leg(ionis) XIII gem(inae). — 3) *Isidori libri XV capita 13—15, inscripta* de agris, de finibus, de mensuris, *integra in corpus gromaticorum recepta sunt saec. VIII vel IX; in edit. Lachm. leguntur p. 366 sqq.* — 4) *sic Guelf.* [*recte* Th. M.], ante possessore *Arcerianus codex*, a vetere possessore *Lachm.*, antiquitus a possessore *Agennius*.

Subsicivum est, quod a ‘subsecante’ linea nomen accepit. Subsicivorum genera sunt duo: unum, quod in extremis adsignatorum
7. agrorum finibus centuria | expleri non potuit; aliud genus subsicivorum, quod in mediis adsignationibus et integris centuriis intervenit.

Frontinus liber II.

35. Prima — condicio possidendi haec est ac [1] per Italiam, ubi nullus ager est [2] tributarius, sed aut colonicus aut municipalis aut alicuius castelli aut conciliabuli aut saltus privati. At [3] si ad provincias respiciamus, habent agros colonicos eiusdem [4] iuris, habent et colonicos qui sunt inmunes [5], habent et colonicos [6] stipendiarios; habent autem provinciae et municipales agros aut civitatium peregrinarum.

36. Et stipendiarios ⟨*quidem dicimus vel tributarios* [7]⟩ qui nexum non habent neque possidendo [8] ab alio quaeri possunt: possidentur [9] tamen a privatis, sed alia condicione [10], et veneunt, sed nec mancipatio eorum legitima potest esse; possidere enim illis quasi fructus tollendi causa et praestandi tributi condicione concessum [11] est. Vindicant tamen inter se non minus fines ex aequo, ac si privatorum agrorum; — nam et controversias inter se tales movent, quales in agris inmunibus et privatis solent evenire. Videbimus tamen, an interdicere quis possit de eiusmodi possessione [12]. —

Hyginus.

115. Occupatorius ager dicitur eo, quod occupatus est a victore populo, territis exinde fugatisque hostibus [13]; . . . quia non solum tantum occupabat unus quisque, quantum colere praesenti tempore poterat, sed quantum in spem colendi habuerat ambiebat [14].

---

1) ut *proposuit Lachm.* — 2) ager est] aiugerum *Arc.* — 3) ac *Arc.* — 4) eiusdem] quidem *Arc.* — 5) *sic Rudorff*, colonicos stipendiarii qui sunt in communem *Arc.* — 6) habentem et colonis *Arc.* — 7) quidem d. u. tr. *om. Arc.* — 8) possidendi *Arc.* — 9) quaeri possunt possidentur] quam possident possidente *Arc.* — 10) condicionem *Arc.* — 11) condicio concessa *Arc.* — 12) possessionem *Arc.* — 13) *Sicul. 138,3:* Occupatorii —, quibus agris victor populus occupando nomen dedit; bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos eiecerunt, publicavere (publicae autem *Arc.*), atque universaliter territorium dixerunt, intra quos fines iuris dicendi ius esset [*sic scripsi* Th. M., ius est dicendi uti essent *Arc.*, ius dicendi esset *Guelf.*, ius ius dicendi esset *Bruns*]. — 14) *Sicul. 137,19:* nec tantum occupaverunt, quod colere potuissent, sed quantum in spem (spe *libri*) colendi reservavere.

Quaestorii autem dicuntur agri, quos populus Romanus devictis pulsisque hostibus possedit mandavitque quaestoribus, ut eos venderent[1]. — Quibus agris sunt condiciones, uti p(opulus) R(omanus) . . . quod etiam[2] praestitutum observant, vetustas tamen longi temporis 116.
plerumque paene similem reddidit occupatorum agrorum condicionem; non tamen[3] universos paruisse legibus, quas a venditoribus suis acceperant.

Vectigales autem agri sunt obligati, quidam rei publicae populi Romani, quidam coloniarum aut municipiorum aut civitatium aliquarum qui et ipsi plerique ad populum Romanum pertinent, scilicet[4] ex hoste capti partitique ac[5] divisi sunt per centurias, ut adsignarentur militibus, quorum virtute capti erant: amplius quam destinatio modi quamve[6] militum exigebat numerus, qui superfuerant agri, vectigalibus subiecti sunt, alii per annos . . ., alii vero mancipibus ementibus, id est conducentibus, in annos centenos. Plures vero finito illo tempore iterum veneunt locanturque ita ut vectigalibus est consuetudo. —

Mancipes autem qui emerunt lege dicta ius vectigalis, ipsi per centurias locaverunt aut vendiderunt proximis quibusque possessoribus. In his igitur agris quaedam loca propter asperitatem aut sterilitatem non invenerunt emptores; itaque in formis locorum talis adscriptio, id est "in modum conpascuae", aliquando facta est, et "tantum con|pascuae"; quae pertinerent ad proximos quosque possessores, qui 117.
ad ea attingunt finibus suis. —

Divisi et adsignati agri sunt, qui veteranis aliisve personis per centurias certo modo adscripto aut dati sunt aut redditi, quive[7] veteribus possessoribus redditi commutatique pro suis sunt[8].

---

[1] *Sicul. 136,14:* Ut — Romani omnium gentium potiti sunt, agros ex hoste captos in victorem populum partiti sunt; alios vero agros vendiderunt, ut Sabinorum ager qui dicitur quaestorius, eum limitibus actis diviserunt — atque ita per quaestores populi Romani (populo Romano *libri*) vendiderunt. — [2] [*fuit fere:* p. R. voluit: quod quidam.] — [3] non tamen] nocet enim non *proposuit Lachmann.* [*Magis exciderit* videmus *vel simile vocabulum.* Th. M.] — [4] pertinent scilicet *scripsi ego*, pertinentes *libri.* Th. M.] — [5] [partitique ac] *scr.* postquam. Th. M.] — [6] quamve *Rigaltius*, quam uero *libri.* — [7] redditi quibus *libri* [*deleto voc.* redditi *scr.* qui. Th. M.] — [8] *Sicul. 155,4:* captus — ager ex hoste victori militi veteranoque est adsignatus —. Nec tamen omnibus personis victis ablati sunt agri; nam quorundam dignitas aut gratia aut amicitia

Hi agri leges accipiunt ab his, qui veteranos deducunt, et ita propriam observationem eorum lex data praestat.

2. De controversiis agrorum.

Frontinus liber I.

9. Materiae controversiarum sunt duae: finis et locus; — genera sunt controversiarum XV[1]:

10. (1) De positione terminorum controversia est inter duos pluresve vicinos; inter duos, an rigore sit ceterorum sive rationis[2]; inter plures, trifinium faciat an quadrifinium. F. 39. A. 70

11. (2) De rigore[3] controversia est —, quotiens inter duos pluresve terminos ordinatos, sive quae alia signa, secundum legem Mamiliam intra quinque pedes agitur. F. 37. 41. A. 72

12. (3) De fine similis est controversia; — nam et eadem lege continetur et de quinque pedum agitur latitudine[4]. F. 37. 41. A. 72. H. 126

13. (4) De loco controversia est, cum quid[5] excedit supra[6] scriptam latitudinem, cuius modus a petente[7] non proponitur[8]. — *(Cf. Front. 44,4:* De[9] loco, si possessio petenti firma est, etiam interdicere licet[10], dum cetera ex interdicto diligenter peragantur[11]: magna enim alea est litem ad interdictum deducere, cuius est executio perplexissima[12]. F. 43. A. 74. H. 129

---

victorem ducem movit, ut eis (ei *cod.*) concederet agros suos; — inscriptiones itaque in centuriis sunt tales: — 'adsignatum illi tantum'; inde subscriptum est nomen cui concessum est, inscriptione tali: 'redditum illi tantum'; praeterea scriptum est et: 'redditum et commutatum pro suo', quod ideo fit, quoniam particulas quasdam agrorum in diversis locis habentes duo, quibus agri reddebantur, ut continuam possessionem haberent, modum pro modo (modum *libri*) secundum bonitatem taxabant, et in locum eius, quod in diverso erat, maiorem partem accepit. *Cf. Lex agr. 80.*

[1] *Frontinus omnes has controversias bis tractat, libro I brevi definitione, libro II accuratiore disputatione, quam Agennius fusius repetit; Hyginus sex tantum controversiarum genera explicat. Quos auctores ad unamquamque controversiam adnotavi.* — [2] rationis *vel* rationes *libri*, ratione si *Lachm.* — [3] *Balb. 98,6:* rigor est, quidquid inter duo signa veluti (uel *libri plerique*) in modum lineae rectum perspicitur (praespicitur *vel* prospicitur *libri*). — [4] *Agg. 12,12:* De fine — lex Mamilia quinque aut sex pedum latitudinem praescribit. — [5] cum quid] *Lachm.*, quidquid *libri.* — [6] supra *Guelf.*, quidquid *Arc.* — [7] ad patentem *libri.* — [8] *Ad controversiam de fine et de loco spectant C. 3,39,3.5; cf. Isid. 2,25,11. Rud. § 75.76.* — [9] hoc *ins. Arc.* — [10] *Ideo Ulp. in commentario ad interdictum U. P. (l. 69 ad ed.) tractavit de* loco; *unde D. 50,16,60.* — [11] peraguntur *Arc.* — [12] perpexissimas (s *delata*) *Arc.*

Si vero possessio minus firma est, mutata formula iure Quiritium peti debet proprietas loci.)

F. 45. A. 75. H. 131 (5) De modo controversia est in agro adsignato; agitur | enim 14.
de antiquorum nominum propria defensione; et in ceteris agris de modo fit controversia, quotiens promissioni modus non quadrat.

F. 48. A 78 (6) De proprietate controversia est plerumque: ut in Cam- 15.
pania cultorum agrorum silvae absunt in montibus ultra quartum aut quintum forte vicinum; propterea[1] proprietas ad quos fundos pertinere debeat disputatur[2]. Est et pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune, propter quod ea conpascua multis locis in Italia communia[3] appellantur, quibusdam provinciis pro indiviso[4]. | Nam et 16.
per hereditates aut emptiones eius generis controversiae fiunt, de quibus iure ordinario litigatur.

F. 49. A. 80 (7) De possessione controversia est, de qua ad interdictum (hoc est iure ordinario) litigatur[5].

F. 49. A. 28 (8) De alluvione fit controversia fluminum infestatione. — *Hyg. 124,4:* De alluvione observatio haec est, numquid de occupatoriis ageretur agris, et[6] quidquid vis aquae abstulerit, repetitionem nemo habebit. Quae res necessitatem ripae muniendae iniungit, ita tamen, ne alterius damno quicquam faciat, qui ripam muniet[7]. Si vero in divisa et adsignata regione tractabitur, nihil amittet possessor, quoniam formis per centurias certus cuique modus adscriptus est. Circa

---

[1] propterea *Guelf., om. Arc.* — [2] discutiatur *Guelf., deficit Arc.* — [3] *Front. 48,23:* in Etruria communalia vocantur. — [4] pro indiuisa *libri.* — [5] *Cf. supra controv. 4.* — *Agg. 16,18:* De possessione — per interdictum, hoc est iure ordinario, litigatur; hoc non est disciplinae nostrae iudicium, sed apud praesidem provinciae agitur, — sicut lex ait: 'nisi de possessionis statu quaestio fuerit terminata, non licet mensori praeire ad loca'. — [6] haec est num quid (haesit non quod *Arc.*, est si haec si in *Guelf.*) de occ. ageretur (agitur *Guelf.*) agris et (sed *Arc.*, *om. Guelf.*) quidquid *libri* [*praestat fortasse:* haec est: si de occupatoriis agitur agris, quidquid *cet.* Th. M.] — [7] *Sicul. 150,24:* Rivus — quotiens finem facit, appellatur 'rivo recto curvoque [*aut del. hoc voc. aut scr.* cursuque. Th. M.]'; qui si alicuius terras minutatim ex alia parte abstrahat et alii contrario relinquat, quod vocant abluvionem (alluvionem *cod.*) et alluvionem (alluvionum *cod.*), repetitio finium non datur (finium addatur *liber*); inducit (indicit *liber*) enim necessitatem riparum tuendarum, quod iuste videtur prospectum, ut terrae possessoribus salvae sint, etiam publicae utilitatis causa. Quod si (si *om. liber*) vi tempestatum rivi torrentes subito alveum cursumque (alueo cursuque *liber*) mutent, iustum (munientes tum *liber*), ut nostra fert opinio, erit, ut alvei veteris fines suos quisque obtineat.

Padum autem cum ageretur, quod flumen torrens et aliquando tam violentum decurrit, ut alveum mutet et multorum late agros trans ripam, ut ita dicam, transferat, saepe etiam insulas efficiat[1], Cassius Longinus, prudentissimus vir, iuris auctor, hoc statuit, ut quidquid aqua lambiscendo abstulerit, id possessor amittat, quoniam scilicet ripam suam sine alterius damno tueri debet; si vero maiore vi decurrens alveum mutasset, suum quisque modum agnosceret, quoniam non possessoris neglegentia sed tempestatis violentia abreptum apparet[2]; si vero insulam fecisset, a cuius agro fecisset, is possideret; aut[3] si ex communi, quisque suum reciperet.

17. (9) De *iure territorii* controversia est de his, quae ad ipsam *F. 52. A. 84. H. 133*
urbem pertinent, sive quid intra pomerium eius urbis erit, quod a
privatis operibus optineri non oportebit.

20. (10) De *subsicivis* controversia est, quotiens aliqua pars centuriae *A. 81. H. 132*
sive tota non est adsignata et possidetur.

(11) De *locis publicis* sive populi Romani sive coloniarum *F. 54. A. 85*
municipiorumve controversia est, quotiens ea, quae neque adsignata
neque vendita fuerint umquam[4], aliquis possederit, ut alveum fluminis
veterem populi Romani *cet.*

21. (12) De *locis relictis et extra clusis* controversia est in *F. 55. A. 86*
22. agris adsignatis. Relicta autem loca sunt, quae sive locorum iniquitate
sive arbitrio conditoris ⟪relicta⟫ limites non acceperunt; haec
sunt iuris subsicivorum. Extra clusa loca sunt aeque iuris subsicivorum,
quae ultra limites et ultra[5] finitimam lineam erint.

(13) De *locis sacris et religiosis* controversiae plurimae *F. 56. A. 87*
23. nascuntur, quae iure ordinario finiuntur, nisi si de loco|rum eorum
modo agitur.

(14) De *aquae pluviae transitu* controversia est, in qua, si *F. 57. A. 88*
24. collectus pluvialis aquae transversum secans finem in al|terius fundum
influit et disconvenit, ad ius ordinarium pertinebit; quod si per ordinationem
finis ipsius agitur, exigit mensoris interventum.

(15) De *itineribus* controversia est, quae in arcifiniis agris *F. 58. A. 89*
iure ordinario finitur, in adsignatis mensurarum ratione; omnes enim
limites secundum legem colonicam itineri publico servire debent. —
De via et[6] actu et *itinere* et ambitu et accessu et rivis et valli- *H. 134*

---

1) efficiet ad *Arc.*, efficit ad *Guelf.* — 2) appareret *Huschke.* — 3) at *Lachmann.* — 4) umquam] quam *Arc.*, quae *Guelf.* — 5) ultra *libri.* intra *Goesius prob. Lachmanno.* — 6) uiae *libri.*

bus fossis fontibus saepe moventur contentiones: quae omnes partes non nostram, sed forensis officii, id est iuris civilis, operam exigunt; nos vero tunc eis[1] intervenimus, cum aut derigendum[2] aliquid est quaestionibus ⟪est⟫, aut, si forma aliqua aliquid notatum invenitur, repetendum est.

Frontinus liber II.

Satis, ut puto, dilucide ⟨*in priore libro*⟩ genera controversiarum
exposui; nunc quemadmodum singulae tractari debeant, persequendum
est. — Difficillimus autem locus hic est, quod mensori iudicandum
est; sed nec minus ille exactus, quod est advocatio praestanda. Pru- 35.
dentiam | tamen eandem artifices habere debent et qui iudicaturi sunt
et qui advocationes sunt praestituri. In iudicando autem mensorem
bonum virum et iustum agere decet[3], neque ulla ambitione aut sordi-
bus moveri, servare opinionem et arti et moribus; quidam enim per
imperitiam, quidam per inpudentiam peccant: totum autem, hoc iudi-
candi officium et hominem et artificem exigit egregium. Erat aequis-
simum et in advocatione⟪m⟫ eandem fidem exhiberi a mensoribus; sed
hoc possessores aequo animo ferre non possunt: nam cum his veritas
exposita est, adversus sinceritatem artis facere cogunt[4].

---

1) eis] est *libri.* — 2) defigendum *libri.* — 3) debet *vel* debent *libri.* — 4) cogant *libri.*

51520